SC.14.P1.2.

Digitized by Google

37
20 F
3

INV 1626

Digitized by Google

INV. 1626

Digitized by Google


COLLIGITE
FRAGMENTA
NE PEREANT

Digitized by Google

VINDICIÆ CANONICARUM SCRIPTURARUM

VULGATÆ LATINÆ EDITIONIS.

SEU VETERA SACRORUM BIBLIORUM FRAGMENTA

JUXTA

GRÆCAM VULGATAM, ET HEXAPLAREM,

LATINAM ANTIQUAM ITALAM,

Duplicemque S. Euſebii Hieronymi Translationem,

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITA ATQUE ILLUSTRATA

OPERA ET STUDIO

JOSEPHI BLANCHINI VERONENSIS

Presbyteri Congregationis Oratorii Romani.



ROMÆ ANNO DOMINI MDCCXL.

Ex Typographia S. Michaelis, ſumptibus Hieronymi Mainardi.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

VINDICIARUM TOMUS I.



Cadet Superbus et Corruet. Ierem 50.

SANCTI EUSEBII HIERONYMI

DIVINA

BIBLIOTHECA,

ET PSALTERIUM DUPLEX

CUM CANTICIS

Juxta Græcam Vulgatam, & Latinam Italam Verſionem

VERSIBUS PRISCO MORE DISTINCTUM,

Unà cum Præfatione Hiſtorica de Veteris Teſtamenti Textu Originali, antiquis Codicibus, & Verſionibus Græcis ac Latinis; & Appendice aliquot familiarium Epiſtolarum, in quibus deſcribitur methodus totius reliquæ Editionis, in VI. PARTES diſtribuendæ.

Prima pars, non pauca Hexaplorum fragmenta antebac inedita complectetur.

Secunda, Veteris Teſtamenti libros, a S. Hieronymo ex Origeniano LXX. Interpretum Exemplari in Latinum ſermonem translatos.

Tertia, uberem Lectionum Variarum ſylvam, ex Mss. libris optimæ notæ decerptam, quibus reſtituetur priſtinæ integritati Canon Hebræus, ſeu Veteris Teſtamenti Verſio a Cl. Martianæo ſub titulo Bibliothecæ Divinæ S. Hieronymi evulgata.

Quarta, complures utriuſque Fœderis Libros ſecundùm Italam Verſionem.

Quinta, Veteris Teſtamenti libros à S. Hieronymo è Chaldaico in Latinum ſermonem converſos.

Sexta demum, Vindicias Canonis Sacrarum Scripturarum, quem Tridentina Synodus Seſſione IIII. celebratâ die VIII. Menſis Aprilis Anno Domini MDXLVI. condidit, & aſſeruit.

† †

Digitized by Google



Eminentiſſimo ac Reverendiſſimo Principi

ANGELO MARIÆ

TITULI S. MARCI

PRESBYTERO CARDINALI QUIRINO

Apoſtolicæ Sedis Bibliothecario & Epiſcopo Brixiano

JOSEPH BLANCHINUS

FELICITATEM.

QUONIAM Tu, Cardinalis Ampliſſime, mihi princeps authorque & ad ſuſcipiendam & ad ingrediendam rationem ſtudiorum Divinarum Scripturarum exſtitiſti; eorundem fructum aliquem a me repetere prope Tuo jure debes. En ergo TOMUM I. VINDICIARUM &c. complectens S. Hieronymi Divinam Bibliothecam, & Pſalterium duplex cum Canticis juxta Græcam Vulgatam, & Latinam

Ita-

Italam Verſionem, unà cum Præfatione Hiſtorica de Veteris Teſtamenti Textu Originali, Antiquis Codicibus, & Verſionibus Græcis ac Latinis; & Appendice aliquot Epiſtolarum, in quibus deſcribitur methodus totius reliquæ Editionis, in VI. Partes diſtribuendæ. Qui, ſi tanta fuerit humanitate atque clementia ſuſceptus, quanta animi oblectatione Tuo Nomini dedicatur, ſumma Tibi in beneficio iſto magnitudo erit, mihi verò maxima gloria. Hoc equidem officii debitum, Princeps Eminentiſſime, erat Tibi jam diù præſtandum; quòd ſi tardè nimis, id non deſidia, nec voluntariæ moræ contumacia, ſed Tabularum ex ære incidendarum copia intercedente, factum credas. Superiori anno, jam ferè abſolutum Opus erat; ſed ob eam cauſam, quam dixi, uſque in præſentem diem dilata eſt ejus evulgatio, de qua incredibilem capiam voluptatem, ſi Tibi quoque probabitur. Dolent etiam frugi homines, ſi eorum aſſidui labores, vituperationis plus ſint habituri, quàm laudis: & nihil eſt Literarum cultoribus tam adverſarium, eoſque nihil conturbat magis, quàm oleum & operam perdere. Sed auguror conjectura, hunc Tomum auſpicatò in lucem prodire. Quamvis enim non ſit perfectus ingenio, neque omni elaboratus induſtria ac dignitate; nihilominus tamen ob argumentum quod agit, ſuo non caret pretio. Nam (ut vera dicam) ipſe ferè omnium primus jacit fundamenta novi ædificii pro Vindiciis Canonicarum Scripturarum Vulgatæ Latinæ Editionis, & anecdota Sacrorum Bibliorum fragmenta colligit,

ligit, juxta Græcam Vulgatam, & Hexaplarem; Latinam Antiquam Italam, duplicemque S. Hieronymi Tranſlationem, ex Codicibus etiam quatuordecim ſæculorum. Deerat hoc Vindiciarum genus literis noſtris, ut publico incommodo detrimentoque dolebat Eminentiſſimus noſter Annalium Eccleſiaſticorum Parens Cæſar Cardinalis Baronius. Quo præſidio ſi Controverſiarum Scriptores minimè caruiſſent in Calvini ac Lutheri perduellium funeſtiſſimo exorſu, faciliùs gemina Hæreſiarcharum ora fuiſſent obſtructa; ac eorumdem gregales forſitan ſe temperaſſent ab illis blasphemiis, quas contra noſtram Vulgatam Latinam Editionem, tot ſæculorum vetuſtate robuſtam, & tanta veritate in ſumma gloria collocatam furentes evomuerunt; nec ab ipſis fuiſſent arma ea ſumpta, quæ ſacrilego *Belli Papalis* libro continentur. Nihil illo Opere injurius Eccleſiæ, Patribus Tridentinis, & ipſi Apoſtolicæ Sedi excogitari poterat, nihil ſceleſtius. Quod cum legiſſem, fui magnopere ſtomachatus; atque decrevi adornare *Vindicias Sacrorum Bibliorum Vulgatæ Latinæ Editionis*, ut ea palmaris ſententia judicetur, quæ ait, in hodiernis voluminibus Hebræis vitium eſſe, ubi ea, in rebus morum & fidei, atque in computatione ſeu numero librorum Canonicorum a Vulgata Edit. diſcordant. Quoniam vero, quod crimen eſſe Hæretici volunt, id totum videbunt in laudem mirè converſum, jam ad Italam venio; cujus Pſalterium auro cedroque certè dignum evulgo. Flaminius Nobilius Vir in Sanctorum Patrum diuturna lectione verſatus, at-

 que

que Antiqui Interpretis acer inveſtigator & diligens, ſummo ſtudio curaque renovare conatus eſt Veterem illam Sacrorum Bibliorum Translationem, de qua S. Auguſtinus libro 2. de Doctrina Chriſtiana Cap. 15. hæc ſcribit illuſtria: *In ipſis autem Interpretationibus ITALA ceteris præferatur: nam eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ*. Et Titulus quidem Operis Nobiliani haud temerè proceſſiſſe videtur. Sed quoniam ex auctoritatibus Divinarum Scripturarum, mutuatis ab Editionibus Operum illorum Patrum, qui antehieronymiana Verſione uſi ſunt, ipſe veluti pannum aſſuit, non faciliùs in Nobilio Italam, quàm aliam quamlibet Veterem Translationem reperiri dixit Sapientiſſimus Daniel Huetius in libro *de Claris Interpretibus*. Haud negaverim tamen illud immenſi laboris opus effectum eſſe pulcherrimum. Quamvis enim (quæ eſt ſententia ferè communis) feliciùs, & ad rationem inſtituendæ ITALÆ editionis egiſſet aptiùs, ſi, eam a fontibus repetens, pervetera Sacrorum Bibliorum volumina in conſilium adhibuiſſet; attamen, ipſe, nemine præeunte, ſalebroſum iter arripuit, & poſteris intentatam monſtravit digito viam, facemque prætulit. Quamobrem Doctiſſimus Martianæus, Monachus Ordinis S. Benedicti Parentis Tui, è Congregatione S. Mauri, complanatum callem fideliter, atque, ut mihi quidem videtur, perdiligenter ingreſſus; Codices Mss. non vulgaris antiquitatis conquiſivit, in quibus eſſet conſpirans, atque conſentiens Antiqui Interpretis lectionum vis atque cognatio. Sed, licèt inflammatus incredi-

bili

bili cupiditate hanc ſpartam ornandam ſuſceperit, tamen ejus diligentia numquam reperit, quantum, ut haberet, optabat. Amiſſum nihilominus omnino, quod erat ſpe devoratum tempus, non putavit. Nam duo ei præſto fuerunt Exemplaria antiquæ Corbejæ in Francia, & S. Germani a Pratis, quibus Itala Evangelii S. Matthæi Translatio continebatur. Huic autem, ut ipſe teſtatur, præpropero labore ſubtexuit Epiſtolam quoque Catholicam S. Jacobi, quæ exſtabat in alio Codice Corbejenſi, nunc in Bibliotheca SanctiGermani translato, numeralis notæ 625. Iſtorum monumentorum felix & fauſta detectio, non modò ei abſterſit omnes diuturnæ inquiſitionis moleſtias, ſed effecit dulcem etiam laborem. Quamobrem ego etiam, Cardinalis Sapientiſſime, in animum induxi meum ejuſdem Italæ indagini ſedulam operam dare, & aliquid ad communem fructum afferre. Contigit autem exitus, quem optabam. Nam (quod vix, aut ne vix, quidem ſperandum erat) mihi occurrere, & quaſi lucere viſi ſunt non pauci IV. V. & VI. ſæculi Codices Mss. Divinarum Scripturarum, qui, cùm (juxta regulam S. Auguſtini) *tenaciores verborum ſint, cum perſpicuitate ſententiæ*, Antiquam Latinam Italam mirificè repræſentant. Hinc eſt, quòd vigiliæ, mihi ſemper cariſſimæ, etiam jucundiores fuerunt. Quis verò me reprehendat; aut quis mihi jure ſuccenſeat, ſi, quantum cæteris ad ſuas res obeundas, quantum ad animi requiem, & corporis conceditur temporis; tantum mihi egomet ſumpſerim; & ſomno, deambulationibuſque ſubtraxerim, ad Ita-

lam

lam è tenebris eruendam. Atque hoc eò mihi concedendum erat magis, quòd ex his ſtudiis Sanctæ Matris Eccleſiæ cauſa ſtrenuè defendatur adverſus Hæreticos; qui profecto, ſi nihil ad percipiendam colendamque Romanam Catholicam Fidem literis adjuvarentur, numquam ad eam amplexandam ſe conferrent. Quibus etiam, quoniam jacent in tenebris, ipſi, quantum eſt ſitum in nobis, & opem, & ſalutem ferre debemus. Quamvis enim in iis, quæ ad Religionem pertinent, nullum cum Hæreticis habeamus commune vinculum, orandum tamen nobis eſt, ut ipſi quoque convertantur, & vivant; quoniam omnes homines (ſuper quos lumen vultus tui, Domine, ſignatum eſt) funiculis caritatis inter ſe continentur. Quòd ſi in decurſu Operis videar aliquando de ipſis paullo loqui liberiùs, zelum Sacrorum Bibliorum me comediſſe cognoſcent. Quis namque noſtrûm tam animo agreſti, & indigno Catholica profeſſione erit, ut Vulgatam Latinam perſundari videat, & minimè commoveatur. Sed hac in re ſatis multis alibi ſignificavi quid ſentiam. Nunc ergo, quoniam Epiſtola illuc me vocat, unde diſceſſi, jam veniam; ac poſteaquam de Editione, de Tuis laudibus ſcribam. Ratio nuncupationis id poſtulat, ut liceat mihi, ſi non debitum ſolvere, ſaltem publicè profiteri quo Mecenate gaudeam. Undique verò ſuppeditat, quod de Te dicam, quocumque, non modò mens, verùm etiam oculi inciderint. Et licèt egregia illa, & ad amplitudinem, & ad gloriam, & ad res magnas benè gerendas Tibi

divi-

divinitùs adjuncta gratia in cauſa ſit, ut ego ſingula Tua immenſis laudibus digna facinora recenſere deſperem; nihilo tamen minus animum erigam, & ultrà me ſilere non patiar. Quis enim tanto flumine ingenii, quis dicendi, aut ſcribendi tanta vi, tantàque copia, hoc in lumine literarum exiſtit, qui tecum ſit, Cardinalis Eminentiſsime, comparandus? Italia tota eſt quaſi theatrum ſapientiæ Tuæ; cujus præconia audiuntur, leguntur, patent. Ipſa tot, tantis, tamque ornatis judicibus ac teſtimoniis ANGELI QUIRINI nomen extollit, quot celebres virtute Viros nutrit, ac fovet. Ipſa, in tuorum itinerum curſu, non ſine miraculo vidit id mentis Tuæ acumini datum, quod quiſque alter ne in otio quidem, & longa meditatione eſſet conſequutus; theſauros nempe omnigenæ eruditionis, atque in univerſa Hiſtoria peritiam ſingularem: ut ſileam linguarum uſum, ipſamque poeticam artem, urbana comitate itinera tua ita condientem, ut dicendum ſit Muſas te fugientem fuiſſe ſequutas. Ipſa denique, te Doctiſſimis atque Pientiſſimis Cardinalibus Sirleto, Baronio, atque Antonio Carafæ Sanctæ Sedis Bibliothecariis in ævum celebrandis jure merito comparat; quoniam, uti ipſi, Literarum inſignis cultor es, & Mecœnas, magnumque præſidium; & ſolatio tibi ſunt, quæ aliis oneri, eruditæ vigiliæ, in quarum frequentiam, nihil de publicorum negotiorum, nihil de Paſtoralis ſollicitudinis cura detrahens, ita ſedulò incumbis, ut difficilè dictu ſit, utrum homines magis ſapientiam Tuam in humili Monaſtico gradu, quàm in Eminentiſſima

Dignitate ſuſpexerint. Alma Roma Te frui cupit; quod ſi erit factum, ipſam in Conventibus, & Congregationibus Cardinalitiis, quæ de rebus morum, ac Fidei, ſeu Eccleſiaſticæ Immunitatis habentur, Divino beneficio afficies; & a Vaticana Bibliotheca (quæ mutis quidem, graviſſimis tamen, magniſque clamoribus non velut hoſpitem, ſed tanquam contubernalem Te dicit ſuum) æternam gloriam conſequeris. Sanctiſſimus Dominus Noſter BENEDICTUS XIIII. Pont. Max. externa die cum ingenti gaudio ordinum univerſorum (Deiparæ Virginis Mariæ, & S. Patris Philippi Nerii præſentiſſimo, manifeſtoque interveniente ſuffragio) Eccleſiæ divinitùs datus, hanc ſpem nobis renovavit; cum, nulla interjecta mora, Te Cardinalem Ampliſſimum Congregationi Indicis publico Literarum bono præfecit. Et quoniam in ea temporis momenta incidit hujus Epiſtolæ nuncupatio, in quibus Eccleſia, lugubri viduitatis ſuæ veſte mutatâ, Sponſum deſcendentem de Cælo a Deo excepit in ſinu; ego humi ſtratus exoro, obteſtorque vos Principes Apoſtolorum, qui huic Urbi Chriſtiani Orbis Dominæ præſidetis, ut ipſum Pontificem Summum, Principem Optimum, Paſtorem vigilantiſſimum, & formam gregis factum ex animo, veſtris humeris ſuſtineatis, qui Petri Cathedram, Imperiumque, Divino afflante Numine, ſubitò eſt conſequutus; ut omnibus Gentibus Poteſtatique perſpicuum appareret, Romanos Pontifices caelitus inaugurari. Vos, inquam, qui hanc Urbem profuſo ſanguine dedicaſtis, diu ſervare velitis nobis incolumem

lumem tam carum Caput: quod ſe ea conditione devovit, ut, propriis commodis prætermiſſis, cura, cogitatione, vigiliis omnibus, nihil, niſi de ſalute gregis a Chriſto ſibi concrediti laboraret. Et quamvis de tanto Pontifice nemo umquam dignè ſatis eloquetur, ego tamen impræſentiarum affirmo, nullam in eo eſſe laudem ampliorem, quàm eam, quam heri eſt conſequutus, cùm ſummo Sacri Collegii verè Apoſtolici conſenſu, judicioque graviſſimo creatus eſt Pontifex, uti Maximus Dignitate, ita etiam Optimus Miniſterio. Dum autem nos humilis Chriſti grex Domino provoluti teneremus Sanctiſſimæ Virginis aram, teneremus B. Patris Philippi tumulum incorrupto Depoſito glorioſum, ut ambo nobiſcum Dominum exorarent; Spiritus Conſilii Paracletus, qui corda novit omnium, oſtendit quem elegerat unum, perinde emeritum qui oſtenderetur, perinde emeritum qui eligeretur. Nam in momento, in ictu oculi, &, vix expletis publicis triduanis ſupplicationibus, rata habere voluit Deus, ea quæ in craſtinum erant in Comitiis omnium ſuffragio Patrum decernenda. Eminuit protinus Sapientiſſimus Cardinalis Prosper Lambertinus totius judicio Collegii, quamvis lateret ſuo. Oh felix diuturna Eccleſiæ hæſitatio! cui tandem Pater luminum revelavit illum Summum Pontificem Sanctuarii, ſuper quem venturus erat Spiritus Domini in caligine nubis, ut audiret eum Populus loquentem ad ſe, & crederet illi in perpetuum. Sed ut unde eſt orſa, in eodem hæc terminetur Epiſtola, id a me nunc fieri debere intel-

intelligo, Cardinalis Ampliſsime, ut de Te iterum ſcribam. Soleo enim libenter res a Te præclarè geſtas crebris uſurpare ſermonibus, atque pro meritis celebrare; quoniam, quicquid ab Epiſcopo vigilantiſsimo, quicquid a Sanctæ Sedis inſigni Bibliothecario, quicquid demum a Sacri Collegii Principe reverendo eſt poſtulandum; Tu ſemper cum fœnore præſtitiſti, religione, fide, conſilio, vigilantia, gravitate, integerrima vita, modeſtiſsimis moribus, atque ſapientia penè ſingulari; quæ omnes propriæ ſunt laudes Tuæ. Hi, qui favent nobilitati, qui id putant eſſe pulcherrimum; Te ex ſplendore ac vetuſtate Majorum prædicent, Te dicant in ſumma Quirina Familia natum. Ego libens iſta prætereo; ex quibus inſignes virtute Viri, non tam laudari volunt, quàm digni videri; cùm nulla alia in his eſſe laus relicta nepotibus videatur, quàm ea, quæ ab imitatione proficiſcitur, in qua Tu maximè excelluiſti. Reliquam partem, quaſi ſuo jure (inquit Cicero) fortuna ſibi vendicat, & quod a Proavis venit, id pænè omne dicit ſuum. Ea ſcribam ſolummodò, quæ Tibi Majores relinquere quidem exemplo, non tamen re potuerunt, in quibus, quoniam ſocium habes neminem, tua eſſe ea tota, & propria fateri neceſsè eſt. Celebris Florentiæ Urbs obſervatum ſibi teſtatur in Te adhuc juvene ſublime ingenium & animum ad ſumma conſpirantem. Veneranda Benedictinorum Familia, dum in ea Monachum ageres, Te præcipuis dignitatibus, ac majoribus curis digniſsimum reputans, præſentem fortunam, qua nunc gaudes,

des,

des, felicitati publicæ ominabatur. Corcyræi quoque in Venerabili Antiſtite, religionis ſtudium, Græcarum literarum rituumque peritiam valdè mirati ſunt: & publica documenta, quæ continent a Te initam rationem & viam, pro innocuè retinenda in ea Inſula conſuetudine, quæ Latinos inter, & Græcos ſacris in rebus viget, id ſatis ſuperque teſtantur. Quod cùm in mentem revoco, & felix tempus illud, annoſque perpaucos numero, quos Tu Corcyræ tranſegiſti, nulla gratior mihi ſe offerre poteſt recordatio, ſupra eam, quam ex illis authenticis monumentis accepimus, in quibus memoriæ proditum eſt, Te Authore, Te Præſule, illam Eccleſiam, ex diverſo Rituum dogmaticorum more, in unam veniſſe ſententiam, & voluntatem: quemadmodum Sacra Romana Rituum Congregatio literis publicis memoriam debiti profeſſa eſt, cùm, inſigni prorſus elogio, ANGELI QUIRINI egregia in Chriſtianam Rempublicam merita ad ſempiternam memoriam ſucceſſorum Antiſtitum propagavit. Voluiſti præterea (& ſanè digno imitationis exemplo) induſtriam Tuam à Corcyrenſibus ex alio quoque labore cognoſci. Nam inter eos plus ut valeret gratia, quam Literis inditus amor ſemper eſt conſequutus, inſignem etiam Librum, ab univerſis Academiis, ob ingentem atque omnigenam eruditionem, ſummis laudibus celebratum, *de Primordiis Corcyræ* (dum in ea Inſula Pontificem ageres) admirabili celeritate condidiſti; eumque primùm Lycii in Regno Neapolitano quindecim ab hinc annis publici juris factum, dein anno

præterito ſecundis curis, multiſque partibus locupletatum, eruditus Orbis aſpexit. Quæ ſecunda nitidiſſima, & numeris omnibus abſoluta Editio, quoniam in ipſis canicularium dierum æſtuoſiſſimis horis, typis parabatur (ut homines integerrimæ fidei retulerunt), ea etiam de cauſa ab omnibus, qui in ſtudiis literarum inſudant, maximam admirationem exegit, ac geminatas laudes adepta eſt: præſertim, cum tanto Operi expoliendo ita indulgeres, ut nihil propterea de Epiſcopali vigilantia curaque remitteres. Etenim, ſi ad Patrem familias, atque ad Evangelicum agricolam ſpectat, & pecuarium, *proferre de theſauris ſuis nova & vetera*, *ſeminare bonum ſemen*, *& oves paſcere verbo*, *& exemplo*; *nec quærere quæ ſua ſunt*, *ſed quæ ſunt Dei*; hæc omnia cumulatiſſimè in Te contemplati ſumus. Vidit Brixinæ Eccleſia in ſacris viſitationibus obeundis ingentes a te ſuſceptos labores; vidit profuſam in egenos, qui mendicare erubeſcunt, liberalitatem; vidit aperta mulieribus Ginecæa ſervandæ Virginum honeſtati à fundamentis erecta; vidit Collegia Sacerdotum inſtituta, unde in vaſtiſſimam Diœceſim catecheſis, & prædicatio perennis diffunderetur; vidit eximios Presbyteros Congregationis Miſſionis, qui evangelizant pauperibus verbum Dei, & Eccleſiaſtici ordinis inhiant decorem, non ſolùm a Te acceptos, ſed etiam in Epiſcopii Seminario ſtabili firmoque domicilio donatos, ut, quo tempore ab Apoſtolicis Miſſionibus vacant, adoleſcentes, tonſo capillo in ſortem & hæreditatem Domini vocatos, ad

ſolidam pietatem, atque ad Eccleſiaſticas cæremonias erudiant; vidit Virgines Saleſianas in populoſa Valle Camunica (quæ ad tua uſque tempora carebat ſolatio puellarum, quæ ſequerentur Agnum in Aſceteriis) conſtabilitas, quarum Monaſterio ritè condito magnam pecuniæ ſummam liberaliter conceſſiſti atque ſacraſti; proventum ſcilicet, quem ea vaſtiſſima Regio, utpote Brixiani Pontificis Ducatus, Tibi in poſterum eſſet allatura: vidit denique Cathedralem Urbis Baſilicam ultra Sæculum conſtrui cœptam, ſed longo jam ſitu ſquallidam (ob ferè depoſitam ſpem, quòd ejus magnificum ingenſque ædificium amplius ad umbilicum perduceretur, ea, quam veterum Brixianorum religio in votis habuit, majeſtate) ſumma animi contentione, ſumptuque ſplendido, a Te, Cardinalis Religioſiſſime, eò perductam, ut ibidem Sacrum Pontificale jam peragi poſſit. Gaudet verò, & lætatur tantum incrementi in dies accipere, ut ſperet, perfecta jam majori nobilioríque parte, quæ pretioſis ornamentis ditata eſt maximè, reliquam etiam non longo temporis intervallo abſolutum iri. Et quoniam nunc fervet opus, ejus ſupremam manum perfectionemque deſidero, propediem, idque a te votis omnibus rogo. Porro nihil erit, quod tibi majori gloriæ eſſe poſſit, nihilque præclarius. Sed jam intelligo, Cardinalis Ampliſſime, me multò ſcripſiſſe plura de pietate, de zelo animarum, & de ſollicitudine paſtorali, quàm modeſtia tulerit atque voluntas tua. Quare ad ſtudia literarum potiùs veniam. De quibus illud primò dictum eſto,

quod

quod Tu doctiſſimo, meique amantiſsimo Viro Canonico Galleardo graviſsimus author ad inſtituendam, ſapientiſsimus conſiliarius ad comparandam, fortiſsimus denique adjutor ad perficiendam inſignem Collectionem Brixianorum Patrum fuiſti. Quoniam verò poſtulabatur jam diù, vel flagitabatur potiùs Literaria quædam Cll. Virorum uniuſcujuſque Civitatis Hiſtoria; viſum eſt Tibi, qui ſtudiis etiam humanioribùs maximè delectaris, ad Populi Cenomani decus, Brixiæ primùm deberi hoc munus; ut ea Urbs, quæ ſancta per te eſt, per te eundem eſſet ornata. Quamobrem, poſt memoratam illam Veterum Patrum Brixianæ Eccleſiæ Editionem, qua nihil eſſe poteſt illuſtrius, placuit Tibi de ejuſdem Urbis *Literatura renatarum Literarum ætate* perſcribere; & ſpecimen dare Virorum, qui in Brixiano ſolo, ejuſque ditione paullo poſt Typographiæ incunabula literis floruerunt, ſcilicet à vergente ad finem ſæculo XV. uſque ad medietatem ſæculi XVI. ut, præter Brixiani ingenii gloriam, tàm Annalium Typographicorum ſeries, quàm Hiſtoria Literaria temporis illius (quo bonarum Artium renata ſunt ſtudia) mirificè illuſtrarentur. Neque, occupata jam opera, tanta provincia ſuſcepta eſt: deerat enim hoc genus Hiſtoriæ literis noſtris; &, ut ipſe intelligo, utque ex incomparabili Viro Apoſtolo Zeno audio, ante Te hactenus nemo a Typographicis uſque temporibus ea methodo, eaque ratione, ſcribendæ Literaturæ cœpit exordium. Quare, cùm tam altè, & ut oportebat a capite Tu repetieris ar-

gumen-

gumentum, laudatus Cl. Vir, digno certè marmore elogio, Quirinum unum, nec præterea quemquam, qui *in Hiſtoria Literaturæ* punctum omne tulerit, ſe legiſſe teſtatur. Hi, qui hocce argumenti genus aliter tradiderunt, non tam Hiſtoriæ, quàm adverſariorum tradiderunt vias; & multùm abſunt ab optimo. Tu ſolus, princeps authorque veræ ſcribendi rationis exſtitiſti: & Marchio Scipio Maffejus Civis meus, quem, ob innumera in Literariam Rempublicam merita, ſemper in ore habeo, atque unicè diligo, ſcribens de hac Tua *Brixiana Literatura*, idem judicium ſuum eſſe voluit. Et optimo jure quidem: nam in eo Opere concinnando, ut Præfationis Tuæ verbis utar, ratio „ à Te fuit inita, Cardinalis Sapientiſſime, profecto „ diſpar ab ea, quàm reliqui in vulgandis Scripto„ rum, cujuſpiam ſeu Urbis, ſeu Regionis, ſeu Cœ„ tus, notitiis, ſectari conſueverunt. Brixianorum „ nempe Scriptorum, quibus, ſub ipſa Typographiæ „ incunabula, & renatarum Literarum tempora, in„ clyta Cenomanum Princeps abundavit, notitias „ (quæ ad exhibendum Literaturæ eorum ſpecimen „ facerent) non accurata ſolùm narratione deſcri„ bere, ſed præterea ex ipſorum Operibus non adeo „ brevia fragmenta, ſive Præfationes, ſeu Epiſto„ las Nuncupatorias, ex veteribus Editionibus, ma„ gno plerumque labore, & temporis impendio uti„ que conquirendis, deſumere, & in medium pro„ ferre curaſti; quas ſcilicet in novis Editionibus, „ ornatioribus quidem & uberioribus, minime ut „ plurimùm comparere, juſta, ac frequens Viro-

„ rum Eruditorum querela eſt. Iis autem inſtrumen-
„ tis, atque ſubſidiis nihil opportunius eſſe poteſt,
„ ad Scriptorum doctrinam, ingenium, ſtilum, &
„ mores etiam eorum vitæ, aliaque omnia illu-
„ ſtranda: unde, & eorumdem, & in univerſum Li-
„ teraria ejus temporis, quo ſcripſerunt, Hiſtoria
„ perſpicuis certiſque fundamentis nixa percipiatur.
Quid ampliùs Viri docti deſiderent, non reperio. Hoc unicè tamen ab inanis gloriæ cupidis in Tua Editione reprehenditur, quòd ſcilicet invidus ipſe Tibi, laudiſque contemptor, Clariſſimum Authoris nomen in fronte Libri ſuppreſſeris. Sed tot ac tanta ſunt veri conditoris indicia, ut ea perſonam deponere Te coegerint; &, quamvis irrito conatu Brixianorum plauſus fugere tentares, in publicas altioreſque acclamationes univerſam Literarum Rempublicam incitaverint. Sunt alia quoque, & majora ingenii monumenta, quæ penè ſilentio prætermittam, ne ſim longior. Editio S. Ephræm Syri, non ſolùm noſtris, ſed penè omnium Gentium literis atque linguis jam celebratur; neque ulla unquam ætas de ejus laudibus conticeſcet: eam verò Cl. Vir Canonicus Galleardus, honoris cauſa nominandus, etiam miratus eſt magis, quoniam a Te Roma longè diſſito, ſtudioſè adeo promota fuit, ut, vèl ex hoc uno, verè ἑκάεργος dici poſſis. Magnum illud Orientalis Eccleſiæ lumen, a Sanctis Baſilio, Gregorio Nyſſeno, & Hieronymo immenſis laudibus celebratum; a Theodoreto Cyri Epiſcopo Virum admirabilem, atque excellentiſſimum Scriptorum Regionis ſuæ dictum; a Syria deni-

denique tota Orbis, Doctorem, & Prophetam appellatum, Eruditiſſimus Præſul Joſephus Simonius Aſſemanus, te authore, te duce, publici juris facit. Atque ejus Opera omnia, quæ exſtant Græcè, Syriacè, & Latinè in ſex Tomos diſtributa, ad Mss. Codd. Vaticanos, alioſque caſtigat, multis auget; & Præfationibus, Notis, variantibuſque lectionibus mirificè illuſtrat, ſub tanto moderatore, atque Bibliothecario, qui maximam ab omnibus laudem adeptus eſt. At de Vita & Vindiciis Pauli Papæ II. quæ propè diem publicam lucem aſpicient, nullò modò ſilere poſſum. Eæ lucubrationes, ſi in privatis hominibus glorioſæ ſunt, multo magis commendantur in Cardinali; præſertim cùm ſubſecivis horis in Comitiorum receſſu a Te fuerint elaboratæ; ut Pontificalis dignitas aucta foret, cum utilitate communi. Parietes illi, in quibus afflatus Numenque Divini Spiritus venit, in deligendo BENEDICTO XIIII. Pont. Opt. Max. Petri emerito Succeſſore, Eccleſiæ Catholicæ Sponſo, Chriſti in Terris Vicario, & ſequeſtri maximæ ſecundùm Deum poteſtatis, Tibi gratias agere geſtiunt; quòd uni ex Succeſſoribus Petri ſuam reddideris dignitatem, ejuſque ſanctiſſimum nomen ab inimicorum calumniis vindicaveris. Sereniſſima quoque Venetiarum Reſpublica Te Patricium emeritum prædicabit, quòd, immortali omninò cum Tua laude, maledicorum hominum repreſſeris impetum, ardoremque reſtinxeris, propulſans a Patre Patriæ, atque à Chriſtiani Orbis Pontifice Summo omnem omninò reprehenſionem. Demum univerſa Literaria Reſp.

æter-

Dignitate ſuſpexerint. Alma Roma Te frui cupit; quod ſi erit factum, ipſam in Conventibus, & Congregationibus Cardinalitiis, quæ de rebus morum, ac Fidei, ſeu Eccleſiaſticæ Immunitatis habentur, Divino beneficio afficies; & a Vaticana Bibliotheca (quæ mutis quidem, graviſſimis tamen, magniſque clamoribus non velut hoſpitem, ſed tanquam contubernalem Te dicit ſuum) æternam gloriam conſequeris. Sanctiſſimus Dominus Noſter BENEDICTUS XIIII. Pont. Max. externa die cum ingenti gaudio ordinum univerſorum (Deiparæ Virginis Mariæ, & S. Patris Philippi Nerii præſentiſſimo, manifeſtoque interveniente ſuffragio) Eccleſiæ divinitùs datus, hanc ſpem nobis renovavit; cum, nulla interjecta mora, Te Cardinalem Ampliſſimum Congregationi Indicis publico Literarum bono præfecit. Et quoniam in ea temporis momenta incidit hujus Epiſtolæ nuncupatio, in quibus Eccleſia, lugubri viduitatis ſuæ veſte mutatâ, Sponſum deſcendentem de Cælo a Deo excepit in ſinu; ego humi ſtratus exoro obteſtorque vos Principes Apoſtolorum, qui huic Urbi Chriſtiani Orbis Dominæ præſidetis, ut ipſum Pontificem Summum, Principem Optimum, Paſtorem vigilantiſſimum, & formam gregis factum ex animo, veſtris humeris ſuſtineatis, qui Petri Cathedram, Imperiumque, Divino afflante Numine, ſubitò eſt conſequutus; ut omnibus Gentibus Poteſtatique perſpicuum appareret, Romanos Pontifices caelitus inaugurari. Vos, inquam, qui hanc Urbem profuſo ſanguine dedicaſtis, diu ſervare velitis nobis incolumem

lumem

lumem tam carum Caput: quod ſe ea conditione devovit, ut, propriis commodis prætermiſſis, cura, cogitatione, vigiliis omnibus, nihil, niſi de ſalute gregis a Chriſto ſibi concrediti laboraret. Et quamvis de tanto Pontifice nemo umquam dignè ſatis eloquetur, ego tamen impræſentiarum affirmo, nullam in eo eſſe laudem ampliorem, quàm eam, quam heri eſt conſequutus, cùm ſummo Sacri Collegii verè Apoſtolici conſenſu, judicioque graviſſimo creatus eſt Pontifex, uti Maximus Dignitate, ita etiam Optimus Miniſterio. Dum autem nos humilis Chriſti grex Domino provoluti teneremus Sanctiſſimæ Virginis aram, teneremus B. Patris Philippi tumulum incorrupto Depoſito glorioſum, ut ambo nobiſcum Dominum exorarent; Spiritus Conſilii Paraclетus, qui corda novit omnium, oſtendit quem elegerat unum, perinde emeritum qui oſtenderetur, perinde emeritum qui eligeretur. Nam in momento, in ictu oculi, &, vix expletis publicis triduanis ſupplicationibus, rata habere voluit Deus, ea quæ in craſtinum erant in Comitiis omnium ſuffragio Patrum decernenda. Eminuit protinus Sapientiſſimus Cardinalis Prosper Lambertinus totius judicio Collegii, quamvis lateret ſuo. Oh felix diuturna Eccleſiæ hæſitatio! cui tandem Pater luminum revelavit illum Summum Pontificem Sanctuarii, ſuper quem venturus erat Spiritus Domini in caligine nubis, ut audiret eum Populus loquentem ad ſe, & crederet illi in perpetuum. Sed ut unde eſt orſa, in eodem hæc terminetur Epiſtola, id a me nunc fieri debere

intel-

intelligo, Cardinalis Ampliſsime, ut de Te iterum ſcribam. Soleo enim libenter res a Te præclarè geſtas crebris uſurpare ſermonibus, atque pro meritis celebrare; quoniam, quicquid ab Epiſcopo vigilantiſsimo, quicquid a Sanctæ Sedis inſigni Bibliothecario, quicquid demum a Sacri Collegii Principe reverendo eſt poſtulandum; Tu ſemper cum fœnore præſtitiſti, religione, fide, conſilio, vigilantia, gravitate, integerrima vita, modeſtiſsimis moribus, atque ſapientia penè ſingulari; quæ omnes propriæ ſunt laudes Tuæ. Hi, qui favent nobilitati, qui id putant eſſe pulcherrimum; Te ex ſplendore ac vetuſtate Majorum prædicent, Te dicant in ſumma Quirina Familia natum. Ego libens iſta prætereo; ex quibus inſignes virtute Viri, non tam laudari volunt, quàm digni videri; cùm nulla alia in his eſſe laus relicta nepotibus videatur, quàm ea, quæ ab imitatione proficiſcitur, in qua Tu maximè excelluiſti. Reliquam partem, quaſi ſuo jure (inquit Cicero) fortuna ſibi vendicat; & quod a Proavis venit, id pænè omne dicit ſuum. Ea ſcribam ſolummodò, quæ Tibi Majores relinquere quidem exemplo, non tamen re potuerunt, in quibus, quoniam ſocium habes neminem, tua eſſe ea tota, & propria fateri neceſsè eſt. Celebris Florentiæ Urbs obſervatum ſibi teſtatur in Te adhuc juvene ſublime ingenium & animum ad ſumma conſpirantem. Veneranda Benedictinorum Familia, dum in ea Monachum ageres, Te præcipuis dignitatibus, ac majoribus curis digniſsimum reputans, præſentem fortunam, qua nunc gau-

des,

des, felicitati publicæ ominabatur. Corcyræi quoque in Venerabili Antiſtite, religionis ſtudium, Græcarum literarum rituumque peritiam valdè mirati ſunt: & publica documenta, quæ continent a Te initam rationem & viam, pro innocuè retinenda in ea Inſula conſuetudine, quæ Latinos inter, & Græcos ſacris in rebus viget, id ſatis ſuperque teſtantur. Quod cùm in mentem revoco, & felix tempus illud, annoſque perpaucos numero, quos Tu Corcyræ tranſegiſti, nulla gratior mihi ſe offerre poteſt recordatio, ſupra eam, quam ex illis authenticis monumentis accepimus, in quibus memoriæ proditum eſt, Te Authore, Te Præſule, illam Eccleſiam, ex diverſo Rituum dogmaticorum more, in unam veniſſe ſententiam, & voluntatem: quemadmodum Sacra Romana Rituum Congregatio literis publicis memoriam debiti profeſſa eſt, cùm, inſigni prorſus elogio, ANGELI QUIRINI egregia in Chriſtianam Rempublicam merita ad ſempiternam memoriam ſucceſſorum Antiſtitum propagavit. Voluiſti præterea (& ſanè digno imitationis exemplo) induſtriam Tuam à Corcyrenſibus ex alio quoque labore cognoſci. Nam inter eos plus ut valeret gratia, quam Literis inditus amor ſemper eſt conſequutus, inſignem etiam Librum, ab univerſis Academiis, ob ingentem atque omnigenam eruditionem, ſummis laudibus celebratum, *de Primordiis Corcyræ* (dum in ea Inſula Pontificem ageres) admirabili celeritate condidiſti; eumque primùm Lycii in Regno Neapolitano quindecim ab hinc annis publici juris factum, dein anno

præterito ſecundis curis, multiſque partibus locupletatum, eruditus Orbis aſpexit. Quæ ſecunda nitidiſſima, & numeris omnibus abſoluta Editio, quoniam in ipſis canicularium dierum æſtuoſiſſimis horis, typis parabatur (ut homines integerrimæ fidei retulerunt), ea etiam de cauſa ab omnibus, qui in ſtudiis literarum inſudant, maximam admirationem exegit, ac geminatas laudes adepta eſt: præſertim, cum tanto Operi expoliendo ita indulgeres, ut nihil propterea de Epiſcopali vigilantia curaque remitteres. Etenim, ſi ad Patrem familias, atque ad Evangelicum agricolam ſpectat, & pecuarium, *proferre de theſauris ſuis nova & vetera*, *ſeminare bonum ſemen*, *& oves paſcere verbo*, *& exemplo*; *nec quærere quæ ſua ſunt*, *ſed quæ ſunt Dei*; hæc omnia cumulatiſſimè in Te contemplati ſumus. Vidit Brixianæ Eccleſia in ſacris viſitationibus obeundis ingentes a te ſuſceptos labores; vidit profuſam in egenos, qui mendicare erubeſcunt, liberalitatem; vidit aperta mulieribus Ginecæa ſervandæ Virginum honeſtati à fundamentis erecta; vidit Collegia Sacerdotum inſtituta, unde in vaſtiſſimam Diœceſim catechesis, & prædicatio perennis diffunderetur; vidit eximios Presbyteros Congregationis Miſſionis, qui evangelizant pauperibus verbum Dei, & Eccleſiaſtici ordinis inhiant decorem, non ſolùm a Te accerſitos, ſed etiam in Epiſcopii Seminario ſtabili firmoque domicilio donatos, ut, quo tempore ab Apoſtolicis Miſſionibus vacant, adoleſcentes, tonſo capillo in ſortem & hæreditatem Domini vocatos, ad

ſoli-

ſolidam pietatem, atque ad Eccleſiaſticas cæremonias erudiant; vidit Virgines Saleſianas in populoſa Valle Camunica (quæ ad tua uſque tempora carebat ſolatio puellarum, quæ ſequerentur Agnum in Aſceteriis) conſtabilitas, quarum Monaſterio ritè condito magnam pecuniæ ſummam liberaliter conceſſiſti atque ſacraſti; proventum ſcilicet, quem ea vaſtiſſima Regio, utpote Brixiani Pontificis Ducatus, Tibi in poſterum eſſet allatura: vidit denique Cathedralem Urbis Baſilicam ultra Sæculum conſtrui cœptam, ſed longo jam ſitu ſquallidam (ob ferè depoſitam ſpem, quòd ejus magnificum ingenſque ædificium amplius ad umbilicum perduceretur, ea, quam veterum Brixianorum religio in votis habuit, majeſtate) ſumma animi contentione, ſumptuque ſplendido, a Te, Cardinalis Religioſiſſime, eò perductam, ut ibidem Sacrum Pontificale jam peragi poſſit. Gaudet verò, & lætatur tantum incrementi in dies accipere, ut ſperet, perfecta jam majori nobiliorique parte, quæ pretioſis ornamentis ditata eſt maximè, reliquam etiam non longo temporis intervallo abſolutum iri. Et quoniam nunc fervet opus, ejus ſupremam manum perfectionemque deſidero prope diem, idque a te votis omnibus rogo. Porro nihil erit, quod tibi majori gloriæ eſſe poſſit, nihilque præclarius. Sed jam intelligo, Cardinalis Ampliſſime, me multò ſcripſiſſe plura de pietate, de zelo animarum, & de ſollicitudine paſtorali, quàm modeſtia tulerit atque voluntas tua. Quare ad ſtudia literarum potiùs veniam. De quibus illud primò dictum eſto,

quod

quod Tu doctiſſimo, meique amantiſsimo Viro Canonico Galleardo graviſsimus author ad inſtituendam, ſapientiſsimus conſiliarius ad comparandam, fortiſsimus denique adjutor ad perficiendam inſignem Collectionem Brixianorum Patrum fuiſti. Quoniam verò poſtulabatur jam diù, vel flagitabatur potiùs Literaria quædam Cll. Virorum uniuſcujuſque Civitatis Hiſtoria; viſum eſt Tibi, qui ſtudiis etiam humanioribùs maximè delectaris, ad Populi Cenomani decus, Brixiæ primùm deberi hoc munus; ut ea Urbs, quæ ſancta per te eſt, per te eundem eſſet ornata. Quamobrem, poſt memoratam illam Veterum Patrum Brixianæ Eccleſiæ Editionem, qua nihil eſſe poteſt illuſtrius, placuit Tibi de ejuſdem Urbis *Literatura renatarum Literarum ætate* perſcribere; & ſpecimen dare Virorum, qui in Brixiano ſolo, ejuſque ditione paullo poſt Typographiæ incunabula literis floruerunt, ſcilicet à vergente ad finem ſæculo XV. uſque ad medietatem ſæculi XVI. ut, præter Brixiani ingenii gloriam, tàm Annalium Typographicorum ſeries, quàm Hiſtoria Literaria temporis illius (quo bonarum Artium renata ſunt ſtudia) mirificè illuſtrarentur. Neque, occupata jam opera, tanta provincia ſuſcepta eſt: deerat enim hoc genus Hiſtoriæ literis noſtris; &, ut ipſe intelligo, utque ex incomparabili Viro Apoſtolo Zeno audio, ante Te hactenus nemo a Typographicis uſque temporibus ea methodo, eaque ratione, ſcribendæ Literaturæ cœpit exordium. Quare, cùm tam altè, & ut oportebat a capite Tu repetieris argumen-

gumentum, laudatus Cl. Vir, digno certè marmore elogio, QUIRINUM unum, nec præterea quemquam, qui *in Hiſtoria Literaturæ* punctum omne tulerit, ſe legiſſe teſtatur. Hi, qui hocce argumenti genus aliter tradiderunt, non tam Hiſtoriæ, quàm adverſariorum tradiderunt vias; & multùm abſunt ab optimo. Tu ſolus, princeps authorque veræ ſcribendi rationis exſtitiſti: & Marchio Scipio Maffejus Civis meus, quem, ob innumera in Literariam Rempublicam merita, ſemper in ore habeo, atque unicè diligo, ſcribens de hac Tua *Brixiana Literatura*, idem judicium ſuum eſſe voluit. Et optimo jure quidem: nam in eo Operè concinnando, ut Præfationis Tuæ verbis utar, ratio
,, à Te fuit inita, Cardinalis Sapientiſſime, profecto
,, diſpar ab ea, quàm reliqui in vulgandis Scripto-
,, rum, cujuſpiam ſeu Urbis, ſeu Regionis, ſeu Cœ-
,, tus, notitiis, ſectari conſueverunt. Brixianorum
,, nempe Scriptorum, quibus, ſub ipſa Typographiæ
,, incunabula, & renatarum Literarum tempora, in-
,, clyta Cenomanum Princeps abundavit, notitias
,, (quæ ad exhibendum Literaturæ eorum ſpecimen
,, facerent) non accurata ſolùm narratione deſcri-
,, bere, ſed præterea ex ipſorum Operibus non adeò
,, brevia fragmenta, ſive Præfationes, ſeu Epiſto-
,, las Nuncupatorias, ex veteribus Editionibus, ma-
,, gno plerumque labore, & temporis impendio uti-
,, que conquirendis, deſumere, & in medium pro-
,, ferre curaſti; quas ſcilicet in novis Editionibus,
,, ornatioribus quidem & uberioribus, minimè ut
,, plurimùm comparere, juſta, ac frequens Viro-

„ rum Eruditorum querela eſt. Iis autem inſtrumen-
„ tis, atque ſubſidiis nihil opportunius eſſe poteſt,
„ ad Scriptorum doctrinam, ingenium, ſtilum, &
„ mores etiam eorum vitæ, aliaque omnia illu-
„ ſtranda: unde, & eorumdem, & in univerſum Li-
„ teraria ejus temporis, quo ſcripſerunt, Hiſtoria
„ perſpicuis certiſque fundamentis nixa percipiatur.
Quid ampliùs Viri docti deſiderent, non reperio. Hoc unicè tamen ab inanis gloriæ cupidis in Tua Editione reprehenditur, quòd ſcilicet invidus ipſe Tibi, lau- diſque contemptor, Clariſſimum Authoris nomen in fronte Libri ſuppreſſeris. Sed tot ac tanta ſunt veri conditoris indicia, ut ea perſonam deponere Te coegerint; &, quamvis irrito conatu Brixianorum plauſus fugere tentares, in publicas altioreſque acclamationes univerſam Literarum Rempublicam incitaverint. Sunt alia quoque, & majora ingenii monumenta, quæ penè ſilentio prætermittam, ne ſim longior. Editio S. Ephræm Syri, non ſolùm noſtris, ſed penè omnium Gentium literis atque linguis jam celebratur; neque ulla unquam ætas de ejus laudibus conticeſcet: eam verò Cl. Vir Canonicus Galleardus, honoris cauſa nominandus, etiam miratus eſt magis, quoniam a Te Roma longè diſſito, ſtudioſè adeo promota fuit, ut, vèl ex hoc uno, verè ἑκάεργος dici poſſis. Magnum illud Orientalis Eccleſiæ lumen, a Sanctis Baſilio, Gregorio Nyſſeno, & Hieronymo immenſis laudibus celebratum; a Theodoreto Cyri Epiſcopo Virum admirabilem, atque excellentiſſimum Scriptorum Regionis ſuæ dictum; a Syria deni-

denique tota Orbis, Doctorem, & Prophetam appellatum, Eruditiſſimus Præſul Joſephus Simonius Aſſemanus, te authore, te duce, publici juris facit: Atque ejus Opera omnia, quæ exſtant Græcè, Syriacè, & Latinè in ſex Tomos diſtributa, ad Mss. Codd. Vaticanos, alioſque caſtigat, multis auget; & Præfationibus, Notis, variantibuſque lectionibus mirificè illuſtrat, ſub tanto moderatore, atque Bibliothecario, qui maximam ab omnibus laudem adeptus eſt. At de Vita & Vindiciis Pauli Papæ II. quæ propè diem publicam lucem aſpicient, nullò modò ſilere poſſum. Eæ lucubrationes, ſi in privatis hominibus glorioſæ ſunt, multo magis commendantur in Cardinali; præſertim cùm ſubſecivis horis in Comitiorum receſſu a Te fuerint elaboratæ; ut Pontificalis dignitas aucta foret, cum utilitate communi. Parietes illi, in quibus afflatus Numenque Divini Spiritus venit, in deligendo BENEDICTO XIIII. Pont. Opt. Max. Petri emerito Succeſſore, Eccleſiæ Catholicæ Sponſo, Chriſti in Terris Vicario, & ſequeſtri maximæ ſecundùm Deum poteſtatis, Tibi gratias agere geſtiunt; quòd uni ex Succeſſoribus Petri ſuam reddideris dignitatem, ejuſque ſanctiſſimum nomen ab inimicorum calumniis vindicaveris. Sereniſſima quoque Venetiarum Reſpublica Te Patricium emeritum prædicabit, quòd, immortali omninò cum Tua laude, maledicorum hominum repreſſeris impetum, ardoremque reſtinxeris, propulſans a Patre Patriæ, atque a Chriſtiani Orbis Pontifice Summo omnem omninò reprehenſionem. Demum univerſa Literaria Reſp.

æter-

æternùm Tibi devincta erit, quòd *Vindiciis* inſignem ſubtexueris Appendicem, qua comprobatur, Pauli II. Pontificatus felicitati deberi optimorum Scriptorum Editiones, quæ Romæ primùm prodierunt poſt divinum Typographiæ inventum, a Germanis Opificibus in hanc Urbem advectum, pleriſque omnibus earum Editionum, ſeu Præfationibus, ſeu Epiſtolis in medium allatis, cum brevibus Obſervationibus ad eaſdem, Rei Typographicæ origini illuſtrandæ valdè opportunis. Hæc autem, quæ adhuc, Cardinalis Sapientiſſime, de Te ſcripſi, non ſunt quæſita in occulto, ſed ſumpta de medio, ex rebus palam geſtis, ex genere literarum, ex monumentis Tuis. Igitur præſens hoc, qualecumque munus, comitate, qua ſoles, accipe: eſt enim devotum obſequii mei pignus. Quod ſi impar tuis in me meritis videatur, noſti eſſe animi ingenui, qui multum debet, eum plurimùm velle debere. Tibi alio etiam nomine Opus hoc erat nuncupandum: nam mihi uberrimum illum Mss. Codicum agrum excolendum conceſſiſti, ex quo copioſiſſimam meſſem in ſingulos harum *Vindiciarum* Tomos jam contuli. Bibliothecam Vaticanam intelligo, ex qua mea ſtudia Sacrarum Scripturarum, atque Annalium Eccleſiaſticorum (quibus continuandis noſtræ Congregationis Decreto, & Felicis Recordationis Clementis XII. Pontificis Optimi Maximi authentica approbatione, ſub auſpiciis Dei, B. Mariæ Virginis, ejuſque Sponſi, & Prothomartyris Stephani, Sanctique Philippi Nerii Parentis inſudo) maximum acceperunt mo-

monumentorum incrementum . Interim Tibi, Princeps Eminentiſſime, perſuaſum ſit, ita me, univerſamque Congregationem (cui egregia Tua Opera vel abſens dono dediſti, ut in Vallicellanam inferrentur Bibliothecam) Nomini Tuo eſſe devotam ; ut nulla ſit ſine prece dies, quæ Tibi fortunas omnes, & incolumitatem, privato, & publico beneficio, a Deo non expetat inſtantiſſime. Vale, Bibliothecæ Vaticanæ Decus, & Purpurati Cœtus ornamentum.

Dabam Romæ ex Ædibus Vallicellanis XIIII. Kal. Septembris Anno Domini MDCCXL.



Quoniam ſupereſt ſpatium duarum paginarum, confido non tantùm Typographo, ſed etiam Lectoribus placiturum, ſi addantur ſumma capita rerum præcipuarum, quæ in hoc Volumine continentur. Sunt autem hæc:

PRæfatio Hiſtorica de Veteris Teſtamenti Textu Originali, & Verſionibus Græcis, ac Latinis, pag. I. & ſequentibus.

Divina Bibliotheca: ſeu Variantes Lectiones Veteris Teſtamenti juxta Hebraicam Veritatem tranſlati, & Novi Græcæ fidei redditi a S. Euſebio Hieronymo Stridonenſi Presbytero, nunc primùm in lucem emiſſæ ex antiquiſſimo Codice Toletano; unà cum Epiſtola apocrypha S. Pauli ad Laodicenſes, & Præfatione generali Magiſtri Chryſtophori Palomares, paginâ XLVII. & ſeqq.

Monitum ad Lectorem in Divinam Bibliothecam, & laudatum Codicem Toletanum, pag. CCIX. & ſeqq.

Epiſtola ad Cl. Virum Philippum Abbatem Garbellum Patritium Brixianum, de Pſalterio Latino Veronenſi ſecundùm Antiquam Latinam Italam Verſionem, pag. CCXVII. & ſeqq.

Item alia ad eundem, de Pſalterio Græco Veronenſi ſecundùm Κοινὴν ſeu Vulgatam LXX. Interpretum Editionem, pag. CCXXI. & ſeqq.

Item alia ad Cl. Virum Antonium Franciſcum Gorium Florentinum, de eodem argumento, & de univerſa Græca Verſione Τῶν Ο' ab Origene in Hexaplis ad Hebraicam Veritatem exacta, & ſub obelis, atque aſteriſcis poſita, pag. CCXXVI. & ſeqq.

Item alia ad Cl. Virum Patrem Jo: Chryſoſtomum Scholarum Piarum, de Pſalterio Græco Veronenſi Latinis elementis exarato, de nonnullis Hexaplorum Fragmentis antehac ineditis, & de Veteris Teſtamenti Libris a S. Hieronymo ex Origeniano LXX. Interpretum Exemplari in Latinum ſermonem tranſlatis, qui vel nondum lucem viderunt, vel Codicum antiquorum penuriâ, ad eorundem fidem a nemine adhuc fuerunt exacti; unà cum ſpecimine inſignis Codicis Chiſiani, ejuſque deſcriptione & judicio, Authoribus Leone Allacio, Cardinali Bona, Anonymo, & Mabillonio, pag. CCL. & ſeqq.

Exemplar Quadripartiti Pſalterii, pag. CCLI. & ſeq.

Fragmentum Libri Sapientiæ juxta Italam Verſionem, ex Codice Veronenſi deſcriptum, pag. CCLXXXIX. & ſeqq.

Libri Heſtar, & Baruch ſecundùm eamdem Verſionem, ex Codice Vallicellano exarati, pag. CCXCIV. & ſeqq.

Liber Baruch Τῶν Ο' inſignis Codicis Chiſii cum Editione Vaticana collatus: ſeù Variæ utriuſque Lectiones, unà cum illis Vulgatæ, & mox laudati Exemplaris Vallicellani, pag. CCCXIV. & ſeqq.

Epiſtola ad Doctiſſimum Præſulem Joſephum Mariam S. R. I. Comitem de Thunn, Sacræ Rotæ Romanæ Auditorem &c. de Canone Hebræo, ſeu Veteris Teſtamenti Verſione ex Hebræo a Sancto Hieronymo Latinè facta, & a Cl. Martianæo typis excuſa ſub titulo *Bibliothecæ Divinæ*: item de utriuſque Fœderis Libris ſecundùm Italam Verſionem, atque de iis, qui a S. Hieronymo fuerunt è Chaldaico in Latinum ſermonem converſi; necnon de Vindiciis Canonis Sacrorum Scripturarum, quem Tridentina Synodus condidit Seſſione quarta, pag. CCCXIX. & ſeqq.

Deſcriptio Codicis autographi Sacrorum Bibliorum Alkuini, pag. CCCCXXII. & ſeqq.

Item alia deſcriptio præſtantiſſimi Codicis Karolini Sacrorum Bibliorum in V. Monaſterio S. Pauli de Urbe aſſervati, Authore Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Præſule de Nuce Archiepiſcopo Roſſanenſi; paginâ CCCXXX. & ſeqq.

De Codice Alkuiniano, & Karolino judicium, paginâ CCCXXXVI. & ſeqq.

Fragmentum Libri III. Regum verſibus priſco more diſtinctum, quod habetur in Cod. Vatic. pag. CCCXLI. & ſeq.

Item aliud Libri I. Regum ex Cod. Veron. deſcriptum, pag. CCCXLII.

Item aliud Libri Tobiæ juxtà Antiquam Latinam Italam Verſionem, ex Codice Regio-Vaticano exaratum, pag. CCCL. & ſeqq.

Inſigne Antiquæ Italæ Verſionis elogium, pag. CCCLVIII.

Liber Judith novo argumenti genere Hebræo Canoni aſſertus & inter Canonicos numeratus, paginâ CCCLIX. & ſeqq.

Capitulum XXIIII. Niceni Concilii de Canonicis Scripturis, antehac ineditum, pag. CCCLXI. & ſeqq.

Deſcriptio Venerabilis Codicis Evangeliorum, qui S. Euſebii Vercellenſis Epiſcopi & Martyris fuiſſe traditur, pag. CCCLXVII. & ſeqq.

Epiſtola Cl. Viri Franciſci Hieronymi Ruggerii Novarienſis S.T.D. & in Baſilica Cathedrali Euſebiana Canonici, de eodem Codice, pag. CCCLXVIII. & ſeqq.

Item alia Cl. Viri Philippi Abb. Garbellii de Codice Evangeliorum Brixiano, qui in Regio Monaſterio S. Juliæ aſſervatur, pag. CCCLXXXI. & ſeqq.

Deſcriptio Codicis argentei Vindebonenſis Sacrorum Evangeliorum, pag. CCCXCVI. & ſeqq.

Item alia Codicis Veronenſis, pag. CCCCI. & ſeqq.

Sententia Papæ Leonis de Apochryphis Scripturis, paginâ CCCCV. & ſeq.

Specimen Vulgatæ Antiquæ Latinæ & Italæ Verſionis Evangelii ſecundùm Matthæum, ex quatuor vetuſtiſſimis Codicibus erutæ, Notis, ac Prolegomenis illuſtratæ, & in Quarta Parte noſtri hujus reliqui Operis, unà cum ferè integro Novo Teſtamento Jeſu Chriſti typis edendæ, pag. CCCCVI. & ſeqq.

Pſalterium duplex cum Canticis, juxta Vulgatam Græcam LXX. Seniorum, & Antiquam Latinam Italam Verſionem, verſibus priſco more diſtinctum, & diverſarum Editionum collationibus illuſtratum, pag. 1. & ſeqq.

Epiſtola ad Clariſſimum, & Eruditiſſimum Præſulem Paulum Paſſioneum, in qua ſpecimen Editionis Chiſiani Codicis datur, pag. 279. & ſeqq.

Epiſtola Cl. Viri Theodori Huſemann Herbipolenſis ad Editorem, pag. 288.

Deſcriptio Interpretationis Græcæ Pſalmorum S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini, quæ publici juris fiet unà cum laudato Cod. Chiſiano, pag. 290. & ſeqq.

Deſcriptio Commentarii inediti S. Epiphanii Epiſcopi Cypri in Cantica Canticorum, pag. 293.

In-

Index Tabularum ære inciſarum, quæ in hoc Volumine continentur.

S*Pecimen characterum inſignis Codicis Chiſiani, in quo Jeremiæ, Danielis, Ezechielis, & Iſaiæ habetur Exemplum, ſecundùm genuinam Verſionem* Tῶν Ο', *deſcriptum ex Tetraplis, & Hexaplis Origenianis*. Vide pag. XXIII. & ſeq. *necnon* pag. CCLXXIV. & ſeq.

Item aliud, Codicis Vatic. 1209. *Verſionem LXX. continentis*, pag. XXX.

Item aliud, Pſalterii Gallicani, ex Cod. Alexandrino-Vaticano ſignato num. XI., pàg. XLVIII.

Item aliud, Pſalterii S. Hieronymi juxtà Hebraicam Veritatem, ex eodem Cod. pag. XLIX.

Item aliud, Codicis purpurei Evangeliorum Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Capituli Cathedralis Eccleſiæ Peruſinæ, pag. CCLXXXII.

Item aliud, Codicis Regio-Vatic. notati numero IX. in quo Paulinæ Epiſtolæ continentur, pag. CCLXXXIII.

Item aliud, Libri Sapientiæ, *ex Cod Veron. deſcriptum*, pag. CCXCIII.

Item aliud, Codicis Palatini-Vaticani 24. *in quo habetur Verſio Libri Job a S. Hieronymo facta ſecundùm Hebraicam Veritatem*, pag. CCCXXI.

Item aliud, Codicis Euſebiani, pag. CCCLXXV.

Item alia duo integumentorum ejuſdem Codicis Euſebiani, pag. CCCLXXVII. & CCCLXXVIII.

Item aliud, Codicis argentei Evangeliorum Regii Monaſterii S. Juliæ Brixiani, pag. CCCLXXIX.

Item aliud, Codicis argentei Evangeliorum Bibliothecæ Cæſareæ Vindebonenſis, pag. CCCC.

Item aliud, Codicis purpurei Evangeliorum, aureis, atque argenteis characteribus exarati, Bibliothecæ Ampliſſimi Capituli Veron., pag. CCCCIII.

Item alia duo, Pſalterii Veronenſis Græco-Latini, in fronte Editionis poſita, poſt ſpecimen Quadruplicis Evangelii.

Item aliud, Commentarii S. Epiphanii Epiſcopi Cypri in Cantica Canticorum, pag. 293.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſsimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

Philippus Spada Epiſcopus Piſauren. Viceſgerens.

APPROBATIONES.

Librum inſcriptum hoc titulo: *Vindiciæ Canonicarum Scripturarum Vulgatæ Latinæ Editionis &c.* a Cl. Viro Joſepho Blanchinio Congregationis Oratorii de Urbe Presbytero ſapientiſſimè concinnatum, ex mandato Reverendiſſimi Patris Nicolai Ridolphi Sac. Palatii Apoſt. Magiſtri ſummo animi oblectamento evolui; nihilque in eo offendi, quod Orthodoxæ Fidei doctrinis, aut Ethicæ Chriſtianæ regulis adverſetur. Quinimmo lectiſſimas Editoris Animadverſiones, quibus Divinas Paginas, præſertim vero Italam, & Hieronymianam Verſionem illuſtrat, ſuſpexi, & ab Eruditis omnibus, qui eas perlegent, plauſum eſſe accepturas maximè ſpero. Quapropter Opus hoc digniſſimum cenſeo, quod publici juris fiat. Datum Romæ ex Ædibus S. Silveſtri in Quirinali Kal. Maii 1739.

D. Cajetanus Maria Merati C. R. Sac. Rit. Congr. Conſultor.

Opus eximium, cui titulus: *Vindiciæ Canonicarum Scripturarum Vulgatæ Latinæ Editionis &c.* jubente Reverendiſſimo P. Nicolao Rodulphio Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro à me lectum, & expenſum, nihil continere deprehendi, quod Catholicæ fidei, vel bonis moribus ſit adverſum. Quinimò præſtantium, quæ exhibet, Monimentorum conditione: itemque petitorum ab omni antiquitate argumentorum pondere, ac teſtimoniorum gravitate, quibus Itala, atque Hieronymiana Verſio doctè, ac eruditè fulcitur, Sacrarum Literarum ſtudioſis cenſeo magnopere profuturum. Romæ, Idibus Decembribus Anno S. 1739.

Petrus Polliderus.

Sacra hæc Monumenta a Viro Clariſſimo, ſpectatiſſimoque D. Joſepho Blanchinio Congregationis Oratorii de Urbe Presbytero ad publicam utilitatem comparata, ſtudio improbo vindicata, ac notis eruditiſſimis inſperſa, quibus fecit hunc Titulum: *Vindiciæ Canonicarum Scripturarum Vulgatæ Latinæ Editionis &c.* mandatis obtemperans Reverendiſſimi P. Nicolai Rodulphii S. Palatii Apoſtolici Magiſtri, perlegi; inque iis, longe ut a Catholica fide abſonum quicquam, boniſque contrarium moribus invenerim, uſque adeo ſum miratus perſpicuitatem, quam Sacræ literæ inde accipiunt, ut tanquam Opus facile omnium utiliſſimum, quæ hujuſmodi ante hunc diem prodierint in lucem, typis mandanda eſſe cenſeam; modo ſecus non videatur Reverendiſſimo eidem P. Magiſtro S. Palatii Apoſtolici. Romæ Quartodecimo Kalendas Junias, Anno 1739.

Cajetanus Cenni.

Ex mandato Reverendiſsimi Patris Nicolai Ridolphi Ord. Præd. Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtri ſumma animi voluptate perlegi: *Vindicias Canonicarum Scripturarum Vulgatæ Latinæ Editionis &c.* quas D. Joſephus Blanchini Congregationis Oratorii de Urbe Presbyter Magni Patrui non minor Nepos præſtanti monumentorum, & obſervationum delectu concinnavit. Cumque nihil eæ præſeferant, quod, aut Catholicæ veritati, aut Chriſtianis moribus adverſetur, quin Opus exhibeant magnæ futurum utilitati Sacrarum literarum Cultoribus, ac perennem Auctori ſuo laudem comparaturum, publica luce digniſsimas cenſeo. Romæ, die 18. Maii 1739.

Franciſcus Paſtor.

IMPRIMATUR.

Fr. Nicolaus Rodulphi, Ord. Præd. Sacri Pal. Apoſtolici Magiſter.

JOSE-

JOSEPHI BLANCHINI VERONENSIS,

CONGREGATIONIS ORATORII ROMANI PRESBYTERI,

De Veteris Teſtamenti Textu Originali; & Verſionibus Græcis & Latinis;

PRÆFATIO HISTORICA GENERALIS.

SACRA Scriptura dividitur in duo Teſtamenta, Vetus, & Novum. De Novo erit locus agendi, ubi de quatuor Euangeliorum libris ſecundùm Vulgatam antiquam latinam & Italam Verſionem; hìc de Veteri tantummodo ſermo inſtituetur. Quinque autem Capitibus complectemur ea, quæ de Veteris Teſtamenti libris eſſe hìc enarranda cenſuimus: Et erunt ad divinarum Scripturarum antiqui Interpretis notionem veluti manuductio, ſeu prolegomena, in quibus de universà Sacrorum Bibliorum hiſtorià quædam expendemus, quæ ante noſtram ætatem ignorata benè multa patefacient, atque Italæ Verſioni (in Latinum è Græco circa tempora Apoſtolorum ab ignoto Auctore converſæ, & ante ſancti Euſebii Hieronymi translationem ferè ubique in Occidentis Eccleſiis uſu receptæ) non immeritò præſabuntur.

CAP. I. *De Canone Divinarum Scripturarum ab Eccleſia recepto, ante, & poſt Chriſtum natum.*

CAP. II. *De Libris autographis Veteris Teſtamenti, eorumque diviſione, & hiſtoria.*

CAP. III. *De Verſionibus præcipuis Librorum Canonicorum Veteris Teſtamenti.*

CAP. IV. *De antiquiſſimis eorumdem Exemplaribus, quæ ſuperſunt.*

CAP. V. *Hiſtoria Textûs Biblici, ejuſque Verſionum, comprobata ex antiquis Chriſtianorum monumentis, præſertim Romanis.*

CAPUT I.

De Canone Divinarum Scripturarum, ab Eccleſia recepto, ante, & poſt Chriſtum natum.

PEr Canonem Scripturarum nihil aliud hìc intelligimus præter Catalogum Librorum, quos Sacris Scriptoribus divinitùs inſpiratos credit Eccleſia. *Petitdidier in Sac. Script. Diſ. XI. pag.* 94. S. Auguſtinus *in Epiſt.* 82. *aliàs* 19. *cap.* 1. *ad Hieronymum, ait*: „ Ego &c. ſolis eis Scripturarum libris, qui jam Canonici „ appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum „ auctorem ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſimè credam „. Eodem modo loquitur *Lib. X. de Civit. Dei cap.* 3. *& lib.* 19. *c.* 18. *Item Lib.* 2. *de Baptiſ. cap.* 3. *Lib.* 2. *contra Creſconium cap.* 31. *&* 32. *Lib. XI. contra Fauſtum cap.* 8. & alibi paſſim. Canone Scripturæ Sanctæ intelligimus certum Sacrorum Librorum Catalogum ab Eccleſia receptum. Ferrandus in Summa Biblica *lib.* 1. *cap. ultimo pag.* 325. Hieronymus loquens de Prologo Galeato [ubi Hebræorum explicat Canonem] hæc

ſcri-

ſcribit in fine libri II. Apologiæ adverſus Ruſinum„In libris quoque Samuelis,
„ & Malachim, quos nos Regnorum quatuor nominamus, poſt Catalogum divinæ
„ Scripturæ, hæc intuli &c.„ Hinc vides, *Canonem Sacrorum Bibliorum* Veteris Teſtamenti Hieronymum hoc loco appellaſſe *Catalogum divinæ Scripturæ*. Et S. Auguſt. *lib.* 18. *de Civitate Dei cap.* 41. loquens de admirabili concordia Scripturarum:
„ Auctores (inquit) noſtri, in quibus non fruſtrà Sacrarum Scriptura-
„ rum figitur & terminatur Canon, abſit, ut inter ſe aliqua ratione diſſentiant.
„ Unde non immerito, cùm illa ſcriberent, eis Deum, vel per eos loquutum &c.„
Eàdem notione Canonem appellat indicem vel Catalogum divinorum Librorum, quem producit *de Doctr. Chriſt. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 13. & libros eodem catalogo incluſos vocat Canonicos *lib. xv. de Civitate Dei cap.* 23.

Pontificale Romanum de Conſecrat. Epiſcopi, interrogatione poſtrema: „Credis
„ etiam Novi, & Veteris Teſtamenti, Legis, & Prophetarum, & Apoſtolorum,
„ unum eſſe Auctorem, Deum ac Dominum Omnipotentem? ℟. Credo.

Concil. Trid. *Seſſ.* 4. „ Sacrorum verò librorum Indicem huic decreto adſcriben-
„ dum cenſuit, [Sacroſancta OEcumenica & Generalis Synodus] ne cui dubi-
„ tatio ſuboriri poſſit, quinam ſint, qui ab ipſa Synodo ſuſcipiuntur. Sunt ve-
„ rò infraſcripti.

„ Teſtamenti Veteris, quinque Moyſi, ideſt Geneſis, Exodus, Leviticus,
„ Numeri, Deuteronomium; Joſue, Judicum, Ruth, quatuor Regum, duo Pa-
„ ralipomenon, Eſdræ primus, & ſecundus, qui dicitur Nehemias; Tobias,
„ Judith, Heſter, Job, Pſalterium Davidicum 150. Pſalmorum, Parabolæ,
„ Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaias, Hie-
„ remias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, Duodecim Prophetæ minores, ideſt
„ Oſea, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Nahum, Habacuc, Sopho-
„ nias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus, & ſe-
„ cundus.

„ Teſtamenti Novi, quatuor Euangelia, ſecundùm Matthæum, Marcum, Lu-
„ cam, & Joannem; Actus Apoſtolorum, a Luca Euangeliſta conſcripti; qua-
„ tuordecim Epiſtolæ Pauli Apoſtoli, (ſcilicet) ad Romanos, duæ ad Corin-
„ thios, ad Galathas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duæ ad
„ Theſſalonicenſes, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad He-
„ bræos: Petri Apoſtoli duæ: Joannis Apoſtoli tres: Jacobi Apoſtoli una: Judæ
„ Apoſtoli una: & Apocalipſis Joannis Apoſtoli.

„ Si quis autem libros ipſos integros cùm omnibus ſuis partibus, prout in
„ Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in Veteri Vulgata Latina Editione ha-
„ bentur, pro Sacris & Canonicis non ſuſceperit, & traditiones prædictas
„ ſciens & prudens contempſerit, anathema ſit. „

Licèt Decretum Oecumenicæ Synodi nullum apud Catholicos dubium modò relinquat de Sacræ Scripturæ libris, eorumque numero; attamen, ut Canonis hiſtoriam ab origine repetamus, operæ pretium erit hic indicare veterum Patrum, & Hiſtoricorum loca, unde Catalogum ſeu Canonem addiſcimus, in Hebraica, & Chriſtiana Eccleſia per manus traditum, omnium ſacrorum Voluminum ipſi divinitùs conceſſorum.

In Eccleſia namque Catholica ipſius Canonis conſecutionem ab Apoſtolorum ævo ad ſacroſanctum uſque Concilium Tridentinum, ſatis clarè demonſtrant divinorum Librorum catalogi, quos per omnia retrò elapſa ſæcula Summi Pontifices, Concilia, Sancti Patres, Scriptoreſque Eccleſiaſtici texuerunt. Nos valde utilem atque locupletiſſimum indicem Chronologicum ordinabimus eorumdem Auctorum, in quorum Operibus cenſus Sacrarum Scripturarum legitur; ut verbi

Dei

Dei ſcripti depoſitum, Chriſtianæ Religioni concreditum veneranda traditio tueatur. Et ut ex Romanæ Eccleſiæ ſcriniis primùm documenta depromam, S. Clementis Papæ epiſtolam ſecundam ad Corinthios datam allegabo. Hanc tanto ſtudio ſuſcepit, ac veneratione proſequutus eſt Orbis Chriſtianus, ut pleræque Eccleſiæ eam non ſolùm diebus Dominicis publicè legere, ſed Canonicam quoque dicere conſueverint. Nec eſt quod miremur, inquit Franciſcus Blanchinus Patruus meus amantiſſimus Tom. II. Anaſt. Bibl. de Vitis Rom. Pont. pag.48. col.2. in notis hiſtoricis ad S. Clementem I. de quo loquimur, Sect.4. tanta enim fuit [ſunt ejus verba] earumdem exiſtimatio, ut inveniantur ambæ deſcriptæ proximè poſt libros Canonicos in vetuſtiſſimo exemplari Alexandrino Sacrorum Bibliorum, quod Theclæ vocant; cujus ſcriptura ad quartum Chriſti ſæculum pertinet, ut oſtendit V. C. Laurentius Zaccagnius, conſentientibus eruditis. Codex, ad Eccleſiam Alexandrinam cùm pertineret, fuit à Cyrillo Lucari, ab illa Sede ad Conſtantinopolitanam tranſlato, tamquam inſigne donarium tranſmiſſum ad Angliæ Regem Carolum I. cujus in Bibliotheca Londini cuſtoditur. Specimen characteris ſimillimum eſt vetuſtiſſimo Codici Vaticano, ex quo Sixtus V. editionem græcam LXX. Interpretum vulgavit typis Zannetti Romæ 1587.

Cur autem appoſitæ fuerint libris Canonicis utriuſque Teſtamenti Clementis Papæ Litteræ ad Corinthios ſcriptæ [quod ad rem noſtram facit] ita laudatus Præſul indagare conatur pag.50. Ut breviter (inquit) enunciem quod ſentio, cum videam Epiſtolam primam Clementis ad Corinthios ità ſervatam, & lectam apud complures Eccleſias, & in antiquiſſimo illo Codice Bibliorum appoſitam poſt libros Canonicos unà cum ſecunda; ſuſpicor eſſe ſignaculum, quo traditio Apoſtolica firmaretur de numero librorum Divinæ Scripturæ, eorumque lectione approbata: non ſecus ac ſæculo IV. deſinente, Damaſi Papæ literæ ſacris Bibliis apponi cœperunt cum Prologo B. Hieronymi, Apoſtolicis Damaſi juſſionibus obſequuti in reſtitutione germanæ lectionis divini Textus: neque aliter ac hodie fit poſt S. Pium V. & Clementem VIII. Pontifices Maximos, cum approbatæ lectionis editioni eorumdem literæ præfiguntur, oſtendentes Catholicæ Eccleſiæ Summum Sacerdotem tradere Fidelibus univerſis eos libros eamdemque lectionem, quam ipſe a ſuis Deceſſoribus, iſtique ab Apoſtolis receperunt.

Obſervari poteſt in priore illa Clementis Epiſtola produci teſtimonia & documenta ex ſingulis fermè libris Veteris Teſtamenti, necnon ex Novi Teſtamenti partibus, quæ illa ætate prodierant; cum nondum ſcripſiſſet Euangelium Joannes Apoſtolus, neque Apocalypſim. Colligunt enim illius epiſtolæ editores datam fuiſſe, vel paulo antequam Hieroſolymæ a Tito expugnarentur, ſtante adhuc Templo; vel non ita multo poſt: Euangelium verò & Apocalypſim ſerius ediſſe Joannem, teſtantur cum S. Hieronymo Interpretes univerſi: illud ſcilicet poſt natam Cerinthi hæreſim, hanc verò poſt annum quartum decimum Domitiani. Quare ex hiſce poſtremis partibus Novi Fœderis nondum editis teſtimonia proferre non poterat illa epiſtola maturius perſcripta. Ex cæteris verò libris Canonicis ferè univerſis loca indicari comperio in Sectionibus, juxta Cotelerii editionem ita diſtinctis.

Geneſeos liber occurrit, Sect.4.6.9.10. 17.20.32.&c.	Deuteronomium, 3.29.34.53.
Exodus Sect., 4.17.51.	Joſue, 12.
Leviticus indicatur, Sect.32.	Judicum & Ruth.
Numeri, 4.17.29.43.51.	Regum I.& II. Sect.4. III. & IV. Sect.31.

Para-

Paralipomenon.
Eſdræ, I. & II.
Tobiæ.
Judith, 55.
Eſter, 55.
Job, 18. 20. 26. 39. 49. 56.
Pſalmi, 14. 15. 26. 28. 35. 36. 46. 48. 50. 52. 56.
Proverbia, 14. 21. 57.
Eccleſiaſtes, 30.
Cantica.
Sapientiæ, 3. 27.
Eccleſiaſtici, 9.
Iſaiæ, 3. 8. 13. 14. 16. 34. 50.
Jeremiæ, 8. 13.
Baruch.
Ezechielis, 8. 29.
Danielis, 45.
XII. Proph. min., 7. 23.
Machabeorum, 2.

Ex libris Novi Teſtamenti.

Matthæi, 27. 46.
Marci, 46.
Lucæ, 46.
Act. Apoſtol., 18.
Pauli Epiſt. ad Rom., 30. 35.
Ad Corinth. prima, 13. 24. 34. 47. 40.
Ad Cor. ſecunda, 30. 35.
Ad Epheſios, 46.
Ad Galatas.
Ad Philippenſes, 21.
Ad Coloſſenſes.
Ad Theſſalonicenſes prima, 42.
Ad Theſſalon. ſecunda.
Ad Timotheum prima, 29. 47. 5.
Ad Timoth. ſecunda.
Ad Titum.
Ad Philemonem.
Ad Hebræos, 2. 16. 17. 36.
Petri prima, 2. 30. 38. 49. 57.
Petri ſecunda, 11. 23.
Jacobi, 10. 17. 23. 30.
Judæ.
Apocalypſis.

Perſpicuum igitur eſt in hac una Clementis Epiſtola univerſos propemodum libros Canonicos indicari. Nam illi perpauci quorum verba producere argumentum epiſtolæ non requirebat, veluti libri Judicum, Paralipomenon, Tobiæ, Canticorum, Baruch, & Epiſtolæ ad Galatas, ad Coloſſenſes, ad Titum, & ad Philemonem, & Judæ Apoſtoli, vel intelliguntur jugati, & approbati cum proximis, quales in Eccleſia etiam Judaica Baruch cum Jeremia, Cantica cum reliquis Sapientialibus, Paralipomena cum libris Regum, Judices cum Heptateucho; & in Chriſtiana, Epiſtolæ indicatæ cum cæteris Apoſtolicis: vel fortaſſe & illi producebantur in partibus epiſtolæ Clementis, quæ hodiè deſiderantur, ut indicant lacunæ circa finem adhuc hiantes: vel opportunum minimè fuit eo loco produci teſtimonia ex iiſdem partibus Bibliorum, cùm ſatis confirmata fuiſſe cognoſceret ex allegatis B. Clemens, dum Romanæ Eccleſiæ nomine eas literas daret. Quantum verò momenti jam tum afferret Romanæ Eccleſiæ auctoritas in ſtabiliendo Canone Scripturarum, intelligimus etiam ex Catalogo inter Canones, Apoſtolicos vulgò dictos, recenſito, numero 85. quem unà cum reliquis Apoſtolorum dictis Concilium Trullanum confirmavit Canone II. necnon ex Conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 2. cap. 57. Et hæc allata teſtimonia ſint ſatis ad tuendam primo Chriſti ſæculo Canonis Biblici traditionem. Ejuſdem verò traditionis proſecutionem ſequens Catalogus palam oſtendet, quem à B. Clemente I. uſque ad Sacroſanctum Oecumenicum Concilium Tridentinum ſerie non interruptâ perduximus, ut hinc per omnes ætates authoramentum, ac veluti ſignaculum peti poſsit verbi Dei, in utriuſque Fœderis libris Numine revelante perſcripti. Itaque Canonem divinarum Scripturarum, a Petri ſucceſſoribus conſtanter curatum exemplo Clementis, & a cæteris Eccleſiæ Patribus ſcriptis traditum, nunc promere tam erit mihi paratum, quàm ipſorum volumina pandere, allegare literas, Concilia in medium proferre, in quibus univerſi libri divinitùs inſpirati, non ſe-

cùs

cũs ac in Archivis, agnoſcendi Fidelibus proponuntur, Hæreticis ſuſcipiendi. Sit igitur:

APPENDIX

De Scriptoribus Eccleſiaſticis, qui ab Apoſtolorum ætate uſque ad Sacroſanctum Oecumenicum Concilium Tridentinum, Canonis Divinarum Scripturarum, ſeu certi Veteris ac Novi Teſtamenti librorum Catalogi, ab Eccleſia recepti, Indicem texuerunt.

SÆCULO I.

Sanctus Clemens Papa I. de quo ſuprà, *in Epiſtola II. ad Corinthios*.

SÆCULO II.

Melito Aſianus, Sardium in Lycia minoris Aſiæ Provincia Epiſcopus, qui cum Diſcipulis Apoſtolorum verſatus eſt,& floruit anno Chriſti 70. *apud Euſebium Hiſtoria Eccleſiaſtica Lib.*4. *cap.*25.

SÆCULO III.

Origenes, Adamantius dictus, anno 230. in Expoſitione prima in Pſalmos: & apud Euſebium *Hiſtoria Eccleſiaſtica Lib.*6. *cap.*25. Item *Homil.*7. *in Joſue*.

SÆCULO IV.

Euſebius Pamphili, Epiſcopus Cæſarienſis, circa annum 330. *Hiſt. Eccleſiaſt. Lib.*3. *capitibus* 24. *&* 25.

Sanctus Athanaſius, Epiſcopus Alexandrinus, circa annum 330. in Epiſtola Paſcali. Idem apud Zephyri Catenam in Pent. ſub initium.

Synopſis Sacrarum Scripturarum, Sancto Athanaſio falsò adſcripta.

S. Cyrillus Epiſcopus, Hieroſolymitanus anno 350. *Catechesi quarta*.

Concilium Laodicenum, inter annum 357.& 367. celebratum, Can.60. ſeu ultimo, qui ab omnibus Græcis tanquam genuinus agnoſcitur, & in eum commentantur Zonaras & Ariſtidus, & citatur ab Arſenio Monacho in Synopſi Canonum, & a Matthæo Blaſtare tanquam Canon ſexageſimus, & a Balſamone agnoſcitur Comm. in Can. Carthag.27. ubi item citatur ùt ſexageſimus; à Zonara verò dicitur quinquageſimus nonus.

S. Hilarius, Pictavorum Epiſcopus, in Prologo in Pſalmos,quos ſcripſit poſt annum 360.

S. Gregorius Nazianzenus, cognomento Theologus, anno 370. *Carmine* 33. *de veris & germanis Scripturæ Libris*.

Amphilochius Iconii Epiſc. S.Gregorii Nazianzeni æqualis, anno 370. in carmine Jambico ad Seleucum, cui titulus: *Quinam Sacræ Scripturæ libri ſint legendi.*

Sanctus Epiphanius, Salaminæ Cypri Epiſcopus, anno 374. *Hæreſi* 8. *nec non Hæreſi* 76. contra Aëtium:Item *Lib.de Menſuris & Ponderibus,numeris* 3.4.22.*&*23.

Sanctus Philaſtrius, Brixianus Epiſcopus, Sancti Ambroſii æqualis, anno 370. in libro *de Hæreſibus, capitibus* 40. *&* 41.

Sanctus Hieronymus Stridonenſis, Presbyter, & Eccleſiæ Doctor, anno 380. in Epiſtola ad Paulinum: in Prologo Galeato: in libros Regum: & in Præfatione in Danielem, ex Hebræo translatum. Item in Præfatione Proverb. In Prolog. Tobiæ, & Judith, & apud Caſſiodorium de Inſtitutione Divinarum Literarum, *cap.* 12. *&* 14.

Digitized by Google

Concilium Hypponenſe, celebratum anno 393. Canone 38. Et Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ, cap. 24.

Ruffinus Toranus, ſeu Turanius, Aquilejenſis Eccleſiæ Presbyter, anno 380. in Expoſitione Symboli ad Laurentium Epiſcopum.

Concilium Carthaginienſe Tertium, can. 47. celebratum anno 397. Cæſario, & Attico Coſſ. quod Leo Papa IV. adprobavit; ſed de hoc in fine hujus Præfationis.

Sanctus Johannes Chryſoſtomus, magnus Eccleſiæ Doctor, anno 398. *Homil. IV. in Gen. & Homil. VIII. in Ep. ad Heb.*

S. Auguſtinus Hypponenſis Epiſcopus, anno 400. *lib. II. de Doctrina Chriſtiana, Cap.* 8. *num.* 13. *edit. Maur.* Et *Libro contra Epiſtolam Manichei, capitibus* 4. & 5.

S Æ C U L O V.

Sanctus Innocentius Papa I. anno 405. in epiſtola II. ad Exuperium, Tholoſæ Epiſcopum.

Concilium Carthaginienſe celebratum anno 419. Can. 27.

Sanctus Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis, anno 434. in Quæſtionibus Veteris & Novi Teſtamenti.

Synodus Romana celebrata ſub S. Gelaſio Papa I. anno 494. cujus Catalogum Divinarum Scripturarum, quem texuit, immeritò nonnulli recentiores in dubium revocarunt, ùt ex fide vetuſtiſſimorum Codicum nuper oſtendi in Prolegomenis Tomi IV. Anaſtaſii Bibliothecarii de Vitis Romanorum Pontificum pag. LXI.

S Æ C U L O VI.

Primaſius Adrumentinus, in Byzacena Africæ Provincia Epiſcopus, anno 550. *in Apoc. cap.* 4.

Magnus Aurelius Caſſiodorius Senator, anno 556. *de Inſtitutione Divinarum Literarum, Cap.* 12. & 14.

Junilius ~~Epiſcopus Africanus~~, anno 560. *lib. de Partibus Divinæ Legis Cap.* 3.

Anaſtaſius, Martyr nuncupatus, Anaſtaſii Sinaitæ Succeſſor in Patriarchatu Antiocheno, anno 560. *Anagogicarum Contemplationum in Hexameron, lib.* 5.

Leontius Bizantinus Monachus in Laura Sancti Sabbæ, anno 590. *de Sectis Hæreticorum, ac Synodo Chalcedonenſi, Actione* 2.

Sanctus Gregorius Magnus, *in Expoſitione in Job, ſive Moralium, Cap.* 13.

Sanctus Iſidorus, Hiſpalenſis Epiſcopus, ejus æqualis, anno 600. *Lib. primo Officiorum, Cap.* 12. Item *Lib.* 6. *Originum, ſive Etymologiarum, Cap.* 4. Et *Lib. Proæmiorum de libris Veteris ac Novi Teſtamenti.*

S Æ C U L O VII.

Auctor Operis de *Mirabilibus Sacræ Scripturæ*, inter Opera S. Auguſtini, qui ſcripſit anno 657. *lib.* 2.

Sacramentarium Gallicanum ante annos 1000. ſcriptum, Cap. *Incipit Capitulus de Vetere* [Teſt.] *canonizatus.*

Ven. Beda Presbyter Anglus, qui claruit anno 700. *Lib.* 3. *Comment. in Geneſim. Lib.* 4. *Comment. in Reg. In Apoc.* 4. & *De ſex ætatibus Mundi ad annum* 3496.

Eugenius III. Toletanus Epiſc. in Indiculo Sacrorum Librorum, verſibus ſcripto.

S Æ C U L O VIII.

Sanctus Johannes Damaſcenus, anno 730. *Lib.* 4. *Orthod. Fidei, Cap.* 18.

Ambroſius Ansbertus, vel potius Autpertus, Monachus, ac deinde Abbas Monaſte-

naſterii S. Vincentii ad Fontes Vulturni Fluvii in Samnio ſiti, anno 760. *libro Tertio Comment. in Apocal. ad Stephanum Papam.*

Albinus ſeu Alcuinus Anglus, Bedæ diſcipulus, anno 800. adverſus Elipantum Toletanum, *Lib.* 1.

SÆCULO IX.

Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus, anno 806. *in Stichometria*, cum numeris ſimul Græcis, & Anaſtaſii Bibliothecarii Latinis.

Agobardus, natione Gallus, Eccleſiæ Lugdunenſis Corepiſcopus, anno 813. *de Priv. & Jure Sacerd.*

Ado Viennenſis, anno 879. ex Beda de Sex ætatibus Mundi.

SÆCULO X.

Tituli ſive Capitula ſingulorum Sacræ Scripturæ librorum juxta æditionem, ſeu LXX. Interpretum, ſeu B. Hieronymi, ex majore parte hac ætate conſcripta, atque in lucem edita a Ven. Card. Tomaſio, anno 1688.

SÆCULO XI.

Ivo, Carnotenſis Epiſcopus, *in Decreto*, anno 1092.

Hermannus Contractus *in Chronico*, quod perduxit uſque ad annum Domini 1052. Giſlebertus, anno 1100. *Altercat. cap.* 1.

SÆCULO XII.

Petrus Abbas Cluniacenſis, S. Bernardi æqualis, *in Epiſt. ſive Tract. adverſus Petrobruſianos Hæreticos*, anno 1123.

Honorius, Eduenſis, ſive Auguſtodunenſis Eccleſiæ in Ducatu Burgundiæ Presbyter, anno 1130. *in Gemma animæ de Officio Miſſæ, ejuſque Ceremoniis* in quatuor partes diviſa, ubi de diviſione librorum, qui juxta tempora leguntur in Eccleſia.

Radulphus, Flaviacenſis ſeu Flajenſis Monacus in Diœceſi Bellovacenſi, anno 1157. *Comment. in Leviticum, Lib.* 14. *cap.* 1.

Johannes Beleth, Doctor Pariſienſis, anno 1162. *de Divinis Officiis, Cap.* 60.

Petrus de Riga, Canonicus & Cantor B. Mariæ Rhemenſis, anno 1170. in Aurora, quæ eſt Paraphraſis metrica Veteris & Novi Teſtamenti, Ms. in Bibliotheca Vaticana.

Petrus Comeſtor, Magiſter Hiſtoriæ Scholaſticæ, anno 1270. *Præf. in Joſue.* Item *Præf. in Tobiam*; Item *Prolog. in Judith, & Præf. in Danielem.*

Joannes Saresberienſis ſeu Sariſburienſis, Epiſcopus Carnotenſis, anno 1172. *Epiſt.* 172.

Petrus, Patria Gallus, Abbas Cellenſis primùm, deinde S. Remigii, ac demum Epiſcopus Carnotenſis, anno 1180. *in Lib. de Panibus, cap.* 2.

Gloſſa ordinaria ante annum 1200. in Prologo S. Hieronymi ſuper Reg.

SÆCULO XIII.

Alexander Nekam, Anglus, anno 1215. in lib. Verſibus ſcripto; cui titulus: *Libri Bibliothecæ, ſeu Expoſitiones Bibliothecæ.*

Hugo de Sancto Caro Card. qui dicitur Hugo de Vienna, anno 1240. *in Prolog. Joſue, Regum, & Tobiæ: & in Præfationibus in Eccleſiaſticum, in Baruch, & in Machabeos.*

Sanctus Thomas Aquinas, Eccleſiæ Doctor, anno 1260. in Sanctum Dionyſium Areo-

Areopagitam de Divinis Nominibus, *Cap. 4. lect. 9.* Item Summæ *part. 1. quæſt.* 89.

Johannes Januenſis Monachus Ordinis Fratrum Prædicatorum, [de quo Poſſevinus in Apparatu Sacro *Tom. 1. pag.* 881.] in Dictionario prænotato, *Catholicon*, quod anno 1280. conſecit.

Guillelmus Occham, ſive de Villa Occham, Anglus, 1320. vir doctus, ſed fautor Ludovici Imperatoris IV. nimis imprudens, & ob aliquot errores in Indice librorum prohibitorum poſitus, *in Dialogo in tres partes diſtributo, Parte 3. tractatu 3. cap. 16.*

Nicolaus Liranus, ex Judaiſmo converſus ad Fidem, poſtmodum Ordini Minorum adſcriptus, 1330. *Præf. in Tobiam: Cap. primo Tobiæ: Cap. primo Sapientiæ: in Baruch Cap. primum: Comment. in Iſaiam Cap.* 25. Et *in Machab. Cap.* 1.

Robertus ſeu Rupertus Holkoth, Nordthamptoniæ in Anglia natus, Doctor Theologus Ordinis Prædicatorum, anno 1340. *in Prologo Eccleſiaſtici* (cujus ſeptem priora Capita Commentariis illuſtravit) *pag.* 485.

Petrus Berchorius Pictavienſis, Gallus, Ordinis Sancti Benedicti, & Prior S. Eligii Pariſienſis, anno 1360. *in Reductorio Morali utriuſque Teſtamenti.*

Liber dictus Mamotrectus *ſuper Bibliam*, impreſſus Venetiis anno 1479. & rurſus 1506. ſed diu ante conſcriptus.

Gloſſa in Gratiani Decretum, hac ætate vel præcedente confecta, *Diſt.* 16.

Liber Ermeneumatum, ſive expolitiorum vocum Veteris & Novi Teſtamenti, in duobus antiquiſſimis Codicibus Vaticanis aſſervatus.

SÆCULO XV.

Eugenius IV. Pont. Opt. Max. anno 1441. *in Decreto pro Jacobinis*, in Concilio Florentino habito.

S. Antoninus, patria Florentinus, Ordinis Prædicatorum, & poſtea Florentiæ Archiepiſcopus, anno 1459. in Summa Hiſtoriali, in tres partes diviſa, *Parte 1. Tit. 3.* ~~*cap. 4.* Ibidem~~ *Tit. 3. cap. 9. §.* 12. Item Summæ Theologicæ *Parte 3. Tit. 18. cap. 6. §.* 11.

Alphonſus Toſtatus, natione Hiſpanus, in Oppido Madrigali natus, atque ex Doctore & Presbytero Salmanticenſi Abulenſis in eadem Hiſpania Epiſcopus, anno 1450. *Comment. in Hieronymi Prologum Galeatum; in Reg. quæſt.* 27. & 28. Item *Enarrat. Praf. I. in Paralip. quæſt.* 7. Et *Præfat. in Evangelium S. Matthæi, quæſtionibus* 1. 2. 3.

Dionyſius à Lieuvis, patria Rickelius, Cartuſianus, Doctor Eſtaticus vulgò nuncupatus, anno 1450. *in Proœmio in Sap., in Eccl., in Baruch, in Tob. in Judith, in Capita III. & XIII. Danielis, in Caput X. Heſteræ, in Cap. I. Machabeorum.*

Auguſtinus Datus Senenſis, Orator & Philoſophus inſignis, anno 1470. *Orat. de Laud. S. Hieronymi*, in qua libros Biblicos ab Hieronymo converſos recenſet.

Præfatio de Libris *Canonicis*, & non *Canonicis*, præfixa Bibliis unà cum Gloſſa Ordin. & Lirani Expoſ., editis anno 1498. & rurſus 1506.

SÆCULO XVI.

Cardinalis Ximenius, Archiepiſcopus Toletanus, Vir eruditione & pietate inſignis, *in Præf. Bibl. Complut.* 1515.

Biblia Pagnini, edita anno 1528. ad finem Veteris Teſtamenti; Item idem Pagninus, *in Præfat.*

Cardi-

Cardinalis Cajetanus, Ordiois Prædicatorum, *Præſ.Comm.* in omnes Authenticos Veteris Teſtameoti Hiſtoriales Libros ad Clementem VII. Pontificem Maximum, anno 1532. Idem ad calcem *Comm. in Eſther*, *& Eccl.*

Sacroſanctum Oecumenicum & Generale Coocilium Tridentinum, aono 1546. Seſſ.IV. cujus Decreti verba retulimus in hujus Capitis exordio ad confirmandam Eccleſiæ traditiooem, de qua loquimur.

Itaque, cum de Canone Scripturarum, per maous tradito, ab ætate Apoſtolica ad Sacroſanctum uſque Coocil. Trideotinum ſatis jam conſtet poſt Euangelicam Æram; producenda ſuot ea, quæ pertioeot ad Hiſtoriam Canonis Scripturarum apud Hebræos, ante Euangelii prædicatiooem.

Joſephus, contra Apionem diſputaos, *lib.* I. luculeotum Canonis teſtimonium ita producit: „ Infioiti libri oon ſunt apud nos (inquit) diſcordaotes, & ſibimet repugnantes; ſed ſolummodo duo & vinginti Libri, habeotes temporis totius cooſcriptiooem, quorum juſtè fides admittitur. Horum ergo quioque quidem ſunt Moſeos &c. A morte verò Moſeos uſque ad Artaxerſem Perſarum Regem, qui fuit poſt Xerſem, Prophetæ ſuorum temporum res geſtas conſcripſeraot in XIII. libris. Reliqui verò quatuor, hymoos in Deum, & vitæ humanæ præcepta ooſcuntur continere. Ab Artaxerſe verò uſque ad noſtrum tempus ſiogula quidem conſcripta, noo tameo priori ſimili fide ſuot habita, eo quod noo fuerit certa ſucceſſio Prophetarum. Palàm oamque eſt ipſis operibus, quemadmodum oos propriis literis credimus. Taoto oamque ſæculo jam præterito neque adjicere quidquam aliquis, nec auferre, nec transformare præſumpſit. Omnibus enim inſertum eſt mox ex prima generatiooe Judæis, hæc Divina dogmata nomioare, & io his utique permanere; & propterea, ſi oporteat, mori libeoter „ Qui de certo Caoone apud Hebræos plura deſiderat, adeat Buxtorfios, Booſrerium, alioſque Biblicorum Commentariorum Auctores, qui Præludia exagogica ſcripſerunt ad Sacrarum Scripturarum intelligeutiam; ſufficere enim credimus, oos incredibili ſed perjucuodo labore ea collegiſſe, quæ authoritatem habeot à SS. Patribus, & ab Eccleſia.

In tres autem Claſſes Hebræi ſummam Librorum Sacrorum digerebaot, teſte S. Hierooymo in Præf. io lib. Regum, quæ Vulgatis Bibliis præfigitur ſub Tit. Prologi Galeati: „ Vigioti & duas literas eſſe apud Hebræos, Syrorum quoque & Chaldæorum liogua teſtatur &c. Quomodo igitur vigioti duo elementa ſunt &c. ità viginti duo volumioa ſupputaotur, quibus &c. Atque ita ſiuot pariter Veteris Legis Libri viginti duo: ideſt

I. Moyſi quinque, ſeu thora.	II. & Prophetarum octo.	III. Hagiographorum novem.
1. Geneſis.	1. Joſue.	1. Job.
2. Exodus.	2. Sophetim, ſeu Judicum, & Ruth.	2. David, ſeu Pſalmi 150.
3. Leviticus.	3. Samuel, ſeu Regum I. & II.	3. Salomon, ſeu Proverbia, & Parabolæ.
4. Numeri.	4 Malachim, ſeu Reg. III. & IV.	4. Eccleſiaſtes.
5. Deuteronomium:	5. Iſaias.	5. Cantica Canticorum.
	6. Jeremias.	6. Daniel.
	7. Ezechiel.	7. Paralip. I. & II.
	8. XII. Prophetæ.	8. Eſdras I. & II.
		9. Eſther.

Et Præf. in Danielem, quæ ibidem imprimitur: ,, Illud [inquit] admoneo,
,, non haberi Danielem apud Hebræos inter Prophetas, ſed inter eos, qui Ha-
,, giographa ſcripſerunt. In tres ſiquidem partes omnis ab eis Scriptura divi-
,, ditur, in Legem, in Prophetas, & in Hagiographa ,,. Ejuſdem Diviſionis meminit Caſsiodorius de Inſtitutione Divinarum Literarum, capite 12. de qua Diviſione pluribus diſſerit Cl. Martianeus in III. Prolegom. in Divinam Bibliothecam S. Hieronymi num. IV. Beda Venerabilis lib. 3. Comm. in Geneſim arbitratur, ad eamdem Diviſionem reſpexiſſe Spiritum Sanctum apud Geneſim: *Tria caniſtra ſuper caput ejus &c. quid aliud* [inquit] *ſignificant, niſi tripartita, ipſi Populo conceſſa, Divinæ Legis eloquia, Legem videlicet, & Prophetas, & Hagiographa*. Rationem verò reddit *in More Nevochim lib. 2. Cap.* 45. Maimonides, quare Kethubhim, quæ grecè dicunt Hagiographa, ſic nuncupantur? nempe quia Kethubhim, hoc eſt, ſcripta ſunt per Spiritum Sanctum. Et ante ipſum B. Epiphanius, adverſus Hæreſes lib. 1. Hæreſi 29. cap. 7. ,, Leguntur [inquit] apud illos [ſubaudi Nazaræos] univerſa
,, Lex, & Prophetæ, & Hagiographa, hoc eſt Libri illi, qui verſibus di-
,, ſtincti ſunt, & Regina, & Paralipomena, Eſter, cæteraque omnia ,,. Aquilæ temporibus, & ab ipſo fortè Aquila excogitatam fuiſſe hanc diviſionem Librorum ſacrorum in *Legem, Prophetas, & Hagiographa*, cum antea obtinuerat partitio in *Legem, Prophetas, & Hymnos*, conjecturis indulgens ait Voſſius de Orac. Sibyl. *cap.* 12. Αγιόγραφα ineptum dicit vocabulum; & contra naturam linguæ Græcæ formatum, ab Aquila ſuſpicatur confictum. Vocem quoque γραφῖα, qua Hagiographa interdum deſignantur, ab eodem fuiſſe excogitatam, ſcribit in Reſp. ad iteratas Simonii objectiones. Sed nos, Voſſii quæſtione de nomine in medio relictà, conſtanter aſſeruimus,

Hanc diviſionem in tres Claſſes Chriſtum Dominum innuiſſe, quando cum Diſcipulis poſt Reſurrectionem in Cœnaculo loquebatur, *Lucæ* 24. *v.* 44. dicens, *Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt*

I.	II.	III.
in Lege Moyſi	*& Prophetis*	*& in Pſalmis, de me.*

Ita enim exponit etiam Maldonatus, & Natalis ab Alex. hunc locum ,, Quæ
,, ſcripta ſunt in Lege, Prophetis, & libris Hagiographis, in quibus Hebræi
,, Pſalmos imprimis numerabant. ,, Lightfootus quoque Miſcell. *cap.* 44. & P. Lamy in Apparatu Biblico, ex communi ſententia *Lib.* 2. *Cap.* 2. ad illam diviſionem dicunt Chriſtum reſpexiſſe, Lucæ 24. verſ. allegato.

Hinc itaque videtur colligi, etiam ætate Chriſti Domini obtinuiſſe apud Hebræos eam diviſionem Sacrorum Librorum in tres claſſes, quæ vigebat ætate Hieronymi: præſertim cùm Philo Judæorum doctiſsimus, & Chriſto Domino coævus, in Lib. de Vita contemplativa pag. 893. B.C. indicat non obſcurè tres illas Claſſes Librorum, Legis, Prophetarum, & Hagiographorum, quæ ſua ætate in Ægypto diſtinguebantur, dicens, ,, Legem tantùm, & Pro-
,, phetarum Oracula, divinitùs prodita, Hymnoſque, & quædam alia, pietati
,, ſcientiæque promovendæ utilia. ,, Et paſsim apud Talmudicos reperitur eadem Librorum Sacrorum diviſio. Conſulantur Gemariſtæ in Sanedrin *Cap.* 11. *§.* 2. iidem in Maechot *Cap.* 2. *§.* 4. & alibi, ubi de Jonathanis Paraphraſi ſermonem habent. Liber quoque Schiltæ, ap. Append. libri Coſri *pag.* 430. Haggaborim inſcriptus, eamdem agnoſcit Veteris Teſtamenti in tres Claſſes partitionem. Præterea ex variis locis Novi Teſtamenti conſtat, eadem ætate in Synagoga lectitatos fuiſſe, præter Libros legales Moyſi, etiam reliquos ex duabus Claſsibus Prophetarum, & Hagiographorum,

quas

quas duas poſteriores S. Paulus *Ep. ad Rom.* 3. 21. complectitur ſolo nomine
„ Prophetarum : „ Juſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata a Lege, & Prophe-
„ tis „. Quemadmodum & in Euangelio Lucæ cap. 16. „ Lex, & Prophetæ uſ-
„ que ad Johannem. „ Et *Verſ.* 29. & 31. ejuſdem cap. „ Habent Moyſen, & Pro-
„ phetas : ſi Moyſen, & Prophetas non audiunt &c. „ Ita & Actorum 24. Pau-
lus fidei profeſsionem emittens coram Felice Præſide, *verſ.* 14. „ Sic deſervio
„ Patri, & Deo meo, credens omnibus, quæ in Lege, & Prophetis ſcripta
„ ſunt. „ Et *cap.* 26. *verſ.* 22. coram Agrippa Rege „ Uſque in hodiernum
„ diem ſto, teſtificans minori atque majori, nihil extra dicens quàm ea, quæ
„ Prophetæ locuti ſunt, futura eſſe, & Moyſes. „ Et *cap.* 28. Romæ agens, &
interrogatus a Judæis de Chriſtianæ Eccleſiæ Confeſsione, *verſ.* 23. „ Expo-
„ nebat, teſtificans Regnum Dei, ſuadenſque eis de Jeſu, ex Lege Moyſi, &
„ Prophetis, a mane uſque ad veſperam.

Siquidem & in Synagoga, præter legales Libros, perlegebantur Prophetæ die
Sabbati. *Act.* 13. *verſ.* 14. „ Venerunt Antiochiam Piſidiæ: & ingreſsi Synago-
„ gam die Sabbatorum ſederunt. Poſt lectionem autem Legis, & Propheta-
„ rum &c. „ Et Chriſto Domino in Nazareth Synagogam ingreſſo, juxta con-
„ ſuetudinem ſuam, die Sabbati, & ad legendum ſurgenti, *Cap.* 4. *verſ.* 17. Tra-
ditus eſt illi liber Iſaiæ Prophetæ. „ Elias Levita in Thisbi apud Voiſin de Le-
ge Divina, *cap.* 36. ait, Antiochi Regis ætate inductam fuiſſe conſuetudi-
nem legendi Haphtaras ex Prophetis, reſpondentes ſingulis Paraſchis Legis,
quum impius ille Rex publicam Legis lectionem vetuiſſet.

Cum itaque conſtet ex locis ſupra allatis, aliiſque plurimis, præter Moyſi
Pentatheucum, alios quoque libros in Synagoga Judæorum ante Euangelii
publicationem aſſervatos fuiſſe tamquam propheticos, & divinitùs inſpira-
tos, ex quibus teſtimonia licebat petere ad cauſas Fidei dijudicandas, etiam
in Conciliis ſeu Synhedriis magnis, quemadmodum Herodi perquirenti
ubi Chriſtus naſceretur, Matth. 2. reſpondet Concilium legitimum Princi-
pum, Sacerdotum omnium, & Scribarum, ex Micheæ Prophetia, *In Be-
thelem Judæ*; neceſſariò conſequitur, Indicem ſeu Catalogum ejuſmodi Libro-
rum jam extitiſſe, quem nos appellamus Canonem Scripturarum in Eccle-
ſia Hebræa ante Chriſtum natum.

Quin ex hoc ipſo Matthæi teſtimonio inferre poſſumus, Prophetæ nomine ali-
quando enunciari ſecundam illam Claſſem Librorum, qui appellantur Pro-
phetici, in unum corpus compactam, quem librum appellarent *Prophetam*:
non ſecùs ac obſervatum eſt, a compluribus in Eccleſia Chriſtiana prioribus
etiam ſæculis appellatum fuiſſe *Apoſtolum* Codicem illum, qui complecteba-
tur Canonicas Literas Novi Teſtamenti, ſive Apoſtolorum, unico libro com-
prehenſas, ut a Subdiacono perlegerentur in Miſſa; vel etiam ſuſpicari poſſu-
mus, ſecundam ac tertiam Claſſem, Prophetarum ſcilicet, atque Hagiogra-
phorum, in unum volumen redactam, dici Prophetam ſeu Prophetas, a po-
tiori parte ita denominatam, ſive a nomine & re, communi Prophetis &
Hagiographis, Chriſtum pariter annunciantibus.

Quemadmodum enim ex libro ſecundæ Claſsis, ſeu Prophetarum, licebat cau-
ſas de Fide certò definire, ita etiam ex tertia Claſſe Hagiographorum, eàdem
vi prædita, petebantur argumenta in cauſis Fidei. Chriſtus enim Dominus
Matth. 22. *verſ.* 44. congregatis Phariſæis, & interrogatis, quid ipſis videretur
de Chriſto, & cujus eſſet filius, ac reſpondentibus : David; teſtimonium
Divinitatis ſuæ a Pſalmis Davidis illicò produxit. „ Quomodo ergo David
„ vocat eum Dominum, dicens : Dixit Dominus Domino meo ? & non pote-

rant

„ terant reſpondere verbum: neque auſus fuit quiſquam ex ea die eum amplius interrogare. „ Ad Machab. I. *cap.* 1. *v.* 57. & ad Daniel. 9. *v.* 27. & 28. videtur alludere Chriſtus, Matthæi 24. *v.* 15. Marci 13. *v.* 14. Lucæ 21. *v.* 12. Item locus Machab. I. *cap.* 2. *v.* 54. refertur ad Eccleſiaſtici 45. 28. & 30. Et Machab. 2. *v.* 56. refertur ad Eccleſiaſtici 46. 9. 10. & 11.

Concludimus igitur, in Eccleſia Hebræa etiam ante Chriſtum natum extitiſſe Canonem Scripturarum, ex Lege, & Prophetis; ſive ex libris Legalibus, Propheticis, & Hagiographis certo numero conſtitutum, unde licebat teſtimonia proferre in cauſis Fidei, tamquam ex Libris divinitùs inſpiratis.

CAPUT II.

De Libris Autographis, & Apographis Legis, & Prophetarum, eorumque hiſtoria.

Volumen autographum Legis, a Moſe ſcriptum;

Levitis traditum;

In latere Arcæ reconditum;

Volumen Legis autographum Pentateuchi ſcriptum fuiſſe a Moyſe, divinitùs revelatum eſt Exodi *cap.* 17. *v.* 14. & 24. 4. 7. „ Scripſit autem Moyſes univerſos ſermones Domini, verſ. 4. &c. „ Aſſumenſque Volumen fœderis „ legit audiente populo „ *verſu* 7. Traditum ab ipſo Moyſe Sacerdotibus, filiis „ Levi, & Senioribus, Deut. 31. *v.* 9. 10. 11. 25. 26. Scripſit itaque Moyſes „ legem hanc, & tradidit eam Sacerdotibus filiis Levi, qui portabant Arcam „ fœderis Domini, & cunctis Senioribus Iſrael, *v.* 9. Et ſeptimo quoque anno „ legi præcepit coram Populo, ibi *v.* 11. 12. Et recondi per Levitas in latere „ Arcæ, ibi *verſ.* 24. 25. 26. Poſtquam ergo ſcripſit Moyſes verba Legis hujus „ in volumine, atque complevit; præcepit Levitis, qui portabant Arcam fœ- „ deris Domini, dicens: Tollite librum iſtum, & ponite eum in latere Arcæ „ fœderis Domini Dei veſtri &c.

In muſivo Liberianæ Baſilicæ expreſſum.

In Muſivo Sixti III. Liberianam Baſilicam adornante, ab eruditiſſimo Ciampino typis edito, *Fig. II. Tab. LX.* & a Franciſco Blanchino Patruo meo *Tom.* 3. *pag.* 136. Anaſt. Bibl. relato, Moyſes Levitis volumen tradit, in quo Deuteronomium deſcripſerat, juſſitque in Arca Fœderis Domini cuſtodiri, ut ex Deut. *cap.* 31. ubi etiam viſuntur Levitæ, Arcam deferentes.

Primū apographum Deuteronomii a Joſue lapidibus inſcriptum;

Aliud Autographum, ſive potius primum Apographum Deuteronomii, proximè poſt obitum Moyſis a Joſue ſcriptum legimus in lapidibus Altaris, ab ipſo erecti in Monte Hebal, Joſue *cap.* 8. *v.* 30. §. 1. & 32. „ Tunc ædificavit „ Joſue altare Domino &c. de lapidibus impolitis &c. & ſcripſit ſuper lapi- „ des Deuteronomium Legis Moyſi, quod ille digeſſerat coram filiis Iſrael.

Alia apographa a Regibus ſingulis deſcripta.

Singuli deinde Reges jubentur Deuteronomii Librum ſibi deſcribere, & accepto Exemplari a Sacerdotibus, ex eo legere cunctis diebus vitæ ſuæ, Deut. 17. 18. Vide Voiſin de Lege Divina in fine capitis 31.

Autographum Moſis:

Redeo ad Autographum Moſis, Levitis traditum, ut in Arcæ latere conditum ſervaretur. Doctiſſimus Huetius Demonſtr. Evangelicæ, Prop. 4. pag. 41. num. 2. expenſis rationibus Toſtati, Ahabanelis, & Levi Ben-Gerſon, propendet ut credat, ad latus Arcæ aſſervatum fuiſſe, non modò Deuteronomium, ſed univerſum Pentateuchum.

Deſcriptis ex eo aliis XII. Principibus Tribuum tradendis.

Quin obſervat, in Debarim Rabba affirmari XIII. exemplaria Legis deſcripta fuiſſe Moſis juſſu ante ejus obitum, ut ſingulis Tribuum Principibus ſingula contraderentur, & unum in Arca cuſtodiretur.

S. Epiphanius in lib. de Pond. & Menſ. cap. 4. credidit non Legem ſolummodo, ſed

ſed & Libros omnes Canonicos intra Arcam fuiſſe recluſos. At refellitur ex teſtimonio lib. III. Regum *cap.8. verſ.9.* ubi diſertè dicitur: *In Arca autem non erat aliud niſi duæ Tabulæ lapideæ, quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb.* Et II. Paralip. *cap.5. v.10.* „ Nihilque erat aliud in Arca, niſi duæ Tabulæ,
„ quas poſuerat Moyſes in Horeb „ . Et ex Gentium Apoſtolo, qui in ep. ad
„ Hebræos *cap.9. v.4.* ait: „ In qua (ſcilicet Arca) urna aurea, habens Manna,
„ & Virga Aaron, quæ fronduerat, & Tabulæ Teſtamenti „ . Proſequitur Huetius: „ Lex autem fuit ad latus Arcæ exterius: quo & Urna aurea, Mannæ plena, & Aaronis Virga [ad Hebr. *c.9. v.4.*] hoc eſt, ſi Jonatanen paraphraſtem Chaldæum audimus, in capſa ad latus dextrum Arcæ: vel, ſi Gemaram Thalmudici libri &c., in Scrinio „ . Simillima habentur I. Regum *cap.6.* Philiſtini enim ponunt in capſellam ad latus ejus icunculas aureas, quas finxere; ad latus nempe Tabularum, quibus capſula componebatur „ . Eâdem ergo ratione, inquit etiam Calmet in Commentario litterali SS. Scripturarum *cap.31.* Deuter. *verſ.26.* collocatus eſt liber Legis, de quo agimus. Cùm ille, nonniſi aliquis tabellarum numerus eſſet; [ego autem cum Vulgata, & Muſivo, Volumen fuiſſe puto] hæc commodè intus in Arca circum illius parietes ſecus lapideas tabulas collocari potuere. Cùm autem poſt Templi ædificationem, Tabernaculum, plurimaque Tabernaculi vaſa, & ſupellectilem in Templi ipſius gazophylaciis fuiſſe repoſita veriſimile ſit; illuc quoque illatam fuiſſe capſulam Legis, Volumini recondendo deſtinatam, credere par eſt; Quæ, poſtquam diù illic neglecta & ignorata jacuit, tandem ab Helcia Pontifice reperta eſt, IV. Reg. 22. *verſ.8.* „ Dixit autem Helcias Pontifex ad Saphan Scribam: *Librum Legis reperi in Domo Domini.* „ Librum autem hunc fuiſſe autographum Moyſis, Joſeph Antiq. *Lib. X. cap.5.* teſtatur. Qua in re ſiquid dubii eſſe videretur, illud ſubduceret Textus II. Paralipomenon 34.
„ *verſ.14.* „ Cùm efferrent pecuniam, quæ illata fuerat in Templum Do-
„ mini, reperit Helcias Sacerdos librum legis Domini per manum Moyſi. „
Quamobrem, non in Arca Domini, ſed in Domo Domini repertum a ſe librum Legis prædicat Helcias, non fimeto in foſſum, ùt conjectavit Chryſoſt. *in Matth. cap.2. hom.9.* Et in I. *ad Cor. 2. hom. 7.* ſed in capſula illa reconditum, quæ, ſtante Tabernaculo, fuerat ad dextrum latus Arcæ.

Ad latus Arcæ reconditur

Cum urna Mannæ, & Virga Aaron.

Conſtructo Templo, capſula cum volumine Legis reponitur in gazophylacio Templi,

Ubi reperitur ab Helcia Pontifice, & Joſiæ oſtenditur ante Chriſtum anno 624 juxta Petavium;

Geſta ſunt hæc anno XVIII. Regis Joſiæ, *IV. Regum* 22. hoc eſt annis circiter 624. ante æram Chriſti communem, ùt Chronologi ſupputant. Poſt annos verò 28. ex Chronico Euſebii, Nabuchodonoſor Templum incendit. An Levitæ in captivitatem abducti Volumen Legis Autographum ab incendio præſervaverint, quemadmodum & Sacerdotes in Perſidem abducendi, *II. Mach. 1. 19.* acceptum ignem de Altari occultè abſconderunt in Valle, ubi erat puteus altus & ſiccus, & in eo contutati ſunt eum, ita ut omnibus ignotus eſſet locus, nemo quidem, quod ſciam, diſertè id enunciat; ſed probabile admodum eſt, Godoliam nepotem Saphan, qui a Chaldæis conſtitutus fuerat Princeps populi in Paleſtina relicti: vel Levitas in Terra ſuperſtitites, & mox in Ægyptum profectos, occiſo ipſo Godolia: vel potius Joachimum Regem in Babylonem abductum hæc ſacra Pignora cuſtodiſſe: aut Nehemiam filium Helciæ: aut Eſdram Scribam; præſertim cùm poſt annos LXX. captivitatis, Cyrus Perſarum Rex protulerit Vaſa Templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonoſor de Jeruſalem, & poſuerat ea in Templo Dei ſui, *I. Eſdræ cap.1. v.8.* eademque vaſa numerata contradiderit Saſſabaſar Principi Juda, eademque vaſa & argentum in Templum ſecundum illata ſint, *I. Eſdræ 8. 30.* „ Suſceperunt autem Sacerdotes & Le-

In captivitate videtur præſervatum cù vaſis Templi:

„ & Levitæ &c. Die autem quarta appenſum eſt argentum, & aurum, & vaſa in „ Domo Domini &c. [*v.33.*] Propterea II. *Eſdr. cap.*8. poſt Templi inſtaurationem (*verſ.*1.) dixerunt Eſdræ Scribæ, ut afferret Librum Legis Moyſi, „ quam præceperat Dominus Iſraeli. Attulit ergo Eſdras Sacerdos Legem coram multitudine virorum & mulierum &c.& legit in eo apertè &c.Stetit autem „ Eſdras Scriba ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum &c. & legerunt in libro Legis Dei diſtinctè & apertè ad intelligendum; & intellexerunt, cùm legeretur &c. Et *cap.*13. *verſ.*1. „ In die autem illo lectum eſt in „ Volumine Moyſi, audiente Populo: & inventum eſt ſcriptum in eo, quòd non „ debeant introire Ammonites & Moabites in Eccleſiam Dei uſque in æternum &c. Factum eſt autem, cùm audiſſent Legem, ſeparaverunt omnem alienigenam ab Iſrael &c. „ Quæ omnia indicant in Autographo potius quàm in Apographis hæc obſervata; præſertim cùm ipſe Eſdras Chaldaicis characteribus impoſterum exprimenda curaverit ea, quæ ex primitivis Moyſi literis populo, in LXX. annorum captivitate eas ignoranti, & Caldæorum ſtylo aſſueſcenti, ſua interpretatione noverat eſſe aperienda.

Et in Templo ſecundo aſſervatū uſque ad Chriſtum Dominum.

Poſt ejuſmodi inſtaurationem Templi & Legis, quæ Autographum Moyſi ſuperfuiſſe indicat non obſcurè, cùm Templum ſecundum ſubſtiterit uſque ad Titum, licèt ab Antioco profanatum, & expurgatum a Juda Machabæo, *II. Machab. cap.*10. & interea temporis translata ſint Sacra Biblia in Græcum idioma per LXX. Interpretes; probabile admodum ſit, Moſis Autographum nunquam fuiſſe deperditum uſque ad Chriſti Domini adventum. Et profectò luculentum habemus Philonis teſtimonium in lib.II. de Vita Moſis ſub initium, ubi de Pentateucho: „ Res certè non caret miraculo, per tot ſæcula „ manſiſſe Leges eaſdem incolumes „. Et S.Epiphanius in lib.de Menſ.& Pond., binorum Interpretum triginta ſex, a Ptolomæo Philadelpho advocatorum hiſtoriam narrans, Autographum Scripturarum Sacrarum ipſi Regi tunc temporis allatum fuiſſe innuit, cùm inquit: „ Igitur ſeptem & viginti illi Libri, qui „ viginti duo numerantur cum Pſalterio, ac cæteris, qui Hieremiæ accenſentur, hoc eſt Lamentationibus, & Epiſtolis Baruchi; quamvis apud Hebræos „ Epiſtolæ iſtæ non reperiantur, ſed Lamentationes dumtaxàt, ad Hieremiæ „ Prophetiam attextæ; eo, quem dixi, modo per orbem in unumquodque par „ Interpretum diſtributæ ſunt, puta a primo pari ad ſecundum, ab hoc ad „ tertium pervenerunt, donec ſexiès ac trigeſiès ſinguli græcè converſi ſunt, „ ùt famâ vulgari perhibetur .... Poſtremò, abſolutis omnibus, Rex „ in ſublimi ſolio conſedit, ad quem triginta ſex Lectores cum totidem „ Exemplaribus adducti ſunt, cum altero, qui hebraicum *Archetypum* tenebat „. En qua de cauſa latores Legis delecti fuerint ex florentiſſimis Ordinibus, & a Ptolomæo Rege tot commodis, honoribus, & præmiis proſequuti: Scilicet Archetypum deferebant, ùt quiſque facillimè poteſt ex illa Regis ablegatione, ac Hebræorum ſtudio, ſollicitudine, curâque tam pretioſi Depoſiti, judicare.

Autographum Joſue, in ipſo Legis Volumine propria Auctoris manu conſcriptum fuiſſe, docent nos Sacræ Paginæ, Joſ.*cap.ult. verſ.*25. 26. „ Percuſſit ergo „ in die illo fœdus, & propoſuit præcepta atque judicia in Sichem. Scripſit „ quoque omnia verba hæc in Volumine Legis Domini: & tulit lapidem prægrandem, poſuitque eum ſubter quercum, quæ erat in Sanctuario Domini, „ & dixit ad omnem Populum: En lapis iſte erit vobis in teſtimonium &c.„ Eadem igitur præſervatio contigiſſe dicenda eſt Autographo libro Joſue, quam adſcripſimus Autographo Pentateuchi. Non ſecus ac Samuel

1. Re-

I. Regum *cap.*10. „ Locutus eſt ad populum Legem Regni (*verſ.* 25.) & „ ſcripſit in Libro, & repoſuit coram Domino.

Quod pertinet ad libros reliquos Veteris Teſtamenti, breviter perſtrigemus.

Primò. Obſervandum eſt, Prophetas conſueviſſe libros ſuos mittere ad Sacerdotes & Prophetas, necnon ad Seniores, & ad omnem Populum; ùt Jeremias miſit, *cap.*29. „ Et hæc ſunt verba Libri, quem miſit Jeremias Propheta de Jeru- „ ſalem ad reliquias Seniorum tranſmigrationis, & ad Sacerdotes, & ad Pro- „ phetas, & ad omnem Populum, quem traduxerat Nabuchodonoſor de Jeru- „ ſalem in Babylonem &c. „. Neceſſe autem erat in ſcriptum redigere, aut publico teſtimonio ea conſignare, quæ prophetico nomine aliquis proloquebatur, ut ex eventu judicarent Rectores Populi de veritate aut mendacio ejuſdem aſſerti Prophetæ juxta mandatum Domini, a Moyſe traditum Deuteronomii *cap.*18. Inter cætera verò, quæ falſis Prophetis minatur Dominus Ezechielis *cap.* 13. hæc legimus *verſ.*9. „ Et erit manus mea ſuper Prophetas, „ qui vident vana, & divinant mendacium: in Conſilio populi mei non erunt, „ & in Scriptura Domus Iſrael non ſcribentur. „

Secundò. Hæc indicant, poſt eventum prædictionis impletæ, inter Scripturas Domus Iſrael, hoc eſt in Canonem Scripturarum redactos fuiſſe ejuſmodi Commentarios propheticos, ſive Auctoris manu, ſive alterius miniſtri Synagogæ conſcriptos; quos ita vindicaverat & approbaverat Auctoritas Dei loquentis, & verbum ſuum perficientis: quemadmodum & Samuel ea, quæ ſcripſit, repoſuiſſe dicitur coram Domino, I. *Reg. cap.*10. *verſ.*25.

Tertio. Denique Libri ita vindicati, & Canoni adſcripti, in Synagoga publicè legebantur poſt Legem die Sabbati: ut autem legerentur in Synagoga, aſſervabantur, quemadmodum hodieque fit, a Judæis in armario ſeu ſcrinio. Ritu non diſſimili primitiva etiam Chriſtianorum Eccleſia ſuum habuit Armarium, in quo ſacros Libros reconderet, quod expreſſum videmus in Muſivo Ravennati apud Cl. Ciampinum *Tom.I. fol.*217. *Tab.*67. *Fig. II.*

Confirmantur hæc ex Verſionibus Bibliorum, quæ non Legales modò Libros, verùm & Propheticos, & Hagiographos etiam antiquitùs ſunt complexæ, ùt ex Capite ſequenti conſtabit.

CAPUT III.

De præcipuis Verſionibus Bibliorum, Veteris Teſtamenti Græcâ, & Latinâ: earumque Auctoritate.

OMnium antiquiſſima Verſio, (ſi tamen Verſio dicenda eſt, quæ literarum figuram variat, conſtante ſono dictionum per literas indicato) habenda erit Eſdræ reſtitutio, quando ex primogeniis Textus autographi literis, quibus jam deſueverat Populus LXX. annis Chaldaicæ ſervitutis, totidem verba reddidit characteribus Chaldæis, qui in uſum communem Populi fuerant inducti. Verùm iſta potius Inſtauratio, quàm Verſio nominatur.

Tranſlatio igitur princeps, quæ nomen & rem Verſionis, titulo indicatam, revera obtinet, dicenda eſt Græca Interpretum LXX. Ejus Autographum, ſeu Originale exemplar, in Bibliotheca Alexandrina reconditum, & ſummo ſtudio, atque incredibili curâ per aliquot uſque Chriſti ſæcula ab ignis conflagratione fuiſſe ſervatum, plures ex Patribus memoriæ prodiderunt.

Sanctus Juſtinus Martyr, qui poſt Apoſtolica tempora primus eorum, quorum

ſcripta

ſcripta ad nos pervenerunt, videtur eſſe in Apologia ſecunda ad Antoninum Pium Imperatorem circa annum Chriſti 141. conſcriptâ, LXX. Virorum Autographi meminit; ait enim: „ Cùm autem Ptolomæus Rex Ægyptiorum bi-
„ bliothecam inſtitueret, & hominum omnium ſcripta comportare conaretur;
„ de Prophetiis hiſce quoque certior factus, ad Herodem Judæorum Regem mi-
„ ſit, copiam ſibi fieri propheticorum Librorum petens. Ac Rex quidem Hero-
„ des, illos, qua diximus, hebraicâ linguâ conſcriptos, ad eum miſſos fecit.
„ Verùm, cùm Ægyptiis incognita eſſent quæ ſcripta erant, denuò legatione
„ miſsâ illum rogavit, ut ad ſe, qui libros eos in græcum transferrent ſermo-
„ nem, homines mitteret. *Atque hoc ſic facto, Libri apud Ægyptios permanſere*
„ *ad hodiernum uſque diem*. Sunt etiam apud omnes ubique Judæos, qui eos le-
„ gentes non intelligunt; ſed pro inimicis nos & hoſtibus habent. „

Idem crediciſſe videtur S. Irenæus, qui adverſus Valentini, & aliorum, ſuorum temporum, graſſantes hæreſes, ſcripſit ſub Eleuterio. Igitur *Lib.* 3. *cap.* 25.
„ Cùm tantâ (ſunt ejus verba) igitur veritate & gratiâ Dei interpretatæ ſint
„ Scripturæ, ex quibus præparavit & reformavit Deus fidem noſtram, quæ
„ in Filium ejus eſt, *& ſervavit nobis ſimplices Scripturas in Ægypto*; in qua
„ adolevit & Domus Jacob, effugiens famem, quæ fuit in Chanaan; in qua
„ & Dominus noſter ſervatus eſt, effugiens eam perſecutionem, quæ erat ab
„ Herode: & hæc earum Scripturarum interpretatio, priuſquam Dominus no-
„ ſter deſcenderet, facta ſit; & antequam Chriſtiani oſtenderentur, interpreta-
„ tio facta ſit „. Tertullianus quoque, qui floruit ſub Severo Imp. in *Apol. cap.* 18. ad Originale LXX. reſpexiſſe non dubium eſt: „ Cum, inquit, Ptolo-
„ mæorum eruditiſſimus, quem Philadelphum ſupernominant, & omnis lite-
„ raturæ ſagaciſſimus, cùm ſtudio bibliothecarum Piſiſtratum, opinor, æmu-
„ laretur, inter cetera memoriarum, quibus aut vetuſtas, aut curioſitas ali-
„ qua ad famam patrocinabatur, ex ſuggeſtu Demetrii Phaleræi Grammatico-
„ rum probatiſſimi, cui Præfecturam mandaverat, libros a Judæis quoque
„ poſtulavit, proprias atque vernaculas literas, quas ſoli habebant: Ex ip-
„ ſis enim & ad ipſos ſemper Prophetæ peroraverant, ſcilicet ad domeſti-
„ cam Dei gentem ex patrum gratia. Hebræi retrò, qui nunc Judæi. Igitur
„ & literæ Hebrææ, & eloquium. Sed, ne notitiâ vacaret, hoc quoque Ptolo-
„ mæo a Judæis ſubſcriptum eſt, Septuaginta & duobus Interpretibus indul-
„ tis, quos Menedemus quoque Philoſophus, providentiæ vindex, de ſenten-
„ tiæ communione ſuſpexit. Affirmavit vobis etiam Ariſtæus: ità græcum
„ ſtilum ex aperto monumenta reliquit. *Hodie apud Sarapæum Ptolomæi Biblio-*
„ *thecæ cum ipſis hebraicis literis exhibentur*. Sed & Judæi palàm lectitant. Ve-
„ ctigalis libertas „. Humredus Hodius Oxonienſis, De Bibliorum Textibus &c. *Lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 225. ait: Verborum iſtorum, *hodie apud Serapæum Ptolomæi Bibliothecæ cum ipſis hebraicis literis exhibentur*, hunc ſenſum eſſe puto, *in Bibliotheca Ptolomæi, quæ apud Serapæum eſt, aſſervantur Scripturæ Judaicæ: ab Interpretibus* LXXII. *converſæ*. Oh infelix interpretatio! Erroris manifeſti arguitur ex ipſo Tertulliano, ùt expendenti ejus verba, & ex dicendis, patebit. Idem primævum exemplar LXX. Interpretum, etiam ſua ætate in Serapidis Templo aſſervatum fuiſſe aſſerit S. Joannes Chryſoſtomus Orat. I. adv. Jud. juxta edit. Franc. Ducæi pag. 443. quæ juxta edit. Savil. poſtremo loco collocatur *Tom. VI. pag.* 374. „ In Serapidis Templum repoſuit, [*Ptolomæus*] erat enim homo Græcus; & in hunc uſque diem Librorum propheticorum Interpretatio ibi ſervatur. „

At ſi quis fortè reponat, quomodo fieri potuit, quod narrant Juſtinus, Irenæus

Ter-

Tertullianus, & S. Joannes Chryſoſtomus; cùm Bibliothecam Ptolomæorum Alexandrinam tempore belli Alexandrini C. Cæſaris ante Chriſti Incarnationem igne periiſſe evincat probara ſummorum Virorum, & antiquorum fides? Quomodo? Rem accipe ex Cardinali Baronio ad annum 231. num.33. „ Revocatur, inquit, in dubium, quod dicit Tertullianus, ſuo tem-
„ pore adhuc extitiſſe in Serapæo Editionem LXX. ut appareat planè menti-
„ tum eſſe, niſi Serapæum, quod dicit, aliud fuerit a Templo Serapidis;
„ quod, antequam ea illa ſub Severo ſcriberet, ſub Commodo conſtat in-
„ cendio conflagraſſe. Nam ſi fuiſſet in Templo Serapidis, æquè cum Tem-
„ plo combuſta fuiſſet. Rurſus etiam ejuſdem Tertulliani teſtificatio in du-
„ bium revocari poſſe videtur, & exiſtimari in enormi illa conflagratione no-
„ biliſſimæ illius Bibliothecæ, eam cum cæteris libris ibi poſitis fuiſſe com-
„ buſtam famoſiſſimo illo incendio, quod contigit anno ab Urbe condita
„ ſeptingenteſimoſeptimo, quo Cæſar poſt Pharſalicam pugnam Alexandriam
„ expugnavit; quod Dio teſtatur *Hiſt. Rom. Lib.*42. cùm & Bibliotheca
„ incenſa eſt, & ad ſeptingenta librorum millia ſunt pariter concremata;
„ quod Gellius *Lib.6. cap. ult.* tradit his verbis: Ingens poſtea numerus libro-
„ rum in Ægypto a Ptolomæis Regibus vel conquiſitus, vel confectus eſt ad
„ millia fermè volumina ſeptingenta. Sed ea omnia bello priore Alexandrino,
„ dum diripitur ea Civitas, non ſponte, neque operâ conſultâ, ſed a militi-
„ bus fortè auxiliariis incenſa ſunt, hæc ipſe. Sed haud putandum præter-
„ iiſſe Tertullianum hiſtoriam illam de conflagratione Bibliothecæ, omnium
„ vulgatiſſimam: quamobrem incendium illud eam non pertigiſſe ejuſdem
„ Tertulliani auctoritate confirmari videtur „. Huc uſque noſter Annalium Parens, Baronius.

Idem ſentit eruditiſſimus Valeſius, qui ex parte tantùm inſignem illam Bibliothecam Ptolemaicam Cæſareo incendio concrematam putat: & Genebrardus in Chronico ait, Autographum τῶν ὀ, cùm cætera Volumina perirent, ſingulari Dei providentia erga Gentes, in Chriſtum paulò poſt crediturας, a flammis fuiſſe vindicatum. Non negaverim tamen, Tertullianum Philadelphi Bibliothecam cum illa, quam poſtmodum Cleopatra Regina condidit, confudiſſe. Nempe hæc poſterior partem Bibliothecæ Philadelphianæ, a conflagratione C. Cæſaris ereptæ, continebat: idque in cauſa fuiſſe videtur, cur Euſebius exemplar illud Archetypum LXX. quod Philadelphus in ſua collocaverat Bibliotheca, apud Serapæum aſſerat cuſtodiri; cùm ante memoratam conflagrationem ad librariam ſupellectilem Serapæi pertineret. Luculentum hac de re habemus S. Epiphanii Teſtimonium in Lib. de Menſ. & Pond. „ Libri
„ (inquit) in græcum eloquium converſi, repoſiti ſunt in prima Bibliotheca, quæ
„ in Bruchio ædificata eſt. Poſtea autem alia facta eſt Bibliotheca in Serapæo,
„ priore illâ minor, quæ filia illius nominata eſt „. Igitur Bibliotheca Serapæi diverſa erat a Ptolemaica, eâque recentior. Illa in parte quadam urbis, quæ Bruchio dicebatur, ſita; hæc in Serapæo, ſcilicet prope Templum Serapidis. Ad hujus Templi recentiorem Bibliothecam, conditam a Cleopatra, reſpexit Tertullianus. Nec obſtat, quod Euſebius in Chronico *Serapidis Templum Alexandriæ incenſum* fuiſſe narret anno ſecundo Commodi Imperatoris, Chriſti ſcilicet 182. Totum namque igne combuſtum minimè aſſerit; & conſtat ex S. Epiphanio, in eo poſtmodum inſtaurato aliam Bibliothecam extitiſſe, quæ nominata eſt primæ illius Ptolemaicæ filia, conditam a Cleopatra. In ea repoſitas quoque fuiſſe Verſiones cæteras, idem Sanctus Epiphanius teſtatur: „ In quam Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, & alio-

„ rum Editiones congeſtæ ſunt „. Et profectò Serapæum ſub Commodo ex parte tantùm dirutum, & poſtmodum inſtauratum fuiſſe, conſtat ex Socrate *Lib.5. cap.16. & 17.* qui ſcribit, Theodoſium Seniorem juſsiſſe, ut Templa Gentium Alexandriæ deſtruerentur; & Theophilum, cujus cura & ſtudio id fieri mandatum eſt, *Mithrè quidem Spileum repurgaſſe, Serapeum verò ſubvertiſſe*. Paria habentur apud Sozomenum *Lib.7. cap.16.* & Marcellinum Comitem in Chronico ad annum 12. Theodoſii.

Demum colligitur ex S. Hilarii Pictavienſis Epiſcopi Tractatu in Pſalmum ſecundum num:3. Divinarum Scripturarum libros, qui in manibus terebantur, cum Archetypo Græcæ Verſionis ſeptuagintaviralis, adhuc ſuperſtite, ſtatim poſt Domini Salvatoris Noſtri paſsionem fuiſſe collatos, & fideliter conſonare repertos. „ Horum igitur [inquit *pag.33. edit. Veron.*] translationes
„ (nempe LXX.) Hebræis, tum lingua tantùm ſua utentibus, non erant neceſ-
„ ſariæ; ipſis tamen omnibus diligenti & religioſâ cuſtodiâ obſervatis: quibus
„ poſteaquam Dominus legem omnem Sacramento & corporationis ſuæ, &
„ paſsionis, & reſurrectionis impleverat, *cum his Libris, quos Regi iidem Tranſ-*
„ *latores ediderant, collatis, & fideliter conſonantibus compertis*, indiſſolubilis con-
„ ſtituta eſt, privilegio doctrinæ & ætatis, Authoritas „. Quo loci Cll. S. Mauri Editores adnotarunt, ex ſubjectis evidenter colligi, hæc de Sacris Literis interpretanda eſſe; quæ, ante Chriſti diſpenſationem ſcriptæ, diligenti deinde ac religioſa cuſtodia conſervatæ, & poſt ejuſdem reſurrectionem cum Septuaginta Interpretum Editione collatæ fuerint, eiſque conſonantes repertæ. Dein inquirentes de Textu, quocum eſt facta collatio, ita proſequuntur S. Hilarii locum illuſtrare: „ Quem porrò intelligemus Textum illum cum Editione LXX. collatum, niſi Hebraicum? Maximè, cùm hoc Hilarius adnitatur oſtendere, Paulo apud Gentiles ſuos licuiſſe Scripturam juxta Hebræum Textum laudare; etiamſi ipſe, cæterique Apoſtoli, aliàs juxta editionem Septuaginta eam in medium proferre ſoleant. Unde hic locus maximè favet Hebraico Textui, cui unà cum Editione LXX. propter prærogativam doctrinæ & ætatis concedit Hilarius indiſſolubilem Auctoritatem. Putavit ergo Sanctus Hilarius Interpretationis LXX. Exemplaria diligenter & religioſè apud Judæos cuſtodita fuiſſe uſque ad Domini Paſſionem & Reſurrectionem; & poſtea collata fuiſſe cum eodem Autographo, quod in Bibliotheca Alexandrina repoſitum fuerat, & fideliter conſonare comperta „. Huc uſque Cll.S.Hilarii Editores. Porro non fuiſſe de ullis diſcrepantiis in Textu Hebraico, & Verſione Græca τῶν LXX. controverſiam ullam inter Judæos hebraizantes, & Helleniſtas primo Chriſti ſæculo, uti ait S. Hilarius, conficitur ex Philone, qui loquutus eſt cum B. Petro Apoſtolorum Principe, ejuſque amicitias habuit. Ipſe enim Lib.2. de Vita Moſis *pag.510.* „ Hoc [inquit] certiſsimè conſtat: [ſcilicet Interpre-
„ tes Septuaginta omnia exactè vertiſſe] ſive Chaldæus (ideſt Hebræus) Græ-
„ cam linguam, ſive Græcus Chaldæam didicerit, in utraque Scriptura, tum
„ Chaldaica (ideſt hebraica) tum ejus Interpretatione miratur germanitatem,
„ imò rerum verborumque conſonantiam adorat; non Interpretes illos, ſed
„ Initiatores & Prophetas appellans, quibus datum eſt ſincériſsimas Moſis co-
„ gitationes aſſequi ſpiritu puriſsimo „. Sed neque ullam extitiſſe controverſiam Chriſtianos inter, & Judæos anno Principatus Domitiani Cæſaris XVI. Chriſti verò XCIII. quo tempore Antiquitates ſuas Flavius Joſephus abſolvit, exinde colligi poteſt, quod in commemoratis Antiquitatibus Judaicis ſatis magnificè de Græca Verſione loquatur; neque illam unquam,

poſtquam

Digitized by Google

poſtquam primò confecta eſt, corruptam, aut vel tantillum maculatam fuiſſe dicat. Et ſanè ad utriuſque tuendam armoniam, nihil validius eſſe poterit, quàm mente recolere, quod Hebraica Veritas,& Septuagintaviralis Tranſlatio promiſcuè ab Apoſtolis in medium proferantur, atque cum Textu Hebræo pari honore donentur, ùt docent S. Hieronymus Comment. in Eſaiam c.5. & 28. item in Quæſtionibus Hebr. in Geneſim, & in Epiſtolas S. Pauli: & S. Auguſtinus Lib. 18. de Civitate Dei cap.43. „ Longitudinem „ [inquit] fugio, ut non hæc per multa demonſtrem, in quibus ab Hebraica „ Veritate putantur LXX. Interpretes diſcrepare; & benè intellecti inveniun„ tur eſſe concordes. Unde etiam ego, pro meo modulo veſtigia ſequens Apo„ ſtolorum, quia & ipſi ex utriſque, ideſt ex Hebræis, & ex LXX. „ teſtimonia prophetica poſuerunt, utrâque auctoritate utendum putavi, „ quoniam utraque una atque divina eſt „. Hæc ideò libenter monui, ut videant noſtri ſæculi homines, cur Græca, ac Hebraica promiſcuè inveniantur in Novi Teſtamenti paginis allata Veteris teſtimonia. Non rarò Hebræa, frequentiùs verò Græca allegabatur & perſonabat Veritas; quia nempe Septuaginta Interpretum Verſio, quæ ſupererat, factâ collatione, cum originali Textu, Chriſti Domini ætate, mirificè concordabat. Et profectò uſque ad S. Juſtini tempora, falſarias manus evaſit Textus Hebræus. Ipſe enim in Dialogo cum Tryphone, cùm verba quædam Prophetarum de Chriſto ex manuſcriptis Codicibus, qui in Judæorum Synagogis aſſervabantur, expuncta fuiſſe dicat, non diù ante tempus, quo ipſe ſcribebat id accidiſſe teſtatur; ait enim: „ Ante tempus exiguum hæc verba reciderunt „. Et hæc de Autographo Septuaginta ſint ſatis. Nunc Verſionis hiſtoriam proſequamur.

Humfredus Hedius Oxonienſis, Tranſlationis Septuagintaviralis hoſtis acerrimus, *de Bibliorum Textibus originalibus, Verſionibus græcis, & latina Vulgata, Lib.2.cap.5.& ſeq.* falſum eſſe blaterat, quod vulgò creditur de numero Interpretum Septuaginta, vel Septuaginta duorum. Rabbinorum nonnullas traditiones de Tranſlatoribus tantùm tribus, aut quinque, profert in medium. Zoſimi quoque Chymici teſtimonium allegat de Interprete unico. Sed V Valtonum audiat è ſuis (cujus verba proferre conſultiùs erit ad cohibendam ſceptici Scriptoris libidinem) in Prolegom. IX. §. 7. ubi affirmat „ Chriſtianos „ omnes tradere, Interpretes fuiſſe Septuaginta duos; Nec unum a nato Chri„ ſto per quindecim ſæcula repertum fuiſſe, qui de hoc dubitavit; Nec ul„ lum proferri poſſe teſtimonium in contrarium, vel ex Judaicis, vel ex Chri„ ſtianis Scriptoribus: inter omnes, qui de hac Verſione mentionem fecerint „ tanto temporis intervallo, unico excepto Talmudico.

De hac Verſione LXX. Interpretum tot perſcripſerunt, ut Catalogum eorumdem texere, modò non vacet. Bona fide verba Ferrandi proferam, Summæ Biblicæ *lib.II.* in Proem: „ Conſtans eſt ferè omnium conſenſio, Ptolo„ mæum quemdam, Ægypti Regem, incredibili congerendorum librorum ſtu„ dio flagrantem &c. Legatos cum donis ad Judæorum miſiſſe Pontificem; ab „ eoque petiiſſe, ut præſatos Libros [ſacros] unà cum Viris, ad eos interpre„ tandos idoneis, ad ſe mitteret; Pontificem votis Regis annuiſſe: atque ita „ Sacros Hebrææ Gentis Libros ex Hebraica lingua in Græcam converſos an„ nis ante natum Chriſtum circiter trecentis „. Hæc omnes fermè aſſentiuntur; ſed de Modo, quo Interpretatio peracta: de Converſorum librorum numero: de Rege, qui verſionem popoſcerit: de Interpretibus, qui eam adornaverint: deque aliis ejuſmodi, non ſatis convenit. Plerique Patres nituntur hiſtoriæ Ariſtææ ex Philone *Lib.II.* de Vita Moſis *pag. 509. & 510.* Necnon ex Joſepho *Lib. XII.* Antiquitatum *cap.2.* S. Ju-

Digitized by Google

S. Juſtinus Martyr, qui vixit poſt Philonem anno circiter centum, in Cohortatione ad Græcos *pag.*14. & adverſus Hæreſes *Lib.*III. *cap.*25. aſſentitur prophetico modo exponendi in Septuaginta diſtinctis Cellulis, cùm inquit: „ Ptolemæus ſeparatim de Septuaginta Senioribus periculum facere cupiens, cau-
„ tione quidem adhibitâ, ne fortè in uno loco conſtituti, communi con-
„ ſenſu veritatem Scripturarum ſua interpretatione occultarent, eos ab ipſis
„ mutuò ſemovit; mandavitque, ut ſinguli eumdem Scripturæ librum inter-
„ pretarentur; atque idem ipſum in omnibus libris præſtitit. Tandem verò,
„ cùm coram Ptolomæo in unum conveniſſent, & ſuam quiſque cum aliis
„ conferret interpretationem, ibi & Dei gloria magnopere erat illuſtrata,
„ & Scripturæ verè Divinæ propterea cognitæ, quòd ſinguli Interpretes eas
„ non ſolùm iiſdem ſententiis, ſed eiſdem omnino verbis a principio ad fi-
„ nem uſque expreſſiſſent, adeo ut Gentiles, qui præſto aderant, Scripturas
„ afflatu divino converſas fuiſſe cognoſcerent „. Leguntur hæc poſtrema verba apud Chronicon Alexandrinum, & Nicephorum Cal. Hiſt. *Lib IV. cap.* 14. In Dialogo verò, quem idem Juſtinus habuit cum Tryphone *pag.*294. cùm tribuat Septuaginta Interpretibus locum Iſaiæ *cap.*7. 14. *Ecce Virgo concipiet*, exiſtimat procul dubio Scripturam univerſam fuiſſe a Senioribus Septuaginta translatam. S. Irenæus *Lib.III.* adv. Hæreſes *cap.* 25. & apud Euſebium Hiſt. Eccl. *Lib.V. cap.*8. qui hunc locum græcè conſervavit, Ptolomæo, Lagi filio, petitionem tribuit, qua invitati LXX. Seniores, & Jeroſolymâ miſſi, atque in diſtinctas cellulas ſeparati, totidem verbis ſingula reddidiſſe narrantur.

Eadem narrant, Ruffinus in Invectiva II. contra S.Hieronymum, S. Auguſtinus *Lib.II.* de Conſenſu Evangeliſtarum *cap.*66. & alibi, S. Iſidorus Hiſpalenſis Originum *Lib.VI. cap.*3. & de Officiis Eccleſiaſticis *Lib.I.*, Rabanus Maurus de Inſtitut. Cleric., Euthymius Præfat. in Pſalmos, cum magna recentiorum caterva: hos inter Sixtus Senenſis Biblioth: *Lib.*8., Nicolaus Serrarius Prolegom. Bibliac. *cap.*17. *quæſt.*10. Jacobus Bonfrerius Præloq. Bibl. 16. §.3. Angelus Roccha Epitom. Biblioth. *pag.*9. Jac. Tirinus in Indice Auctorum ad Commentarios ſuos, Abrah. Bzovius in Hiſt. Eccl. ad annum 231. & Joannes Morinus in Exercitationibus ſuis, traditionem de Cellulis amplexi ſunt; & noſter Card. Baronius ad annum 231. *Tom.II. pag.*385. ait, Septuagintaviralem Verſionem Divini potius aliquid habuiſſe, quàm humani: additque, Interpretes illos divino Spiritu afflatos, & propheticè interdum loquutos fuiſſe. De diverſis tamen ædiculis in dubio hæſiſſe videtur; ſed ad communem opinionem magis inclinans, inquit: „ De tam antiqua quæſtio-
„ ne non eſt noſtrum, quid certius definire; licèt tot ſinceræ fidei, & vene-
„ randæ antiquitatis Teſtibus libentius aſſenſerimus.

Præſtat tamen Card. Bellarmini *Lib.II. cap.*6. *de Verbo Dei ſcripto*; ſententiam ſequi: „ Quod Juſtino [inquit] Judæi fabulam a ſe confictam perſua-
„ ſerint; & quaſdam ruinas oſtendentes, Cellulas eſſe dixerint LXX. Interpre-
„ tum, facilè fieri potuit; nec minus facilè, ut Juſtino, Viro ſancto, fidem ha-
„ buerint aliqui poſteriores. Nam apud Ariſtæam, & Joſephum de miracu-
„ lo Cellularum altum ſilentium „. Id fatetur etiam Joannes Morinus Exercit. 8. *Lib. I.* Cellularum alioquin acerrimus Propugnator; & S. Hieronymus Præfat. in Pentateuchum (ex qua recitantur in Apolog.II. contra Ruffinum *pag:*152. „ Neſcio, inquit S. Doctor, quis primus Auctor ſeptuaginta Cel-
„ lulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit, quibus diviſi eadem ſcriptitarint;
„ cùm Ariſtæas ejuſdem Ptolomæi ὑπερασπιστὴς, & multo poſt tempore Joſe-
phus

„ phus nihil tale retulerint; ſed in una Baſilica congregatos contuliſſe ſcri-
„ bant, non prophetaſſe „. Et Præfat. in Chron. affirmat, ſeptuaginta *Cellulas*
vulgò ſine auctore jactari: & in Comm. in Ezech. *cap.*33. hanc traditionem,
ùt fabulam reſpuens, ſcribit: „ Certè, ſi nobis non habent fidem, legant alias
editiones, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis: Interrogent Hebræos,
„ non unius loci, ne eos a me redemptos jactitent; ſed diverſarum provin-
„ ciarum; &, cùm errori meo vel imperitiæ cunctos viderint conſonare, tunc
„ ſe intelligant, nimium eſſe prudentes, & magis cupere dormire quàm di-
„ ſcere; habitentque in LXX. Cellulis Alexandrini Phari, ne vela perdant
„ de navibus, & funium detrimenta ſuſpirent „.

Tertullianus in Apolog. *cap.* 18. Septuaginta duorum Interpretum hiſtoriam
narrat ex Ariſtæa, ſed nihil de Cellulis ſcribit.

Clemens Alexandrinus Stromatum *Lib.I. pag.*341. utramque ſententiam refert
de alterutro Ptolomæo Lagi, & Philadelpho: „ Verſas autem fuiſſe (ſunt ejus
verba) Scripturas, & Legis & Prophetarum, ex Hebræo ſermone in linguam
„ Græcam, ajunt, tempore Ptolomæi Lagi filii: aut, ùt dicunt nonnulli, tem-
„ pore ejus, qui fuit cognominatus Philadelphus „. Modumque admittit pro-
„ pheticum in LXX. ſingillatim conſentientibus in eaſdem voces.

Euſebius LXX. Verſionem refert ad initium regni Ptolomæi ſecundi, ſive
Philadelphi; ad quem annum verò, propter diſcrepantiam exemplarium non
liquet. Editiones Scaligerianâ priores Verſionem referunt ad annum ter-
tium poſt mortem Ptolomæi Lagi: Sabellicus Ennead.4.*Lib.VIII.* ait, aſſignari
ab eo annum quartum: Serarius Proleg. *cap.*17. *quæſt.*9. annum quartum, vel
quintum: Editio Scaligeri annum ſecundum definit; eamdemque lectio-
nem ſequuntur Chronicon Alexandrinum, & Marianus. Neque deſunt
Membranæ [obſervante Pontaco] quæ primum ſtatuunt.

Sanctus Anatolius Laodicenus, productus ab Euſebio: & S. Hilarius in Prologo
in Pſalmos, hos ab Interpretibus LXX. cum Lege universâ redditos græcè
teſtantur ex traditionibus antiquis. Et Sanctus Cyrillus Hieroſolymitanus
Cath.IV. & S. Epiphanius de Pond. & Menſuris num.3. & 17. priorum veſti-
giis fermè inſiſtunt.

Verùm ſuperiori ſæculo Ludovicus Vives ad *Lib.II.* de Civitate Dei *cap.*42. &
poſt illum complures Critici Ariſtææ hiſtoriam in dubium revocarunt:
quam cæteroqui tuentur doctiſsimi Viri, concedentes eſſe corrigenda aliquot
menda, quæ in eamdem Ariſtææ hiſtoriam irrepſerunt. Fuſiùs hæc proſequi-
tur Petitdidier in Diſſ.7. in Sac. Script. *pag.*48. *& ſeq.* Qui ergo falſam judicant
& confictam Ariſtææ hiſtoriam, tribuunt Verſionem, LXX. Interpretum vul-
gò dictam, Hebræis inter Ægyptios verſantibus ætate Philadelphi. Sanctus
Auguſtinus, cui adhæremus, abſtinet a ſententia ferenda *Tom. II. epiſt.* 8.
„ Omitto enim Septuaginta, de quorum vel conſilio, vel ſpiritûs majore con-
„ cordiâ quàm ſi unus homo eſſet, non audeo in aliquam partem certam fer-
„ re ſententiam, niſi quod eis preæminentem auctoritatem in hoc munere
„ ſine controverſiâ tribuendam exiſtimo „.

Utcumque ſe res habuerit, ſive Interpretes LXX. a Synhedrio Hieroſolymitano
tranſmiſsi rogatu Ptolomæi Lagidæ, ſeu Philadelphi, legem univerſam tranſ-
tulerint: ſive illi ex Judæis, qui Ægyptum incolebant ſub Ptolomæi, non aliâ
de causâ quàm ut Popularibus ſuis, græcè tantùm loqui callentibus in ea
regione, Sacrorum Librorum uſum & perceptionem redderent faciliorem;
conſtat, auctoritate maximâ donatum fuiſſe tum apud vetuſtiſsimos Judæos,
Eupolemum, Philonem, Joſephum; tum apud Euangeliſtas & Apoſtolos;

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tum apud univerſam ferè primitivam Eccleſiam; tum denique apud præſentes Chriſtifideles, eodem in pretio haberi. Nunquam tamen definitum fuit, an ſingula illius verba, tamquam Dei oraculum ita ſint recipienda, ut aptius aliquando reddi non poſſint; cùm S. Hieronymus perſæpe Verſionem illam perſtringat in præfationibus ad varios Scripturæ Divinæ libros, quos præfigimus Vulgatæ Editioni. Quare Voſsius de LXX. Interpr. *Cap.* 1. nimiâ cum
„ fiduciâ ait; „ Sola hæc Verſio ſincera eſt, & ἀναμάρτητος. „ Et paucis interjectis:
„ Firma & illibata maneat LXX. Virorum Interpretatio; abrogatiſque temerariis præſentis ſæculi judiciis, fruatur in poſterum eâ prærogativâ, quam & Apoſtoli, & univerſa antiqua Eccleſia, ac ipſi quoque antiquiores Judæi æternùm ſancivere.

Neque ſatis conſtat, an Hebræi illâ tantùm Verſione uterentur extra Synagogam, privatæ lectionis gratiâ; vel etiam in publico Eccleſiæ conventu, uti Juſtinus innuit in Apol.II. *pag.*72. & in Dialog. cum Tryphone Judæo, *pag.*297. *&* 298. ac Tertullianus in Apol. *cap.*18. His enim refragatur cum pluribus antiquis ac recentibus Petitdidier Diſſ.8. *pag.*60.

Denique non concedit, omnes Apoſtolos in prædicatione Euangelii uſos fuiſſe Verſione LXX. cùm S. Hieronymus in fine libri II. Apologiæ adverſus Ruffinum ſcribat: „ Apoſtolici Viri Scripturis utuntur Hebraicis: ipſos Apo-
„ ſtolos, & Euangeliſtas hoc feciſſe, perſpicuum eſt. Dominus atque Sal-
„ vator, ubicumque Veteris Scripturæ meminit, ab Hebraicis voluminibus
„ ponit exempla.


Ex Libro XVII. Commentariorum in Iſaiam prophetam, Hebræorum exemplaria libros authenticos vocans, de Apoſtolo iſta pronuntiat: „ Paraphra-
„ ſim hujus teſtimonii, quaſi Hebræus ex Hebræis, aſſumit Apoſtolus Paulus
„ de authenticis Libris in epiſtola, quam ſcribit ad Corinthios „. Cui concinit S.Hilarius in Tractatu in Pſal.II.in quo ait: „ Beatus ergo Apoſtolus Pau-
„ lus ſecundùm profeſſionem ſuam Hebræus ex Hebræis, etiam ſecundùm
„ Hebraicam cognitionem & fidem Pſalmum hunc primum eſſe dixit, Tranſ-
„ latorum diſtinctione non uſus „. Loca Scripturæ complura, ab Apoſtolis producta, non inveniuntur niſi in Textu Hebræo; v.g. *Ex Ægypto vocavi Filium meum, Matth.II.* 15. *ex Oſeæ XI.*2. *Rachel plorans filios ſuos; & noluit conſolari*, ib. *v.*18. *ex Hieremiæ XXXI.* 15. *Videbunt in quem transfixerunt*, *Jo.XIX.* 37. *&* *Zachariæ XII.* 10. & his ſimilia.

Audiamus Sanctum Hieronymum Præf. in Paralipomen. ad Chromatium.
„ Chriſtus Dominus noſter, utriuſque Teſtamenti conditor, in Euangelium
„ ſecundùm Joannem: *Qui credit* [inquit] *in me, ſicut dicit Scriptura, flumina*
„ *de ventre ejus fluent aquæ vivæ*. Utique ſcriptum eſt, quod Salvator ſcriptum
„ eſſe teſtatur. Ubi ſcriptum eſt? Septuaginta non habent: Apocrypha neſcit
„ Eccleſia. Ad Hebræos igitur revertendum eſt, unde & Dominus, loquitur;
„ & Diſcipuli exempla præſumunt „. Paria habet in Apolog.II. adverſus Ruſinum in fine. Item Prooemio Quæſtionum Hebraicarum in Geneſim „: Sed
„ & Euangeliſtæ [ait] & Dominus quoque noſter atque Salvator, necnon &
„ Paulus Apoſtolus multa quaſi de Veteri Teſtamento proferunt, quæ in no-
„ ſtris Codicibus non habentur. Super quibus in ſuis locis pleniùs diſſeremus.
„ Ex quo perſpicuum eſt, illa magis vera eſſe exemplaria, quæ cum Novi Te-
„ ſtamenti auctoritate concordant. „ Et in Cap. decimumquintum Commentariorum Iſaiæ „: Crebrò, Euſtochium, dixiſſe me novi, Apoſtolos & Euan-
„ geliſtas, ubicumque de Veteri Inſtrumento ponunt teſtimonia, ſi inter He-
„ braicum & Septuaginta nulla diverſitas ſit; vel ſuis, vel Septuaginta Inter-

pre-

„ pretum verbis uti ſolitos: Sin autem aliter in Hebraico, aliter in Veteri
„ Editione ſenſus eſt, Hebraicum magis quàm Septuaginta Interpretes ſequi.
„ Denique, ût nos multa oſtendimus poſuiſſe ex Hebræo, quæ in Septuaginta
„ non habentur; ſic æmuli noſtri doceant aſſumpta aliqua de Septuaginta
„ teſtimonia, quæ non ſunt in Hebræorum libris, & finita contentio eſt „. Præterea Comment. in Matt. II. *verſ.* 15. ſcribit: „ Reſpondeant, qui Hebræorum Voluminum denegant veritatem, ubi hoc [nempe *ex Ægypto vocavi Filium*
„ *meum*] in Septuaginta legatur Interpretibus „. Et in Eſaiæ Caput VI. „
„ Matthæus autem, & Joannes (ſunt ejus verba) quorum alter Hebræo, alter
„ Græco ſermone Euangelia texuerunt, teſtimonia de Hebraico proferunt; ût
„ eſt illud: *Ex Ægypto vocavi Filium meum*. Et, *Quoniam Nazaræus vocabitur.*
„ Et, *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*: Et, *Videbunt in quem compunxerunt.*
„ & cætera his ſimilia „. Demum Præf. in Eſdram, & Neemiam: „ Si quis au-
„ tem Septuaginta vobis oppoſuerit Interpretes, ... remittite eum ad
„ Euangelia, in quibus multa ponuntur quaſi de Veteri Teſtamento, quæ
„ apud Septuaginta Interpretes non habentur &c. „ Concedit tamen, eoſdem Apoſtolos, cùm Græcè ſcriberent, aut Græcos alloquerentur, Editionem LXX plerumque adhibuiſſe: atque adeo, cùm ab Apoſtolis fuerit approbata, & in uſum Eccleſiæ inducta eadem Græca Verſio, maximâ poſtmodum veneratione ſemper eſt habita. Quia tamen aliunde certum eſt, Verſionem hanc multis in locis deficere, in multis jam à priſtino ſplendore decidiſſe, pluresque nevos habuiſſe, partim ob amanuenſium culpam, partim ob editionum diverſitatem; illi plus æquo huic Verſioni tribuere, nobis videntur, qui non ſolùm eam Textui præferunt; ſed quidquid in ea occurrit, ſtatim abſque examine tamquam Dei oraculum recipiendum decernunt: & quidquid cum eâ non convenit, corruptelæ & depravationis inſimulant.


De Origenis Tetraplis, Exaplis, & Octaplis erit alibi dicendi locus, ubi ſermo inſtituetur de inſigni Codice Chiſiano, cujus hîc ſpecimen damus.



Hoc

Specimen characterum insignis Codicis Chisiani, in quo Jeremiae, Danielis, Ezechielis, et Isaiae habetur Exemplum secundum genuinam Versionem τῶν LXX. descriptum ex Tetraplis, et Exaplis Origenianis.

pagina 130.



Ioann. Petroschi inc.

Hoc Exemplum autographum mecum perhumaniter communicavit Dominicus Paſſioneus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Ampliſsimus, Vir omnigena eruditione, atque humanarum divinarumque Literarum præſtantiâ Orbi notiſſimus; qui, tutelam venerandæ antiquitatis, & ſtudiorum meorum patrocinium ſuſcipiens, laudatum Origenis Exemplum ab Eccellentiſsimo & pientiſsimo Principe Auguſto Chiſio, conſanguineo ſuo, mihi tandem impetravit; quare oppignoratam Eminentiſs. Principi oſtendunt illius Operis dedicationem præſidia hæc, Tetraplis ac Hexaplis comparata. Ingens vero illa Eccleſiaſticorum monumentorum moles, quam ex præcipuis Bibliothecarum pluteis ſumma fide, & propria manu deſcripſit, mihique edendam tradidit in tertio Tomo rerum Liturgicarum, nonne ipſum Mecænatem optimum a Deo mihi datum fuiſſe, ſatis ſuperque teſtatur? Præſertim cùm in ipſo Cardinalitiæ dignitatis exordio ampliſsimum literis hoſpitium aperuerit in domeſtica Bibliotheca, lectiſsimis omnium diſciplinarum monumentis inſtructâ, & auctâ quotidie dignis tanto Viro incrementis. Interim innuiſſe ſufficiat, Hexapla, & Tetrapla poſt Origenis obitum, annis circiter 50. delituiſſe; donec tandem ſummâ Dei providentiâ a Pamphilo ejus amico, Cæſarienſi poſtmodum Epiſcopo, in Cæſarienſi Bibliothecâ reperta ſunt, & in lucem prolata; vel illuc potius, Bibliothecam inſtaurante Pamphilo, aliunde translata.

Origenis ipſius Exemplaria αὐτόγραφα in Bibliotheca Cæſarienſi repoſita ſunt; ubi ea pervolvit Hieronymus; & apographa eſt nactus, inde deſcripta. Comm. „ in Pſalm. II. ait: „ *Non ſic impii*: Id quod ſecundò dicitur *Non ſic*, in Hebræis vo„ luminibus non habetur; ſed nec in ipſis quidem Septuaginta Interpretibus. „ Nam in Exemplis Origenis in Cæſarienſi Bibliotheca legens, ſemel tantùm „ ſcriptum reperi „. Comm. in Epiſt. ad Titum *Cap.* 3. „ Nobis curæ fuit, omnes „ Veteris Legis libros, quos vir doctus Adamantius in exempla digeſſerat, de „ Cæſarienſi Bibliotheca deſcriptos ex ipſis authenticis emendare. In quibus „ & ipſa Hebræa propriis ſunt characteribus verba deſcripta, & Græcis literis tramite ex vicino &c. „. In Catalogo verò ait, ſe *Quintam, & Sextam, & Septimam* Editionem habuiſſe. Origenis Hexapla, ùt diximus, a S. Pamphilo Martyre, Euſebii adjutore atque amiciſſimo, unà cum aliis ejus operibus undique conquiſitis, fuiſſe in Cæſareæ Bibliotheca repoſita, videtur etiam colligi „ ex S. Hieronymi epiſtola ad Marcellam: „ B. Pamphilus Martyr, cujus „ vitam Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus tribus fermè voluminibus explicavit, „ cùm Demetrium Phalereum, & Piſiſtratum in Sacræ Bibliothecæ ſtudio „ vellet æquare; imagineſque ingeniorum, quæ vera ſunt & æterna monu„ menta, toto Orbe perquireret, tunc vel maximè Origenis libros impen„ ſiùs proſequutus, Cæſarienſi Eccleſiæ dedicavit: quam, ex parte corruptam, „ Acacius dehinc & Euzojus, ejuſdem Eccleſiæ Sacerdotes, in membranis „ inſtaurare conati ſunt &c. „

Cl. Montfauconius Tomo primo in Præliminaribus in Hexapla Origenis *Cap. XI.* §. 4. quærens, quandonam Hexapla perierint, ait: „ Jam re„ ſtat, ut diſquiramus, quo tempore tam nobile, tanto labore partum opus „ funditus interierit. Id ex raritate exemplarium accidiſſe, ùt ſuprà dictum „ eſt, certum habemus...... id vero quando nam acciderit, nullo Scripto„ rum teſtimonio indicatur. Certum quidem videtur, primigenium Tetraplo„ rum, & Hexaplorum Origenis exemplar in celebri illa Cæſarienſi Marty„ ris Pamphili bibliotheca remanſiſſe; eam bibliothecam commemorat Co„ dex Epiſtolarum S. Pauli Coiſlinianus, quo antiquior alter non ſupereſt, ùt

„ quidem arbitror; in nota quippe, ad calcem poſita, dicitur, illum ipſum Co-
„ dicem collatum fuiſſe Cæſareæ in Bibliotheca S. Pamphili, ad exemplar ip-
„ ſius Pamphili manu deſcriptum &c. In eadem Bibliotheca deſcriptum fue-
„ rat Exemplar Abbatis Apollinarii Cœnobiarchæ, qui in vicinis Cæſareæ
„ locis degiſſe videtur. Nam exemplar illius, quod ad Prophetiam Eſaiæ ſpe-
„ ctat, ab Hexaplis ipſis deſumptum fuerat, & cum altero Hexaplorum vo-
„ lumine collatum: quod ad Ezechielem verò pertinet, Exemplar Apollina-
„ rii, exſcriptum ab Hexaplis, correctum fuerat ad fidem Tetraplorum, quæ
„ Origenis ipſius manu emendata, & ſcholiis illuſtrata fuerant: Quibus ſcho-
„ liis alia ſcholia in eodem exemplari adjecerat Euſebius Cæſarienſis; atque
„ idipſum exemplar Pamphilus & Euſebius correxerant. Hoe autem exem-
„ plar in Bibliotheca Pamphili, cujus manu emendatum fuerat, exſtitiſſe,
„ non dubium. Hæc porrò omnia ediſcimus ex notis Codicis Marchaliani,
„ nunc RR. PP. Jeſuitarum Collegii Ludovici Magni, quas adtulimus ſu-
„ prà, *pag.* 14. Ille verò Codex ſæc. circiter VIII. ùt ex characteris forma
„ exiſtimatur, ad fidem exemplaris Apollinarii exſcriptus eſt „. Tetrapla
igitur & Hexapla ipſa Origenis in Bibliotheca Pamphili Cæſareæ ſervabantur, ubi cum ipſa Bibliotheca perierunt, aut cùm Urbs a Perſis ſub Choſroe capta fuit; aut non diu poſtea, cùm in Arabum poteſtatem poſt diuturnam obſidionem delapſa, hiſce, aliiſque omnibus ornamentia ſpoliata fuit. Et hæc de Hexaplis Origenis ſatis.

Quemadmodum verò in Oriente Græca Verſio Interpretum LXX. omnium Eccleſiarum conſenſu recepta fuit; ita etiam in Occidente alia Verſio Vetus, quam Auguſtinus Italam, Hieronymus Communem & Vulgatam, Gregorius Magnus aliique Veterem nuncuparunt, quamque omnium primam fuiſſe meritò ſuſpicamur, principem locum obtinuit. Hanc ſub Apoſtolorum temporibus elaboratam, multi opinantur; nec ſine aliquo fundamento, ne Latina Eccleſia Scripturarum Theſauro tamdiu privaretur. At quo demum tempore, & a quo facta ſit, certò definiri nullatenus poteſt. Nec ſatis compertum eſt, cur *Itala* diceretur; etſi eam hoc nomine donatam velint plerique, quòd ipſâ uterentur Itali Patres, Ambroſium dico, Gaudentium Brixianum, Chromatium Aquilejenſem, Leonem Magnum, alioſque, qui ante S. Gregorii Magni tempora floruerunt. In Italia verò prius uſitatam, in alias deinde Latinorum migraſſe Eccleſias, ac præſertim in Africam, nullus dubito.

Ferrandus in Summâ Biblica *Lib. III. cap.* 1. hæc intendit probare. Editio *κοινὴ Vulgata ſeu Communis*, a Græcis primorum ſæculorum Patribus dicebatur Translatio LXX. Interpretum; eodemque nomine a Latinis Eccleſiæ Magiſtris vocabatur Interpretatio, quæ è Græca LXX. Senum Editione expreſſa fuerat. Id porrò nominis huic obtigerat Editioni, quia toto Orbe vulgata, & communi erat in uſu. Sanctus Hieronymus in *Cap.* 13. S. Matthæi: „ Legi [inquit] in nonnullis Codicibus, & ſtudioſus Lector fortè reperiet idipſum, in eo loco, ubi nos poſuimus, & Vulgata habet Editio, *Ut impleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem*, ibi ſcriptum &c.„. Vulgatam igitur vocat eam Translationem Latinam, quæ in Occidentis Eccleſiis auctoritate præſtabat cæteris, atque apud omnes uſu recepta erat ante illam Editionem, quam ipſe Hieronymus, ad Græcam originem novi Teſtamenti componens, Eccleſiæ Catholicæ tradidit. At ne aliquis ſuboriatur error, animadvertendum eſt, duplicem eſſe Vulgatam: *Antiquam* ſcilicet, de qua loquitur, cujus Authorem anonymum, Apoſtolorum diſcipulum fuiſſe

fuiſſe putat Serrarius In Proleg. Bibl. *Cap.*19. & *hodiernam* noſtram, quæ Hieronymi fœtus eſt; (Libris nonnullis, variantibuſque lectionibus tamen exceptis).

Quoniam verò primis Eccleſiæ temporibus ferè omnes, qui in græcis aliquid pollere ſibi videbantur, novam è græco LXX. moliebantur translationem; B. Auguſtinus ea de cauſa conqueritur, ſua ætate extitiſſe tot exemplaria ferè quot Codices, ùt videre licet *in Lib.II.* de Doctrina Chriſtiana *Cap.XI.* ubi *Latinorum Interpretum infinitam varietatem* nominat. Et paulò poſt: „ Qui
„ Scripturas ex Hebræa lingua in Græcam verterunt, numerari poſſunt; La-
„ tini autem Interpretes nullo modo. Ut enim cuique primis fidei tempo-
„ ribus in manus venit Codex Græcus, & aliquantulum facultatis ſibi utriuſ-
„ que linguæ habere videbatur, auſus eſt interpretari „. Eamdem latinarum Tranſlationum numeroſitatem memorat etiam S.Hieronymus Præfat. in quatuor Euangelia ad Damaſum Papam: „ Si Latinis [inquit] Exemplaribus
„ fides eſt adhibenda; reſpondeant, quibus tot enim ſunt exemplaria penè
„ quot Codices. Sin autem veritas eſt quærenda de pluribus, cur non ad
„ Græcam originem revertentes,ea, quæ vel a vitioſis interpretibus malè edita,
„ vel a præſumptoribus imperitis emendata perverſius, vel à librariis dor-
„ mitantibus aut addita ſunt, aut mutata, corrigimus? „. Plures ergo fuiſſe auctores hujuſmodi Verſionum, quæ primis Eccleſiæ temporibus apud Latinos obtinebant, conceptis verbis S. Doctor expreſſit, dicens: „ Quæ a vitioſis interpretibus malè edita ſunt „. Paria habet S. Auguſtinus *epiſt.* 71. aliàs 10. ad S. Hieronymum, in qua exhortans eum, ut LXX. Verſionem Latinam, mirè depravatam ac variantem, reddat ſuæ Veritati, hæc ſcribit
num.6. „ Quid tibi autem videatur, cur in multis aliter ſe habeat He-
„ bræorum Codicum auctoritas, aliter Græcorum, quæ dicitur LXX., vellem
„ digneris aperire. Neque enim parvum pondus habet illa, quæ ſic meruit
„ diffamari; & qua uſos Apoſtolos non ſolùm res ipſa indicat, ſed etiam
„ te atteſtatum eſſe memini. Ac per hoc plurimum profueris, ſi eam Græ-
„ cam Scripturam, quam LXX. operati ſunt, latinæ Veritati reddideris: quæ
„ in diverſis Codicibus ita varia eſt, ut tolerari vix poſſit; & ita ſuſpecta, ne
„ in græco aliud inveniatur, ut inde aliquid proferri aut probari dubitetur. „ Clariùs verò *num.*4 ejuſdem epiſtolæ, ubi dehortans eumdem Hieronymum a Libris Teſtamenti Veteris ex Hebræo vertendis, ait: „ Quiſquis autem in
„ eo, quod ex Hebræo tranſlatum eſt, aliquo inſolito permotus fuerit, &
„ falſi crimen intenderit; vix autem nunquam ad hebræa teſtimonia perve-
„ nietur, quibus defendatur objectum. Quod ſi etiam perventum fuerit, tot
„ Latinas & Græcas auctoritates damnari, quis ferat? „ Et in alia ad eumdem
„ epiſtola, nempe 82. aliàs 19.*num.*35. „ Ideo autem deſidero interpretationem
„ tuam de LXX. ut & tanta *Latinorum Interpretum*, qui qualeſcumque hoc auſi
„ ſunt, quantum poſſumus, impetitiâ careamus „. Ut autem Librum quoque Pſalmorum eâdem Latinorum Tranſlationum numeroſitate in variis codicibus varium fuiſſe oſtendam, ſatis erit S. Hilarium Pictavienſem Epiſcopum allegare, qui plures ante ſuam ætatem verſiones Pſalterii aſſerit extitiſſe *Tract. in Pſal.*54. *num.* 1. ubi ait: „ Hymnos *aliqui* Tranſlatores noſtri Car-
„ mina nuncuparunt; *plerique* autem hymnos ex ipſa Græcitatis uſurpatione poſuerunt „. Varietas ergo Lectionum, quæ in operibus veterum latinorum Patrum deprehenditur, non unam eamdemque, ſed varias ac plane diverſas Latinas Verſiones prodit, quas uſurpari deprehendimus a Tertulliano, Cypriano, Hilario, aliiſque. S. Auguſtinus Hypponenſis, & Ambroſius Medio-

diolanenſis, Epiſcopi, Italam fuiſſe ſequutos, dubitari minimè poteſt; & idem Auguſtinus cæteris eam prætulit, eo quod eſſet verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ. Hanc nos, a Pſalterio auſpicantes, in lucem emittimus perpetuis adnotationibus, & prolegomenis illuſtratam. Verſio illa Latina Pſalmorum, quam Flaminius Nobilius edidit, pro pura puta Verſione Itala haberi non debet. In multis eadem eſt: in multis (quæ S. Auguſtinus reſtituit) plane diverſa.

Quare, cùm Translatio non una fuerit latina Editionis vulgatæ LXX. Interpretum, præſertim poſt Aquilam & Theodotionem, quas ſcilicet adornarunt Origenes, Pamphylus, Euſebius, Lucianus, & Heſychius, quæ anſam dederunt Hexaplis ac Tetraplis Origenianis, & Octaplis poſt Origenem; quin imò, cùm B. Hieronymus Præfat. in Joſue ſcribat, tot ætate ſua *apud Latinos fuiſſe Exemplaria quot Codices*, & unumquemque pro arbitrio ſuo vel addidiſſe vel ſubtraxiſſe, quod ei viſum eſt; meritò Vulgatæ nomen inter eaſdem obtinuit Itala, quæ ſupra cæteras eminebat, ùt cum S. Auguſtino narrat Ferrandus *pag.* 470. Auguſtini verba ſunt *Lib.*2. *de Doctr.Chriſt.cap.*15. „In ipſis autem Interpretationibus Itala cæteris præferatur; nam eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ. Et Latinis quibuslibet emendandis Græci adhibeantur, in quibus Septuaginta Interpretum, quod ad Vetus Teſtamentum attinet, excellit auctoritas &c.„ Et eodem Cap.„Latini ergo, ùt dicere cœperam, Codices Veteris Teſtamenti, ſi neceſſe fuerit, Græcorum auctoritate emendandi ſunt; & eorum potiſſimùm, qui cùm Septuaginta eſſent, ore uno interpretati eſſe perhibentur. Libros autem Novi Teſtamenti, ſi quid in latinis varietatibus titubat, Græcis cedere oportere non dubium eſt, & maximè qui apud Eccleſias doctiores & intelligentiores reperiuntur„. Erat igitur Interpretatio quædam græcorum verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ, quæ Itala dicebatur, quæque recitatis Bibliorum ſententiis, apud jam dictos Italos Patres ex æquo reſpondebat.

Comparatione illius Veteris Vulgatæ ſive Italæ Verſionis, nomen obtinuit Vulgatæ Novæ Translatio Hieronymi apud B. Gregorium Papam, quæ ex hebraico fonte quoad Vetus Teſtamentum adornata, collatis etiam Editionibus vetuſtioribus, ſubinde in Eccleſia frequentari cœpit; licèt poſtea, procedentibus ſæculis, hæc eadem Hieronymiana, ita uſu recepta, Vetus jam evaſerit, intervallo annorum circiter 900. ante Concil. Trid.

Vulgata, qua hodie utimur, decernente Sac. Concil. Trid. Seſſ. IV. Veteris nomen obtinuit, & Vulgatæ; quippe quæ longo tot ſæculorum uſu in ipſa Eccleſia probata eſt, eademque adhiberi debet in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus, ac pro authentica haberi ita, ut nemo illam rejicere quovis prætextu audeat, vel præſumat.

Poſt laudatum Sacroſancti Tridentini Concilii decretum de Vulgatæ Verſionis authentia anno Domini 1546. ſancitum, utrum Textibus originalibus, cùm ab ea diſcedunt; an tantùm Verſionibus cæteris, præferri deberet, acerrime diſputatum eſt. Pro Translatione Vulgata contra Textus primigenios decertans in primis Leo Caſtrius, Decanus Salmanticenſis *in Prolegomenis Comm. in Ef.* & in opere inſcripto: *Apologeticum pro lectione Apoſtolica, & Euangelica, pro Vulgata B. Hieronymi, & pro Translatione τῶν LXX.* Ed. 1585. Nicolaus Ramus, ex Minorita Epiſcopus Cubæ, in Libro *de Auctoritate Editionis Vulgatæ*: Petrus Carbonarius Carthuſianus in opuſculo *de Hebr. Veritate* Edit. Pragæ 1590. Montoia in Libro *Editionum*: Gregorius

rius de Valentia Profeſſor Ingolſtadienſis *Lib.VIII. Analyſ. cap. 5. edit.* 1591. & Epiſtola ad Serrarium an. 1590. Franciſcus Sylvius Prof. Duacenſis *Controv. Lib. I. quæſt. 2. art. 4. edit.* 1639. Joannes Pineda Hiſpalenſis *De rebus Salom. Lib. IV. cap.* 8. *edit.* 1609. Jacobus Gordonus Huntlæus *Controv. I. in cap.6. &c. edit.* 1612. Jacobus Gordonus Leſmovius *Tract. de Verbo Dei* ad finem *V.Tom.edit.*1632. Jo: Ferdinandus in Præf. *Lib.IV. Theſ. Script.* Marinus Marſennus *in Georgii Veneti Problem.* 107. Guido Michael le Jay *in Præf. Bibl. Paris*. Joannes Baptiſta Villalpandus *Tom. III. in Ezech. pag.*306. Leo Allatius *de Antiq. Etruſc.* Anglo-Rhemenſes *in Præf. N. T.* cum Franciſco Turriano, Delrione, Nierembergio, & Claudio Fraſſenio *Diſquiſit. Bibl. cap.6.* Gul. Lindanus *De opt. gen. Interpr.* Melchior Canus *De locis Theolog. Lib.II. cap.*13. 15. & 21. Alphonſus Salmeron *Proleg. Bibl.* 3. Thomas Stapletonus *Controv. 6. Lib. XI. cap.* 12. Hector Pintus *Comment. in Dan.*7. Paulus Gryſaldus *Deciſ. Fidei Cathol.* Hieronymus de la Rua *Controv. Theol.* Jacobus Gretſerus *in Def. Bellarm.* Jacobus Azorius *Inſtit. Moral. Lib.* 8. *cap.*3. Joannes Lorinus *Præf. in Pſalm.* Ludovicus Turrianus *diſput. in Thom.* Dominicus Garcias *Quæſt. ſuper Geneſ.* Ludovicus Tena *Iſag. in Sac. Script.* Deca Societatis Jeſu apud eumdem Tena Diſcipulum ejus: Franciſcus Suareſius *de Fide diſput. 5. §. 3. num.* 10. Jacobus Bonfrerius *Præloq. in Pentat.* Jacobus Tirinus *Controv. II. num.* 9. Joannes Morinus, & alii plures, quorum Catalogum texere longum eſſet.

In Præſatione autem, editioni Bibliorum præfixa juſſu Clementis VIII., de
„ Vulgata hæc accepimus. „ Hujus autem [inquit] Veteris ac Vulgatæ Editio-
„ nis tanta ſemper fuit auctoritas, tamque excellens præſtantia, ut eam cæte-
„ ris omnibus Latinis Editionibus longe anteferendam eſſe, apud æquos Ju-
„ dices in dubium revocari non poſſit. Qui namque in eâ Libri continen-
„ tur [ùt a Majoribus noſtris quaſi per manus traditum nobis eſt] partim ex
„ Sancti Hieronymi translatione vel emendatione ſuſcepti ſunt, partim
„ retenti ex antiquiſſima quadam editione Latina, quam S.Hieronymus Com-
„ munem & Vulgatam, S. Auguſtinus Italam, S. Gregorius Veterem ap-
„ pellat &c. Accipe igitur Chriſtiane Lector, eodem Clemente Summo
„ Pontifice annuente, ex Vaticana Typographia Veterem ac Vulgatam Sa-
„ cræ Scripturæ editionem, quantâ fieri potuit diligentiâ, caſtigatam: quam
„ quidem, ſicut omnibus numeris abſolutam pro humana imbecillitate affir-
„ mare difficile eſt; ita cæteris omnibus, quæ ad hanc uſque diem prodie-
„ runt, emendatioremurioremque eſſe, minimè dubitandum. „

Voiſinus, de Lege Divina *Cap.* 39. *pag.* 535. ait: „ Quæ verò in hoc Decreto mens Concilii fuerit, &c. explicationem exhibet Andreas Vega Franciſcanus *Lib.V. cap.*16. De vera, & ficta Juſt. Chriſt. imput. poſt Eminentiſſimum Cardinalem S. Crucis, qui illi Seſſioni, & aliis omnibus in-
„ terfuit. „ Approbavit [inquit] Synodus dumtaxat Vulgatam Editionem
„ repurgatam a mendis, quæ vitio ſcriptorum vel calcographorum in ea
„ obrepſerunt &c. Atque eatenus voluit eam authenticam haberi, ut certum
„ omnibus eſſet, nullo eam defœdatam errore, ex quo pernicioſum aliquod
„ dogma in fide & moribus colligi poſſet. „

Itaque nec tu, nec quiſpiam alius, propter hanc approbationem Vulgatæ impeditur, quo minus, ubi hæſitaverit, ad fontes recurrat, & in medium proferat quidquid habere potuerit, quo juventur & locupletentur Latini, & Vulgatam Editionem ab erroribus repurgent; & quæ ſenſui Scripturæ Sacræ, & ipſis fontibus ſunt magis conſentanea, aſſequantur. Vide


Serrarium in Prolegom. Bibl. *Cap.19. quæſt.21.§.3.* de hac re fuſo calamo differentem.

Quód igitur Vetus & Vulgata Editio Bibliorum, juſſu Clementis VIII. edita, cæteris omnibus Latinis præferenda ſit, & in publicis diſputationibus, concionibus &c. unice adhibenda, nihil omnino detrahit præſtantiæ Textûs Hebræi, & Verſionis Græcæ LXX. quas integras in ſua dignitate permanere cognoſcimus.

Hinc eſt, quod Cardinalis Bellarminus *Lib. II.* de Verbo Dei in fine, etiam hebraico Textui concedit immunitatem ab omni errore in iis, quæ pertinent ad Fidem, & bonos Mores: Et *Cap.7.* idem docet de Græco Textu LXX. Interpretum: *De qua re ita ſentiendum puto, ùt ſuprà de Hebraicis diximus* &c. Et *Cap. X.* ad alterum Calvini mendacium reſpondens, ait, Tridentinos Patres nullam Fontium mentionem in Decreto feciſſe; ſed ſolùm ex tot Latinis Verſionibus, quæ hodie circumferuntur, unam hanc delegiſſe, quam cæteris anteponerent.

Specimen characterum Verſionis τῶν LXX.

Codex Vaticanus N.° 1209 pagina 713.



Hæc

Hæc fuerant nobis breviter indicanda de hiſtoria, & auctoritate utriuſque Verſionis, Græcæ & Latinæ, quas ab initio Euangelii ad ætatem noſtram adhibuit Catholica Eccleſia. Quæ ad alias Verſiones pertinent, ad Eccleſiæ univerſalis uſum nunquam traductas, hìc non attinet explanare, ut puta de Arabica, & de Vernacula lingua redditis, alibi fortaſſe expendendis. Quoniam verò Græci Pſalterii Codicis Vaticani ſuprà in menſionem incidimus, cum quo Veronenſe item Pſalterium Græcum, latinis tamen characteribus ſcriptum, quod ſecundo hujus libri loco daturi ſumus, contulimus diligenter, notatis ubique variantibus; eruditis viris non ſupervacuum, neque injucundum fore ſperamus, Vaticani ſpecimen hîc exhibuiſſe ad finem hujus Capitis, ſuo loco deinde Veronenſis etiam producturi exemplum.

CAPUT IIII.

De vetuſtiſſimis, quæ hodie ſuperſint Exemplaribus autographis, vel apographis Veteris Teſtamenti.

Quæſtionem de vetuſtiſsimis Exemplaribus Sacræ Scripturæ, quæ hodie aſſervantur, non inutilem fore confido. Siquidem Auguſtinus admonuit *Lib. II. de Doct. Chriſt. cap. XI.* ut ad Exemplaria præcedentia recurratur, ſi quam dubitationem attulerit Latinorum Interpretum infinita varietas: quod præſtitum in Editione Vulgata Bibliorum Clementis VIII. auctor Præfationis eiſdem præfixæ commemorat: eâque de cauſa Pium IV. mandaſſe, ait, Viris doctiſsimis, & peritiſsimis linguarum, ad opus hujuſmodi a ſe delectis, ut adhibitis antiquiſsimis Codicibus manuſcriptis, inſpectis quoque hebraicis græciſque Bibliorum fontibus, conſultis denique veterum Patrum commentariis, lectionem antiquæ Verſionis Italæ accuratiſsimè caſtigarent. Tanti enim intererat antiquiſſimos inſpicere Codices, quanti æſtimabatur Bibliorum editionem purgatiſsimam exhibere. Eamdem regulam, quam propoſuit Auguſtinus loco indicato, antea Origenem tenuiſſe, dum Exemplaria Sacræ Scripturæ undique conquiſita conferret, & potiora in Hexaplis ac Tetraplis exprimenda curaret, compertum eſt. Quin & Concilia Oecumenica ex Veteri Eccleſiæ conſuetudine antiquiſsimos atque emendatiſsimos Codices è Chartophylacio Eccleſiarum, dignitate ac doctrina præſtantium, in medium protuliſſe, in eorumdem Actis diſertè legimus. S. Gregorius *Lib. V. epiſt. 14.* admonuit Narſen Comitem, ut *vetuſtos Codices ejuſdem Synodi* (Epheſinæ) *requirat; & illic videat, ſi quid tale invenitur*, Scilicet, ſi inveniret Adelphium, Savam, cæteroſque in illa damnatos. Et Marcus Epheſinus fuit in Concilio Florentino convictus, qui ſententiam quamdam S. Baſilii in Codices fuiſſe illatam & intruſam, aſſerebat; quomodo legitur in Actis ejuſdem Concilii editionis Romanæ *pag.* 213. „ Adductus fuit liber anti-
„ quiſſimus, ita ut ſecundùm judicium plurimorum qui viderunt, viſa antiqui-
„ tate, videretur ſcriptus ultra annos 600. „ Hincmarus quoque deprehendit falſitatem in Codice Sancti Auguſtini, Regi oblato, ex collatione quamplurimorum Codicum, ex variis Civitatibus ac Monaſteriis collectorum. Idem præſtitum ad Falſarios præſertim revincendos, qui ab ipsâ ætate apoſtolicâ corrumpere Scripturas tentabant, ùt in Epiſtola prima *Cap. ult.*
„ *v.* 16. Petrus de Paulinarum depravatoribus conqueritur: „ Indocti & inſta-
„ biles

„ biles depravant, ſicut & cæteras Scripturas &c. „ : ſive apocrypha cum genuinis conabantur obtrudere; inenarrabilem enim multitudinem apocryphorum a ſui temporis hæreticis confictam, non ſemel objurgat Irenæus proxime poſt Apoſtolicum ſæculum *Lib. I. cap.* 17. *& Lib. III. cap.* 11. Et S. Auguſtinus *Lib. II.* contra Fauſtum *cap.* 16. & in Epiſtola 82. aliàs 19. *num.* 6. diſputans contra Manichæos, qui plurimis locis affirmabant Scripturas eſſe vitiatas a Catholicis, illos arguit *vetuſtiorum Exemplarium veritate*; *multorum Codicum vetuſtorum collatione*. Tertullianus quoque, Auguſtino longe antiquior, hoc eodem argumento compellavit Marcionem ſæculo III. ùt legitur *Lib. IV.* adverſus eumdem Marcionem *cap.* 2. *pag.* 503. „ Ego [inquit]
„ meum Teſtamentum dico verum; Marcion ſuum: ego Marcionis adfirmo
„ adulteratum; Marcion meum. Quis inter nos determinabit, niſi tempo-
„ ris ratio, ei præſcribens authoritatem, quod antiquius reperietur; & ei
„ prajudicans vitiationem, quod poſterius revincetur?

Aliam vero regulam proponit Hieronymus, ad Suniam & Fretellam ſcri-
„ bens Ep. 135. „ Sicut autem in Novo Teſtamento ſi quando apud Latinos
„ quæſtio exoritur, & eſt inter Exemplaria varietas, recurrimus ad Fon-
„ tem Græci ſermonis, quo Novum ſcriptum eſt Inſtrumentum; ita in Ve-
„ teri Teſtamento ſi quando inter Græcos Latinoſque diverſitas eſt, ad He-
„ braicam recurrimus Veritatem: ut quidquid de Fonte proficiſcitur, hoc
„ quæramus in Rivulis.

Tanta igitur cùm ſit Eccleſiæ, tanta cùm fuerit veterum Patrum diligentia & ſtudium in antiquiſſimis Exemplaribus perquirendis Sacrorum Codicum, ad noſtram quoque curam pertinere ducimus indicare, quinam præſtantiſſimi ætatis merito Codices hodie habeantur Veteris Teſtamenti Autographi, ſive Apographi.

Ac primùm, Veteris Teſtamenti Librum, nullum hodie ſupereſſe novimus, qui Moſis vel Prophetarum Autographus dici poſſit; ſed tantummodo Apographos ſupereſſe, omnes eruditi fatentur. Nam quod attinet ad Hebræorum Codices, manuſcriptum nullum annis quingentis vetuſtiorem apud eos reperiri cenſet Morinus *Exercit. I. in Bibl. cap.* 1. *pag.* 4. *col.* 2. Simonius in Crit. Vet. Teſtam. verius cenſet ad novem circiter ſæcula extendi illorum antiquitatem; quod ex conſequentibus ita probatur.

Volumen Sacrorum Bibliorum, hebraicis characteribus perſcriptum, Bononiæ oſtenditur in Eccleſia RR. PP. Prædicatorum, quod Autographum Eſdræ nonnullis videri potuiſſe mirantur qui hebraicas literas probe norunt, & inſigniores Europæ Bibliothecas inviſerunt. Hunc tamen Codicem antiquiſſimum, habitum fuiſſe anno Chriſti 1308. quando a Judæis dono datus eidem Monaſterio fuit, Ordinis totius Magiſterium gerente Aymerico, docet Inſcriptio aſſuta in medio Volumine, quam exſcripſit V. C. Montfauconius, & in Diario Italico edidit *pag.* 399. hiſce verbis, & charactere ſæculi XIV. ita expreſſa. *Hic rotulus Legis eſt, quem ſcripſit Eſdras manu ſua; quando ſub Cyro Rege redierunt Filii Captivitatis in Hieruſalem, & ædificaverunt ſecundum Templum, quod fuit conſumatum in quadraginta duobus annis, & duravit CCCCXX. annis, ſcilicet uſque ad XLII. annos poſt Paſſionem Chriſti. Quod autem ſit ille idem numero, habitum eſt per crebram famam Judæorum antiquorum, qui fuerunt conſeſſi in diverſis Synagogis, ubi etiam conſervabatur. Ab antiquo pro tali habebatur inter Judæos de generatione in generationem; & pro tali recepit eum Reverendus Magiſter Ordinis Frater Aymericus. Talem etiam probaverunt ipſum Judæi literati, habitis certis experi-*

mentis literalibus in præſentia mei Fratris P. Marſilii, & Lectoris Perpynıani, & F. Lobii &c.

Præter Inſcriptionem latinam ſuperius expreſſam (ſubdit Montfauconius) adeſt Hebraica, a perita manu exarata, quæ pene eraſa eſt; eam hîc pariter proſerimus. &c. והספר

Ideſt: *Hic eſt liber Legis Moyſi, quem ſcripſit Eſdras Scriba, & legit eum in conſpectu multitudinis a Viro uſque ad Mulierem, & ſtabat in Turri lignea*, ideſt in Suggeſtu ligneo.

Hæc Inſcriptio eodem edita tempore puratur, quo Latina ſuperius allata: nimirum Hebræi, cùm munus iſtud Aymerico offerrent, tale commentitiæ Antiquitatis teſtimonium unà protulerunt.

Huic verò Criterio præmiſit idem R.P. Montfauconius, tum linguarum Orientalium peritiâ clarus, tum Vetuſtatis Codicum peritiſsimus judex, ſi quiſquam alius, hanc illationem. „ Hinc palam fit, a vero aberrare eos, qui æſtimant, Hebraica Biblia nulla occurrere ab annis pluſquàm quadringentis exarata. Nam anni quadringenti ſunt, poſtquàm hic Codex dono oblatus Aymerico fuit, qui tunc perantiquus habebatur. Ac licèt fabulam ſapiat, quod ajunt Eſdræ ipſius manu exaratum; negari ſane poſſe non videtur, aliqualis ſaltem Vetuſtatis tunc fuiſſe, cùm traditus Aymerico fuit.

Huic autem Volumini palmam Antiquitatis attribuit etiam Benedictus Arias Montanus, obſervante Valthono in Proleg. Biblicis; dum ait, uſum ſe fuiſſe Codicibus ſcriptis annis ante ſe 400. & in Complutenſi Achademia eſſe antiquiores; at Mediolani & Bononiæ antiquiſsimos.

Paris ita, & majoris Vetuſtatis Volumen Bononiæ pariter inſpexit idem Auctor Diarii Italici, deſcriptum *pag.* 406. in Bibliotheca Can. Regularium S. Salvatoris.

Megillat Eſther Volumen, ex pelle Vituli ſubacta vetuſtiſsimum, & uſu tritum, quale ſupra depinximus Volumen Pentateuchi, ab ipſo Eſdra, ut æſtimant, exaratum; & videtur ſane ipſo Pentateuchi Volumine antiquius.

Ibidem memorat Biblia Sacra tribus tomis membranaceis: in poſtremi fine legitur hebraicè conſignatum: = Ego Iſaac, filius Jacobi, ſcripſi Rabbi Manachemo filio Jehoſedech, Pentateuchum cum Interpretatione, & Prophetas, & Hagiographa cum ſignis & paragraphis ſuis, in tertia Sabati, ſive hebdomadis feria, 26. menſis Adar, anno 953. (hoc eſt Chriſti 1187.) &c.

Codex Bibliorum hebraicè ingentis molis, aſſervatus in Vaticana Bibliotheca, & in Diario recenſitus *pag.* 577. recentior eſt pluſquam integro ſæculo, ut ex teſtimonio in fine Libri cognoſcitur = Anno Mundi 5055. die 15. Menſis Casleu: ideſt Chriſti anno 1294.

Antiquitas igitur maxima, quæ Voluminibus hebraicè conſcriptis, tribui tuto poſsit, licèt, Morino judice, ad annos ſexcentos non extendatur; Codicum tamen Vetuſtiorum documentis ad octingentos, vel nongentos circiter annos pertingere putanda eſt.

In eadem ſententia eſſe video Hebraicarum literarum conſultiſsimum auctorem Simonium *Lib. III. cap.* 34. Hiſt. Chriſt. Vet. Teſtam. *pag.* 125. ubi ait de Bibliis hebraicis: „ Vix reperire eſt Codices manuſcriptos, nongentis annis vetuſtiores; & omnes juxta Maſſoram reformati, plurimis puncta vocalia adjecta fuere.

Rabbi Moſe apud Voiſin de Lege divina in fine *Cap.* 31. ait: „ Rex quoque jubetur ſibi, quatenus Rex eſt, librum Legis ſcribere, præter eum, quem pri-

privatus habebat, juxta illud Deuteron. XVII. *verſ.* 18. „ Et erit, quando ſederit ſuper ſolium Regni ſui, ſcribet ſibi Exemplar hujus legis &c. Corrigitur autem iſte Liber juxta Exemplar Eſdræ apud Conſiſtorium magnum &c. „ Quæ poſtrema, ſi vera ſunt, indicant apud Synhedrion magnum cuſtoditum fuiſſe antiquitus Exemplar Eſdræ. Ex quo verò Synhedria gentis Judæorum ſunt diſſoluta, quonam ceſſerit Eſdræ autographum Volumen, nemo hactenus demonſtravit.

Antiquitatem Voluminum hebræorum longe ſuperant certis ætatum indiciis vetuſti Codices Verſionis LXX. Interpretum græce conſcripti; duo præſertim, quorum unum Romæ cuſtodit Bibliotheca Vaticana, alterum in Anglia Oxonienſis, nuper illuſtratum, & in publicam lucem productum annis 1707. & 1709. ab Joanne Erneſto Grabbe. Characterum forma eſt in utroque ſimillima. Oxonienſis Bibliothecæ Codex ſcriptua oſtenditur quarto ſæculo Æræ Chriſtianæ paulo poſt Concilium Nicænum; Codicem vocant Alexandrinum (ùt diximus) ex teſtimonio Cyrilli Lucaris, qui ex eadem Sede Patriarchali translatus ad Conſtantinopolitanam, Spolium hoc præſtantiſſimum inde cùm aſportaſſet, Anglico Oratori, apud Turcarum Dominum reſidenti, dono dedit tranſmittendum ad Carolum I. Magnæ Britann. Regem, commemorans ex antiqua traditione conſtare, eumdem Codicem ad Theclam Ægyptiam olim pertinuiſſe.
„ Liber iſte Scripturæ Sacræ Novi & Veteris Teſtamenti, prout ex tradi-
„ tione habemus, eſt ſcriptus manu Theclæ nobilis fœminæ Ægyptiæ antè
„ mille & trecentos annos circiter, paullo poſt Concilium Nicænum.
„ Nomen Theclæ in fine Libri erat exaratum; ſed extincto Chriſtianiſmo
„ in Ægypto a Mahomethanis, & libri unà Chriſtianorum in ſimilem ſunt
„ reducti conditionem. Extinctum ergo & Theclæ nomen, & laceratum;
„ ſed memoria & traditio recens obſervat „. Sic ſe habet Notatiuncula Codici appoſita. Complectitur Teſtamentum Vetus, & Novum. Cùm vero Euangelium ibi legatur diſtinctum in Capita juxta Canonem Euſebianum, & Paulinæ Epiſtolæ nullâ diſtinctione ſimili dividantur, quam conſtat adhibitam circa annum Chriſti 395. ex præfatione Euthalii, a Cl. Viro Zaccagnio in lucem edita, merito colligitur Codicem ſcriptum fuiſſe ante diviſas in Capita Epiſtolas Pauli, hoc eſt ante annum Chriſti 395., & poſt Euſebii Canonem additum Sectionibus Euangelii. Hanc vero in ætatem incidit Thecla Ægyptia, ad quam pertinuiſſe Codicem, traditio conſtans ejus Eccleſiæ ferebat.

Vaticanum pariter Exemplar ejuſdem circiter ætatis habendum eſſe cum Codice Alexandrino, ſive Oxonienſi, teſtatur forma ſimilis literarum, quam alibi dedimus, ex qua unicè judicari poſſe de vetuſtate Codicum, ante ſextum Chriſti ſæculum conſcriptorum, niſi certæ notæ ſint temporis, prudenter admodum ſtatuit R.P. Montfauconius in ſua Palæographia *Lib.III. Cap.*1. *pag.*185. ubi agens de Antiquitate Codicis Dioſcoridis in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, & de aliis XX. Codicibus ejuſdem circiter ætatis, hanc Regulam proponit. „ Dioſcoridis, inquit, Codex Cæſareus, cujus ſpecimen dedit Petrus Lambeccius, & nos dabimus capite ſequenti, ineunte ſæculo ſexto deſcriptus eſt, ùt ex nota, & indicio non dubio liquet. Alios autem hujuſmodi Codices, ejuſdem circiter ævi, nec multum ætate diſpares opinamur. Non deſunt tamen qui Exemplaria quædam tertii vel quarti ſæculi eſſe arbitrentur; ſed licèt fateamur nihil repugnare, ut tantæ vetuſtatis Codices ad nos uſque devenerint; nullam tamen

Vide ſupra pag. xxx.

men vel certam vel admodum probabilem Notam proferri poſſe arbitramur, qua commonſtretur, alios quoſvis hujuſmodi Libros manuſcriptos Cæſareum Julianæ Auguſtæ ætate longe ſuperare; tanta ſcilicet intereſt inter omnes ſimilitudo. Siqua vero remotioris ævi indicia in hujuſmodi Codicibus occurrunt, ea maxime petuntur ex ſimilitudine literarum cum characteribus Inſcriptionum, quæ ſub Imperio Romano ad quartum uſque Chriſti ſæculum poſitæ ſunt: quæ cauſa eſt, ut Codicem Colbertinum, de quo mox agetur, paulo antiquiorem Cæſareo Julianæ Auguſtæ opinemur; quia magis accedit ad Inſcriptionum veterum characteres, ita tamen, ut ea in re nos non certo, aut admodum veriſimili argumento eam conjecturam niti fateamur: quod item de reliquis ejuſdem ſupramemoratæ formæ Codicibus dicatur.

Huic regulæ, definienti ſatis proxime Criteria Codicum ante ſextum Chriſti ſæculum conſcriptorum, addendæ ſunt una & altera ibidem relatæ, quæ judicium inſinuant de Codicibus Græcis recentioribus ſæculo ſexto, ubi accentus & ſpiritus conſignantur, & ubi nexus literarum occurrunt.

Scimus quidem, ait, ſeptimo circiter ſæculo accentus & ſpiritus adſcribi cœpiſſe: deinde paulatim priſcam literarum formam non nihil mutatam fuiſſe, itaut tamen literæ diſtinctæ & ſeparatæ manerent, donec ſæculo circiter octavo vel nono literas in libris colligandi, multaſque uno calami ductu exarandi conſuetudo invaleſceret.

Ope igitur trium ejuſmodi Regularum: quarum Prima de libris judicat, ante ſæculum quintum ſcriptis, ex formâ literarum ad antiquos lapidum characteres accedentium: Secunda de Codicibus a ſexto ſæculo ornatis adjectione ſpirituum & accentuum: Tertia de iis, qui poſt octavum ſæculum nexus literarum aſſumunt [ubi alia temporis indicia certiora non ſuppetant] ope, inquam, trium ejuſmodi Regularum ad examen revocatis Codicibus Bibliorum, qui antiquitate reliquis præſtant, & hactenus innotuerint, colligimus facile ea, quæ ſequuntur.

Codices Græcæ Verſionis Bibliorum antiquiſſimi, ſunt Vaticanus, Oxonienſis, Colbertinus, Levitici, & Libri Judicum partem complectens cum obelis & aſteriſcis: Cod. Bibliorum Em. Card. de Coislin ex Bibliotheca olim Sequeriana: Codex RR. PP. Jeſuitarum in Collegio Ludovici Magni: Iſti omnes [inquit Montfauconius Diar. Ital. *pag.* 277.] charactere unciali ſine accentibus ſunt. Eoſdem ante quintum ſæculum exaratos oſtendit ſimilitudo cum Oxonienſi, quem ex Paulinis Epiſtolis non diſtributis in Capita addiſcimus ante annum 395. ſcriptum fuiſſe.

Proximi ab his antiquitate cenſentur Codex Græcus, Bibliorum partem complexus, in Biblioth. Ambroſiana accentibus inſignitus, Opus ſeptimi circiter ſæculi, de quo in Diario Italico P. Montfauconius *pag.* 11. necnon alii, obelis & aſteriſcis Origenianis, quemadmodum Bombicinus Romæ in Chiſiana, de quo Mabillonius *pag.* 237.

Antiquitas demum illorum Codicum, qui Veteris Teſtamenti libros latine redditos continent, ætatem Scriptorum Græcæ Verſionis minime aſſequitur. Ex Hiſpania ad S. Hieronymum miſit Lucinius Bæticus ad impetrandam Verſionem ejus Bibliorum ex Hebræo factam. Sanctus Doctor Epiſtola ad ipſum 28. „ Canonem Hebraicæ Veritatis, excepto Octateucho, quem
„ nunc in manibus habeo, pueris tuis & notariis dedi deſcribendum.
„ Septuaginta Interpretum Editionem & te habere non dubito, & ante annos
„ plu-

„ plurimos diligentiſſime emendatam ſtudioſis tradidi; Novam, Græcæ reddidi auctoritati: Ut enim veterum librorum fides de Hebræis Voluminibus examinanda eſt, ita novorum Græci ſermonis normam deſiderat „. Inſigne Hieronymianæ Tranſlationis apographum Toleti aſſervatur; cujus Variantes Lectiones damus poſt generalem hanc Præfationem. Unicum in Diario memorat Montfauconius inter latinos, qui octavum ſæculum vetuſtate præcedat [*pag.*17.] in Bibliotheca Ambroſiana. Ad octavum, aut nonum ſæculum æræ Chriſtianæ referendus eſt Liber membranaceus, Pentateuchum integrum, & partem libri Joſue complectens, a Dominico Preſbytero conſcriptus, & in Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Otthoboni Romæ aſſervatus. Literis enim plane ſimilibus conſtat, tum figuris, tum magnitudine, ac illæ ſunt, quas in Codice membranaceo Bibliothecæ San-germanenſis, Paulinas Epiſtolas exhibente, deſcripſit Clariſſimus Mabillonius *Tom. I.* de Re Diplomatica; ubi ſpecimen earumdem literarum ære incidi curavit. Ad eadem pariter tempora referuntur Latinæ Verſionis Codices tres: Horum primus, in Monaſterio Baſilicæ S. Pauli via Oſtienſi a RR. PP. Benedictinis aſſervatus, ex pictura iiſdem in membranis elaborata oſtenditur, Carolo Magno [non Carolo Calvo, ut contra Cl. Archiepiſcopum de Nuce putavit Mabillonius in Muſ. Ital. *pag.*70.] a Monachis dono datus.

Nicolaus Alemannus in Libro de Parietinis Lateranenſibus hujus Codicis Regiam effigiem retulit, uti & Cornelius Margarinus in Collectione Inſcriptionum, quæ apud Templum S. Pauli exſtant, eamque Caroli Magni eſſe optimo jure exiſtimant; qua de re mox laudatus Præſul de Nuce, Archiepiſcopus Roſſanenſis, Diſſertationem edidit ſingularem, mecum perhumaniter communicatam ab Eminentiſſimo atque Excellentiſs. Domino Alexandro Albano, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Ampliſſimo, qui mea ſtudia meoſque labores favore ſuo ſemper proſequutus eſt, egitque ut Venerabilis Cardinalis Thomaſii adverſaria rerum Liturgicarum in meas manus venirent, quas prope diem in medium adferam. Præcipua argumenta ſunt, quòd habitus depicti Regis optime conveniat cum illa veſtium & corporis deſcriptione, quam Eginhardus de Carolo Magno tulit, dicens: „ Corpore fuit amplo atque robuſto, ſtatura eminenti, quæ tamen juſtam non excederet: nam ſeptem ſuorum pedum proceritatem ejus conſtat habuiſſe figuram „. Huic concinit Poeta Saxonicus libro V.

Egregiè procerus, & hoc moderamine juſto;
Septem namque ſuis longus erat pedibus:

Proſequitur Eginhardus: „ Apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis, naſo paulum mediocritatem excedente, canitie pulchra, facie læta & hilari; unde formæ authoritas ac dignitas tam ſtanti quàm ſedenti plurima inerat. Veſtitu patrio, hoc eſt Francico, utebatur. Ad corpus camiſiam lineam; & foemoralibus loreis induebatur. Deinde tunicam, quæ limbo ſerico ambiebatur, & tibialia cum faſciolis cincta, & pedes calceamentis conſtringebat, ſago veneto amictus „: Quæ omnia picturæ Codicis Baſilicæ Sancti Pauli adamuſſim reſpondere, novo argumentorum genere oſtendam in voluminibus hujus Operis proxime ſecuturis. Præterea Ingóbertus Referens & Scriba, de quo fit mentio in verſibus poſt effigiem deſcriptis,

Ingobertus eram Referens, & Scriba fidelis &c.

Ille eſt Ingobertus Comes, qui tempore Caroli Magni, & Ludovici Auguſti

guſti vixit, ùt ex vita Ludovici Pii, & ex aliis diſcimus. Sed de hac controverſia alibi fuſius agam, cùm publici juris faciam ejuſdem Codicis Variantes Lectiones, quas mecum pro eo quo ſacram eruditionem colit ſtudio, perhumaniter communicavit ſapientiſſimus vir Domnus Athanaſius Periſtiani Ord. S. Benedicti, faventibus ejus labori Ampliſsimo Domno Abbate Philippo Maria de Pace, doctrina ac pietate inſigni, atque Domno Auguſtino Maggi, Priore, qui flagrantiſsimis votis ab eodem Reverendiſs. Abbate S. Pauli impetravit, ut tantæ opes, a laudato Domno Athanaſio facta collatione in unum collectæ, meas in manus venirent. Secundus Codex, Caroli Magni æqualis, eſt Vallicellanus in noſtra Bibliotheca aſſervatus, de quo Eminentiſsimus noſter Annalium Parens Baronius ad annum 778. *num* 22. ſcribit: „ Carolo Magno debemus ingens Opus illud, ab Alcuino ſive Albino elaboratum, quo totius Divinæ Scripturæ tam Veteris quàm Novi Teſtamenti Vulgata Editio emendata eſt. Acciderat enim, ut ipſa, multiplicium librariorum exſcribentium vitio mendis obſita, jam vileſceret, quod periniquo animo ferens Carolus, ut quàm emendatiſsima ederetur, in priſtinamque vindicaretur integritatem atque ſplendorem, ſtudio propenſiori curavit; cujus rei fidem facit ejus in Capitularibus [*Lib. VI. cap.* 227.] intextum elogium iſtis verbis: „ Volumus [& ita Miſsis noſtris
„ mandavimus, & præcepimus] ut in Eccleſiis Libri Canonici veraces habean-
„ tur, ſicut jam in alio Capitulari ſæpe mandavimus „. Hæc ipſe, qui, ut quod omnes refugerent ob nimiam difficultatem, omnino perficeretur, Opus delegavit Albino, ut abſolveret. Qui, in idipſum viribus totis invigilans, univerſam Divinam Scripturam, e vetuſtioribus ac verioribus fontibus deſcriptam, recognitam & emendatam, eidem Carolo Magno obtulit; ad cujus calcem hos, quos hic deſcriptos leges, verſus appoſuit per epigrammata diverſa diſtinctos. Extat hujuſmodi vetus Bibliorum Codex, Alcuini labor, in Vallicellana noſtra Bibliotheca, ubi velut ingens theſaurus aſſervatur, utpote quod viri eruditi, qui in emendatione Vulgatæ iterum noſtro tempore laborarunt, eo ùt antiquiori ſunt uſi, cui & plurimum detulerunt. Porro primum Alcuini epigramma ſic ſe habet.

Nomine Pandecten proprio vocitare memento
Hoc Corpus ſacrum, Lector, in ore tuo.
Quod nunc a multis conſtas Bibliotheca dicta:
Nomine non proprio, ut lingua Pelaſga docet.
In hoc dicta Dei conduntur myſtica ſummi,
De quibus egregius * *Vatis in ore canit.* * Vates.
Eſt mihi lex Domini dulcis ſuper omnia mella;
Carior atque auri milia multa ſuper.
Strenuus hanc Domini famulus cuſtodiet arcem,
Cui merces Caeli perpes in arce manet.
Codicis iſtius * *quod ſint in corpore ſancto* * quot.
Depictae formis litterulae variis;
Mercedes habeat, Chriſto donante, per aevum
Tot Carolus Rex, qui ſcribere juſſit eum.

A L I U D.

Haec divina Dei placeat Scriptura, * *praecamur,* * precamur.
Senſibus, atque oculis, Lector honeſte, tuis:

Spiritus hanc caeli Sanctus dictavit ab arce,
In qua vera fides fulget, & alma ſalus.

ALIUD.

PRO ME, QUISQUE LEGAS VERSUS, ORARE MEMENTO:
ALCHUINE DICOR EGO; TU SINE FINE VALE.

ALIUD.

Magni magna Dei portantes munera templo,
Quos laudavit ovans ore pio populus:
Parvula ſed viduae Dominus duo nummula praefert
Nobilium donis famine veridico.
Non ego parva tuis, Rector, munuſcula gazis
Inſero, perſona ſit mea parva licet.
Munera ſed Domini caeleſtibus inclyta regnis
Porto tibi plenis, optime Rex, manibus.
Nempe novae ac veteris pariter pia famina Legis
In hoc conduntur Corpore quippe ſacro.
Haec ego porto libens ad ſancta Sacraria templi,
Quod tua mens noviter condidit alma Deo.
Laudibus ut praeſtò Chriſti ſit ſemper in illo
Iſte liber, reſonans verba ſuperna Dei.

ALIUD.

Nauta rudis pelagi, ut ſaevis ereptus abundis
In portum veniens, pectora laeta tenet.
Sic Scriptor feſſus calamum ſub calce laboris
Deponens, habeat pectora laeta ſatis.
Ille Deo dicat grates pro ſoſpite vita,
Proque laboris agat fructibus, & requie.

ALIUD.

Perge Libelle ſacer cunctis praeclarior odis
Proſperè, pacificè nunc, miſerante Deo.
Et pete praeclari praeclara palatia Regis,
Ut maneas Chriſti ſemper in aede ſacra.
Atque Dei famulis pacis fer munera cunctis,
Dextera quos Domini protegat, atque regat.
Quos colo corde, fide, ſancto quoque ſemper amore,
Cum lacrimis optans, ut vigeant, valeant.

FINIT.

Huc uſque Alcuini verſus ex dicto Codice, cujus cùm ob nimiam vetuſtatem pagina eſſet exeſa, conſumpta, & characteres obliterati, deſcribi vix potuerunt. Baronio pauca addamus ſcitu digniſsima. Alcuinus, Bedæ auditor, & Caroli Magni magiſter, ætate ſua omnigena eruditione nulli ſecundus, linguam Hebraicam & Græcam calluit. In libris Commentariorum Hieronymianam Verſionem quandoque Codicis Hebræi ope reſtituit: nonnunquam comparat cum LXX. Comment. in Gen. XXV. 8. *Quomodo convenit Abrahae, tam ſancto viro, quod dicitur*: Et deficiens mortuus eſt? *Reſp. in He-*

in Hebraeo non habetur, deficiens; *ſed a LXX. additum eſt*. In Eccleſiaſten Cap. IX. *Notandum eſt, quod per totum librum ubicumque dicitur*, Filii hominum, *in Hebraeo habetur*, filii hominis, *hic eſt filii Adam: & omnis pene Scriptura hoc idiomate plena eſt, univerſum genus humanum, Adam filios vocans*. Capite XII. Obmuteſcere, *ſive ut melius habetur in Hebraeo*, ſurdeſcere." Hæc Alcuinus, qui ſenex jam circa annum 802. in Cœnobio, cui præerat apud Gallos Turonenſes, totum Biblicum Volumen, Teſtamentum ſcilicet Vetus ac Novum, Caroli Magni Imperatoris rogatu, ùt diximus, recognovit, atque veterum Codicum linguarumque ope correxit.

In Epiſtola ad Giſlam, quæ præfigitur libro VI. Commentariorum in Sanctum Johannem, ſcribit Alcuinus, *occupaſſe ſe Domini Regis praeceptum in emendatione Veteris Novique Teſtamenti*. Extat etiam ejuſdem Alcuini Epiſtola, quæ eſt numero XX. qua cum Exemplar Vallicellanum ex Cœnobio ſuo Sancti Martini ad ipſum Carolum tranſmittit: *quos, in unius clariſſimi Corporis ſanctitatem connexos, atque diligenter emendatos veſtrae clariſſimae Auctoritati dirigere curavi*. Ad hanc Alcuini correctionem alludit ipſe Carolus Imperator Præfatione in Homiliarium Pauli Diaconi his verbi: *Curae nobis eſt, ut Eccleſiarum noſtrarum ad meliora ſemper proficiat ſtatus; obliteratam pene malorum noſtrorum deſidia reparare vigilanti ſtudio literarum ſatagimus officinam, & ad pernoſcenda ſacrorum Librorum ſtudia noſtro etiam, quos poſſumus, invitamus exemplo. Inter quae jam pridem univerſos Veteris ac Novi Teſtamenti libros, librariorum imperitia depravatos, Deo nos in omnibus adjuvante, examuſſim correximus*. Porro *correxiſſe Alcuinum Divinam Hiſtoriam juſſu ipſius Regis* [Caroli] ſcribit etiam Sigibertus Gembl. in Chron. ad ann. 790. Et in libro de Script. Eccl. ait: *juſſu Imperatoris correxiſſe illum Divinam Bibliothecam*. Sed hæc ſatis.

Tertius verò Codex, in Colbertina Bibliotheca ſuperſtes, demonſtratur anno 869. a Monachis Metenſibus S. Martini oblatus ipſimet Carolo Calvo, ibidem picto: quem deinde Librum literatorum Mœcenati Colberto donavit Capitulum Metenſe ann. 1675. Hiſtoriam utriuſque donationis, & picturam Codicis vulgavit Baluſius in Capit. Reg. Franc. *Tom. II. pag.* 1275. ubi etiam indicat aliud præclarum Exemplar Bibliorum ætatis ejuſdem, quod, olim a Carolo Calvo oblatum Eccleſiæ Sancti Dionisii, nunc in Bibliotheca Regia cuſtoditur.

Hæc dicenda nobis fuerant de Vetuſtis Exemplaribus Divinorum Librorum Veteris Teſtamenti, quæ hodie ſuperſunt inſigniora tum Hebraicæ, tum Græcæ, tum Latinæ lectionis. De Paraphraſi Chaldæa, cæteriſque Verſionibus, cùm antiquis linguarum Orientalium, Coptica ſcilicet, Æthiopica, Armena, Arabica, & Perſica; tum etiam recentibus & vernaculis Occidentalium Nationum, nihil attinet commemorare; cùm hiſce linguis expreſſa Biblia ad fontium puritatem, Veteris & Vulgatæ ſcilicet Verſionis Latinæ, Græcæ LXX. & Hebraici Textus, ſint exigenda, quorum Interpretationes ſeu Verſiones eſſe noſcuntur Italicâ illâ veteri recentiores.

De Samaritano autem Pentateucho, licèt videatur idem judicium proferri debere ac de Hebraico Textu, præcipue cùm Eruditorum communior ſententia ſit, Samaritanis literis fuiſſe a Moſe conſcriptum, quæ ante Babylonicam Populi captivitatem erant Judæis vernaculæ, ac Hieronymus teſtetur in Prologo Galeato, *Samaritani etiam Pentateuchum Moſis totidem literis ſcriptitant, figuris tantùm & apicibus diſcrepantem*; attamen, cùm numeri annorum ætatis in Patriarchis neutri ex illis Textibus omnino reſpondeant,

deant, quos tanquam fontes Vulgatæ Verſionis veneratur Eccleſia, Hebræo, inquam, & Græco LXX. Interpretum, aliæque ſint varietates; hinc etiam a percenſendis Samaritani characteris Codicibus, qui hodie ſuperſint vetuſtiores, eorumque ætate dijudicanda abſtinemus. Satis explicata reperies apud Simonium *Lib.I.Cap.X. & XI.* Et *Diſſ.*4. Petitdidier in Sacram Scripturam, quæ de Samaritani Textus, & Samaritanæ Verſionis hiſtoria poſt Morinum, & Valthonum uterque collegit. Satis etiam ſit monuiſſe, Morinum ipſum, qui primus editionem Textus Samaritani adornavit, & in publicam lucem protulit, uſum fuiſſe duplici Codice non admodum Vetuſto, quem a Clariſſimo Harlæo Damaſci comparatum, & in Europam allatum, Bibliotheca Oratorii Pariſienſis hodie cuſtodit: tres vero Codices Peireſcianos poſt editionem ſuam contrectaſſe, quorum antiquiſſimus deſcriptus eſt anno Chriſti 1227. Summa igitur ſit hujus Capitis, Hebræorum Codicum Veteris Teſtamenti antiquiſſimos, hodie ſuperſtites, nongentis circiter ante nos annis fuiſſe conſcriptos: Vetuſtiſſima vero Exemplaria Verſionis Græcæ LXX. Interpretum haberi exarata ſæculo quarto: Latina demum antiquæ & vulgatæ Editionis, quam Italam quoque nuncupaverat olim Sanctus Auguſtinus, ad octavum circiter ſæculum referri oportere.

CAPUT V.

Hiſtoria Textus Biblici, ac Verſionum, comprobata ex antiquis Chriſtianorum Monumentis, præſertim Romanis.

INter Exemplaria Bibliorum antiquitate præſtantia non retulimus Codices, qui continent Opera Sanctorum Patrum, aliquando complexa partem non modicam Divini Textus, ſuis in Commentariis expoſitam; hos, inquam, Codices non recenſuimus inter Biblicos, quemadmodum nec Rituales libros Eccleſiarum, ubi lectiones & verſiculi ex Veteri Teſtamento aſſumpti maximam partem precum conſtituunt: cùm neutra claſſis pertineat ad argumentum nobis propoſitum capite præcedenti. Inde tamen acceſſit plurimum adjumenti ad reſtituendam felicius ſuæ priſtinæ integritati ac puritati, & vindicandam ab amanuenſium ac librariorum erratis Vulgatam Verſionem; quemadmodum ex Præfatione juſſu Clementis VIII. Bibliis præfixâ intelligimus. Et merito quidem advocabantur ejuſmodi Codices inter præſidia Biblicæ reſtitutionis; cùm teſtimonia antiquæ Lectionis, olim Eccleſiis traditæ, ibidem plurima invenirentur, apographis ſuperſtitibus Divini Textus perſæpe vetuſtiora.

Verùm præter hæc adjumenta Patrum, quibus præſervatur germana Lectio, ac mirifice comprobatur Traditio Eccleſiæ, cui acceptas ferimus Divinas Literas [ùt optime obſervant Patres & Theologi cùm Veteres tum recentes apud Bellarminum *Lib.IV. cap.*4.] genus eſt aliud Teſtimoniorum in primis utile ad confirmandam hiſtoriam traditæ Sanctis Fidei, & Lectionis antiquæ divinorum Voluminum, in Catholica Eccleſia cuſtoditæ. Ea vero ſunt Anaglypha, veterum Chriſtianorum ſepulcris & lucernis inciſa: picturæ cryptis Cœmeteriorum inductæ, vitreis orbiculis & calicibus commendatæ, & unà cum Corporibus Sanctorum Martyrum primis Eccleſiæ ſæculis conditæ ſubterraneis illis receſſibus, ut in apertam lucem

cem educerentur poſt pacem Eccleſiæ reſtitutam ; & renovarentur atque augerentur in Muſivis Operibus Baſilicarum, ac Tricliniorum Pontificalium ; & in Generalibus Conciliis producerentur tamquam luculenta Veteris & Apoſtolicæ Doctrinæ, Conſuetudinis, ac Traditionis teſtimonia.

Eorumdem Conciliorum ſuffragio didicimus, hæc ipſa Chriſtianorum Cimelia conſiderare, tamquam apertos libros, & ipſis rudibus ingeniis, ac literarum expertibus propoſitos ad perlegenda noſtræ Religionis myſteria ; quemadmodum Gregorius Magnus in epiſt. ad Serenum Epiſcopum Maſsilienſem unà cum Hadriani I. literis in Synodo Nicæna II. perlectis, differte docet.
„ Nam quod legentibus (inquit) Scriptura, hoc idiotis præſtat Pictura cer-
„ nentibus : quia in ipſa etiam ignorantes vident quod ſequi debeant ; in ipſa
„ legunt, qui literas neſciunt. Unde præcipue Gentibus pro lectione Pictu-
„ ra eſt ; quod magnopere a te, qui inter Gentes habitas, attendi debuerat. „

Hoc igitur adjumenti præſtant Monumenta illa Cœmeteriorum atque Eccleſiarum, primis Eccleſiæ ſæculis conſtituta ; ut ſicuti, eùm ponerentur unà cum Voluminibus autographis Apoſtolorum, actiſque Martyrum, atque Exemplaribus primigeniis, etiam rudibus in Plebe Dei atque expertibus literarum ſupplebant librorum vices ; ita poſtquam Codices autographi vel apographi vetuſtiores intereiderunt ; præſervent nobis mutam quamdam hiſtoriam, ſed coævam libris Apoſtolicorum Virorum & Confeſſorum Chriſti, quos Perſecutorum rabies, Decii præſertim, Diocletiani, & Juliani, feralibus edictis ac flammis abſumpſit. Neque enim dubium relinquunt, quin ad illa pertineant ſæcula, quæ Martyrum ſanguine ſacra Oracula conſignabant ; quemadmodum de pleriſque Codicibus dubitatur, an tantundem antiquitatis præſeferant, ut ad tempora tam remota referri poſsint.

Si Divini Textûs hiſtoriam ex autographis hiſce Documentis Eccleſiæ repetimus, quæ produci meruerunt in Oecumenicis Synodis, offeret ſe primo tum in Martyrum Cœmeteriis picta & inſculpta, tum in Baſilicæ Liberianæ Muſivis colorata Moſaicæ legis perceptio ab Auctore Deo, in tabulis lapideis ab ipſo traditæ : tum ejuſdem promulgatio in Volumine, Moſis manu conſcripto, & Levitis commendato, ut in latere Arcæ depoſitum cuſtodiretur. Auctorem pariter aliorum Voluminum Propheticorum teſtantur Deum ſacra illa Chriſtianorum Cimelia, quæ ab Ezechielis *Cap.II.* deſumptam viſionem revelati cælitus verbi exprimunt ſymbolo Manûs librum Prophetæ porrigentis, aut quatuor Animalium Spiritu Dei actorum, quæ rurſum occurrunt in Apocalypſi.

Quemadmodum verò de Auctore divinæ Revelationis nos admonent, ita etiam de numero Sacrorum Librorum ſæpe teſtantur. Nam & Tobiam cum piſcis indicio noſcendum præbent unà cum reliquis Bibliorum hiſtoriis, & Suſannam a Senioribus circumventam orationi intendentem cùm oſtendunt, & Habacuc prophetam prandium Danieli miniſtrantem inter leones dum exprimunt, quid ſentiendum ſit de auctoritate libri Tobiæ, ac utriuſque Capitis XIII. & XIV. Danielis, aperte docent ; & Jonæ, a cete abſorpti, & in aridam evomiti, & ſeptem Fratrum Machabeorum, Tobiæ iterum, & Suſannæ, & Danielis hiſtorias luculenter exprimunt vetuſtiſſima vitrea Fragmenta, & Sarcophagus olim in ædibus Carpineis, nunc in atrio Baſilicæ Sanctæ Mariæ trans Tyberim conſpiciendus, & Lamina ænea, quæ produxit & illuſtravit Philippus Bonarroti in libro *De Antiquis Vitreis Fragmentis*, quem italico ſermone edidit anno 1716. & habentur *pagg.* 1. 2. 5. 13. 18. & 141.

Quin etiam Verſionis utriuſque veſtigia, Græcæ ſcilicet LXX. & Latinæ, ipſoſque Fontes hebræos licet in his deprehendere; in Jonæ præſertim umbraculo, ex Auguſtini & Hieronymi epiſtolis admodum celebrato. Siquidem in Cœmeterio Callixti Tab. III. depingitur, & in Lamina ænea, quam profert Philippus Bonarroti Figura I. *pag.* 1. & in Sarcorphago Vaticano ſculpitur Jonas ſub Cucurbita dormiens; & in alio Sarcophago Vaticano *fol.* 103. neenon in altero, apud Callixti Cœmeterium effoſſo, nitide exprimitur ſupra Jonam Frutex peramplis foliis præditus, nulli fulcro ſubnixus, qualem Hieronymus ex fonte hebræo, Cicaion, hederæ ſimilem in ſua correctione, & poſt Hieronymum hodierna Vulgata reſtituit. Qua de re videndus eſt noſter Aringhius Romæ ſubterraneæ *Tom. II. Lib. V. Cap. XXII. num.* 10. & 11. Productis enim literis utriuſque Doctoris, Hieronymi ſcilicet atque Auguſtini, ita loquitur de Jonæ umbraculo ſub Cucurbita.

Porro Jonam haud ſub Hederæ, ſed ſub Cucurbitæ umbraculo quieſcentem „ ob eam potiſsimum rationem in cœmeterialibus Tabulis olim a Chriſtia- „ nis repræſentatum fuiſſe arbitramur, quia videlicet antiqui Fideles, acceptiſ- „ ſimæ Septuaginta Interpretum ſententiæ mordicus adhærentes, quidquid „ conceptis apud eoſdem verbis Scripturarum Textui inſertum legebatur, „ ac ſi Vulgata earumdem Scripturarum foret Editio, conſtanti animo retinuere &c. Hæc Aringhius, additurus profectò poſt Hieronymum, lectionem Hederę cum Vulgata loco Fruticis, ipſi perſimilis, Eccleſiam jam tum recepiſſe, ſi diligentius attendiſſet Sarcophagis poſtremo loco per nos indicatis apud Vaticanum, & ad Callixti Cœmeterium, ab ipſo etiam Aringhio expreſsis; ubi Frutex ille Cicaion hebræi Textus, ſive virgultum, ad Hederæ formam accedens exhibetur.

His verò Picturis & Anaglyphis propoſitis, ætate Martyrum in Cœmeteriis, & proximo ſæculo in præcipuis Romanæ Eccleſiæ Baſilicis ac Titulis, ſi conjungantur Liturgiæ veteres, ac Rituales libri, & Sacramentales Græcorum ac Latinorum, ac teſtimonia Patrum & Conciliorum, quibus Myſteria Novi Teſtamenti deteguntur adumbrata in antiqui Fœderis hiſtoria, & oraculis Prophetarum, reſultat inde evidentior nexus ille non interruptus Apoſtolicæ Traditionis, a Chriſti ſæculo ad nos perductæ; & legitimus Scripturæ uſus & lectio germana ipſis in perſecutionibus præſervata non modò in privatis Codicibus, quos induſtria Chriſtianorum ſubduxit prædæ atque incendio; verùm & conſignata publicis hiſce Monumentis autographis eorumdem ſæculorum, quibus debetur Eccleſiæ Catholicæ Rituum præcipuorum inſtitutio & augumentum.

Præmiſsis itaque animadverſionibus in hiſtoriam Canonis Scripturarum, Textuſque Autographi & Apographi, necnon Verſionum, quas tamquam ab erroribus Fidei ac morum immunes adhibuit olim Eccleſia Catholica, hodieque adhibet in ſolemni Conventu, rebuſque Sacris, in Catecheſi & Doctrina ſua Fidelibus proponenda, & infidelibus prædicanda, breviterque indicatis authoramentis, quæ hujuſmodi hiſtoriæ ac traditioni accedunt ab autographis Monumentis veterum Chriſtianorum; ad ipſa Monumenta ſingillatim conſideranda in Prolegomenis reliquorum Voluminum gradum faciam, ſervato ordine Scripturarum, ut a primo Geneſeos Capite ad poſtremum Apocalypſeos oſtendatur non deeſſe Divinis Literis hæc ſive præſidii ſive ornamenta, quæ vicem ſuppleant Autographorum. Interim, ut nonnulla alia Monumenta pertingam, quæ Canonis Bibli-

Digitized by Google

Biblici ſeriem traditionemque reſpiciunt, atque Romanæ Eccleſiæ Fidem exhibent Imaginibus referendis ad prototypum Librorum per eas expreſſis, colligam pro coronide ex Patrui mei amantiſsimi Franciſci Blanchini notis ad Anaſtaſium Bibliothecarium quæ ad rem propoſitam pertinent: nempe ut oſtendam ex antiquiſsimis hiſce Picturis, Muſivis, Anaglyphis clarius adhuc cognoſci poſſe, delectum talem a Summis Pontificibus aliiſque Romanæ Eccleſiæ filiis habitum in Cœmeteriis, Baſilicis, ac Titulis ita decorandis, ut Imagines ſacræ, quas ibi exprimendas curarunt, a ſolo Sacrarum Scripturarum cenſu petitæ, & memoriam rerum geſtarum in utroque Teſtamento excitarent, & Chriſtianæ Fidei dogmata oculis ſubjecta proponerent, ex Libris authenticis derivata. Præſtat verò, ex laudati Viri notis ad Sanctum Gelaſium Papam Tom. III. Anaſtaſii Bibl. *pag. 197. col. 1.* nonnulla exſcribere, quæ nobis ſuggerunt præcipuas Sacrarum Scripturarum hiſtorias, parietibus, tabulis æneis, atque marmoribus commendatas; quæque huic hiſtoricæ Præfationi de veteris Teſtamenti libris ſupremam manum imponunt. „ Locus [inquit] a me requirit, ut indicem breviſſime ſelectum quidpiam e ſingulis utriuſque Teſtamenti libris, & dedicatum vel in ſanctorum Martyrum Cœmeteriis vel in ſacris Ædibus primorum Titulorum ac Baſilicarum ab ipſa ætate Apoſtolica ante Pontificatum Gelaſii: itaut cupienti tradere Canonem Sacrorum Bibliorum ſatis ſit intendere digitum in hæc pretioſa Monumenta quinque priorum ſæculorum æræ Chriſtianæ, quæ Romana Eccleſia præſervat.

Unica Liberii Baſilica in Xiſti III. Muſivis oſtendit ſeriem geſtorum tum in Pentateucho Moyſi, tum in libris Joſue ac Judicum enarratorum. Unus Sarcophagus Junii Baſſi, ſignatus Conſulatu Euſebii & Hipatii, nempe anno æræ Chriſtianæ *359.* in Baſilicæ Vaticanæ cryptis conſtitutus ante Confeſſionem Sanctorum Apoſtolorum, oſtendit nobis ex Geneſi lapſum primorum Parentum, & Abrahami ſacrificium; ex Jobo, ex Daniele, aliiſque Divinæ Scripturæ libris ſelecta documenta. In Baſilica S. Pauli Via Oſtienſi, a S. Leone Magno Muſivis, Picturis, & Hiſtoriis decorata, explicantur Oracula Sacrorum Bibliorum a Geneſi ad Apocalypſim; Prophetæ enumerantur in ſupremo parietum faſtigio, eorumque nomina Oſeæ &c. pedalibus literis ſub ipſorum Imaginibus exprimuntur. Quare & in Valvis æneis ſæculo XI. pro eadem Baſilica conſtructis, tam Majores quos vocant, quàm Minores recenſentur, uti conſtat ex literis ſuperſtitibus complurium ex utroque numero ibidem adhuc ſpectandis, nempe ΒΑΡΟΥΧ Baruch, qui adjungitur Jeremiæ; ΙΕΖΕΧΙΗΛ Jezechiel; ΔΑΝΙΗΛ Daniel; ΙΩΗΛ Joel; ΑΒΔΙΑΣ Abdias; ΙΩΝΑC Jonas; ΝΑΟΥΜ Naum; ΑΒΒΑΚΟΥΜ Abbacum [ubi advertendum eſt, nomen Habacuc ſcriptum eſſe uti in Exemplaribus græcis Abbacum] ΣΟΦΟΝΙΑC Sophonias; ΖΑΧΑΡΙΑC Zacharias. Reliquorum Imagines ac Nomina exciderunt. Inde autem mos propagatus, & retentus per ſequentes ætates, eorumdem Prophetarum Imagines, Nomina, aliquando etiam Sententias depingendi & inſculpendi, tum in Baſilicarum portis, tum in Titulorum, Diaconiarum, & Baptiſteriorum abſidibus ac parietibus, vaſis & ornamentis. In æneis Valvis Baſilicæ ejuſdem Paulinæ, Conſtantinopoli elaboratis undecimo ſæculo æræ Chriſtianæ, quas edidit ſæpe laudatus Præſul Jo. Ciampinus Vet. Monim. *Tom. I. Cap. 4.* alii quoque Prophetæ inciſi ſunt, quorum geſta in libris Regum & Paralipomenon recenſentur; nempe Elias num. XXXV. & Eliſeus num. XLIV. aliorum verò etiam oracula in

Volu-

Voluminibus exprimuntur: ùt in Volumine Prophetæ David num.XXXIII. verſiculus ex Pſalm. 44. *Audi Filia, & vide, & inclina aurem tuam*: In pugillari Jeremiæ verſ.36. *Hic Deus noſter, & non imputabitur alius*, ex cap.3. Baruch: In volumine Habacuc, cujus nomen legitur græcis literis inciſum ABBAKOYM, inſculptus eſt verſiculus 3. Capitis III. *Deus a Libano veniet, & Sanctus de Monte*. In manibus Iſaiæ verſ. 14. Capitis VII. *Ecce Virgo &c.* Præfert Sophonias expectationem Reſurrectionis ex commate 8. Cap.II. Jonas ſpem cæleſtis auxilii, ex verſ.3.Cap.II. & hujuſmodi methodus obſervatur in cæteris. In Diac. omnium principe S. Mariæ in Vialata, ubi vetus traditio eſt, Paulum Apoſtolum cum Luca Euangeliſta Cathecheſim habuiſſe, & Lucam ſcripſiſſe Acta Apoſtolorum, conſpiciuntur Prophetarum Imagines cum ſuis picturis antiquiſſimis coloratæ; quemadmodum & in hypogeo ſub Presbyterio Diaconiæ S. Nicolai in Carcere Tulliano. Alias complures Cœmeteriorum Picturas prætermitto, videndas apud Aringhium in Roma ſubterranea, unde integer Scripturarum Sacrarum Canon colligi poteſt, ab ipſis Martyribus, & Confeſſoribus Chriſti, necnon a Deceſſoribus Gelaſii adornatus.

Nec minori ſtudio proximæ poſt ſæculum Gelaſii ætates in Romanis Titulis ſacram hereditatem divinarum Literarum per ſuos Presbyteros diligenter curarunt. Unus ſit inſtar omnium Titulus S. Clementis: cujus Aram principem, dum hæc ſcribimus, cùm inſtauraret magnificentius Emin. & Rever. D. Annibal Card. Albanus S.R.E. Camerarius, relegens Magni Patrui ſui Clementis XI. veſtigia in eâdem Æde ſacrâ excolendâ, Marmor illud omni auro atque argento pretioſius invenit, antiquitus converſum in frontem Altaris: in quo legitur ſtudium Gregorii ejuſdem Tituli Presbyteri Cardin. ſub ſancto Pontifice Zacharia in utriuſque Teſtamenti Libris, intra Bibliothecam aut Sacrarium ſui Tituli dedicandis, hac Epigraphe comprobatum.

ISRAELITICVS D̄Ō OFFEREBAT POPVLVS RVRI
ALIVS QVIDEM AVRVM ALIVS NAMQVE ARGENTVM
QVIDAM COQVE ÆS QVIDAM VERO PILOS CAPRARVM
INFELIX AVTEM EGO GREGORIVS PRIMVS P̄B̄R ALME
SEDIS APOSTOLICÆ HVIVSQVE TITVLI GERENS
CVRAM AC BEATI SVPREMVS CLIENS CLEMENTIS
OFFERO DE TVIS HĘC TIBI X̄R̄E THESAVRIS
TEMPORIBVS SCIS̄S̄ ZACCHARIÆ PRÆSVLIS SVMMI
PER MARTVREM ET SC̄M PARVA MVNVSCVLA TVVM
CLEMENTEM CVIVS MERITIS MEREAR DELICTIS CARERE
ATQVE AD BEATAM ÆTÆRNAM INGREDI VITAM
AISTI QVANTVM HABES REGNVM VALET CELORVM
SVSCIPE HOS DOMINE VELVTI MINVTA VIDVĘ QVÆSO
VETERIS NOVIQVE TESTAMENTORVM DENIQVE LIBROS
OCTATEVM REGVM PSALTERIVM AC PROPHETARVM
SALOMONEM ESDRAM STORIARVM ILICO PLENOS
REQVIRE SYLLABARVM LECTOR SEQVENTIAM HARVM

Poſtre-

Poſtremus Verſus hujuſce Inſcriptionis indicat aliam Tabulam Marmoream a Gregorio Presbytero non longe ab hac priori diſſitam fuiſſe collocatam, in qua incidi curaverat Verſus, qui conſequebantur. Vix enim aliter poſſumus interpretari poſtrema illa verba, quæ minutiori charactere inſculpta ſunt in calce illius Tabulæ, ubi Lector jubetur inquirere conſecutionem ſententiæ præcedentis: LECTOR REQVIRE SEQVENTIAM HARVM SYLLABARVM. Dolendum eſt, fuiſſe deperditam conſequentem illam partem donationis, ubi Gregorius enumeraſſe credendus eſt poſt libros Veteris Teſtamenti, omnes, qui pertinent ad Novum, adeoque integrum Canonem Sacræ Scripturæ; ſi utriuſque Teſtamenti complexum exemplar Titulo ſuo largitus eſt, ùt in penultimo Verſu ſignificat; vel alia donaria cum ſuperius enumeratis libris oblata.

Mox, paucis interjectis „ Supereſt (inquit) nobis ſpicilegium non negligendum, quod colligamus ex enumeratione Sacrorum Codicum in hac Epigraphe enunciatorum &c. Exprimitur ibi Series librorum Veteris Teſtamenti, Hebraico Canoni reſpondens, dum enumerat primo Octateuchum, deinde libros Regum, tertio Pſalterium, quarto Prophetas, poſtmodum Salomonem, tum Eſdram, denique libros Hiſtoriarum. Venerabilis memoriæ Card. Thomaſius, non minus pietatis quàm eruditionis Eccleſiaſticæ merito Romanæ Eccleſiæ adhibendus ad pretioſa ſua monumenta decoranda, ex Caſſiodori libro Divinarum Inſtitutionum docet, ad quintum Sæculum [nempe Gelaſianum de quo nunc agimus] eſſe hunc Eccleſiæ Chriſtianæ morem potiſſime referendum, qui pertinet ad Sacrorum Bibliorum editionem juxta Interpretes LXX. & S. Hieronymi Veteris Titulos. Ita vero orditur ab Octateucho Card. Thomaſius, non ſecus ac iſte Gregorius S. Clementis Presbyter in ſua Epigraphe.

„ De Octateuchi [inquit] ideſt octo Voluminum Geneſeos, Exodi, Le-
„ vitici, Numerorum, Deuteronomii, Joſue, Judicum, atque Ruth Titulis
„ ita ſcribit Caſſiodorus *Lib. de Inſtit. Div. Lit. Cap. I.* ut Textus memorati
„ Octateuchi quodam nobis compendio panderetur, in principio librorum de
„ univerſa ſerie lectionis Titulos ei credidimus imprimendos, a Majoribus
„ noſtris ordine currente deſcriptos &c. „ Tum ſequitur.

„ De Titulis librorum Regum & Paralipomenon ita loquitur idem Caſsio-
„ dorus, ut Regum quidem veteres habuiſſe Titulos videantur, dum libris
„ Paralipomenon novos ſe addidiſſe dicat &c.

Tertium Codicem Prophetarum, Quartum Pſalterii recenſet Caſsiodorus. Gregorius vero noſter, eàdem diviſione in Titulis Codicum retentâ, præfert in Serie Pſalterium Prophetis, juxta ordinem ſcilicet temporis quem ſervat Græca Editio LXX. in vetuſtiſſimo Codice Vaticanæ Sixtinæ editionis; licèt Hebræorum Biblia Pſalmos & Agiographos, quos dicunt, libros poſtponant Prophetis. Quintum Codicem Caſsiodorus habet Salomonem, perinde ac Gregorius iſte Presbyter S. Clementis: in quo complectitur [ùt obſervat Card. Thomaſius] quinque Libros, Proverbiorum ſcilicet, Eccleſiaſtis, Cantici Canticorum, Sapientiæ, & Eccleſiaſtici. In Sextum Codicem congerit Libros octo, Agiographorum nomine & Hiſtoricorum mixtum expreſſos, nempe Job, Tobiæ, Eſther, Judith, Eſdræ duos, & totidem Machabæorum: qui reſpondent numero & ordini vetuſtiſsimi Codicis Alexandrini, quem vocant Theclæ, ſi primum excipias, nempe Job, quem Codex ille Alexandrinus Pſalmis adjungit, & præponit libris Salomonis, addito etiam ante Pſalterium tertio & quarto Machabæorum. Gregorius

m Preſ-

Presbyter Eſdram, & Storiarum vocabulo compendioſius enunciat Hiſtoricos illos ſimul & Agiographos cum Eſdræ Canonicis copulatos; nam Job cum Pſalterio, utpote ad Claſſem metricorum librorum pertinentem, unà cum Proverbiis, Eccleſiaſte, & Canticis ponunt S. Cyrillus Hieroſolymitanus, & S.Gregorius Nazianzenus, ùt obſervant Ferrandus Summ. Bibl. *Lib.I. Cap. ult.* aliique agentes de Canone Scripturarum. Machabæorum denique Libri duo claudunt cenſum Hiſtoricorum, adeoque nomine Generis ſeu Claſsis iſtius, ſeu Storiarum vocabulo ſignificatæ: in qua propterea Tabula videmus collectum Canonem Veteris Teſtamenti, pro more LXX. Interpretum editionis in eaſdem Claſſes & Seriem diſtributum. Per hæc igitur illuſtria documenta, in Romanæ Eccleſiæ Titulis, Baſilicis, Cœmeteriis paſſim dedicata, ex antiquiſsimis ſæculis viget in noſtris Altaribus, Muſivis, Marmoribus, non ſecus ac in Bibliothecis & Archivis, genuinus Canon Sacrarum Scripturarum ab Apoſtolica ætate collectus [ùt ſupra vidimus in notis ad Clementem Tom.II. iſtius editionis *fol.*50.] & per manus traditus continenti curâ Pontificum Romanorum, qualem in Gelaſio probat Concilium Romanum ſub ipſo celebratum, & Conſtitutum illud de Eccleſia, quod enunciat Bibliothecarius.

Si quis vero, & in Clementis Papæ ac Martyris epiſtolâ ſæculo I. & in Marmoribus Tituli S. Clementis ſæculo VIII. Canonem Sacrorum Bibliorum recognoſcens, adhuc deſiderat in aliis Romanæ Eccleſiæ monimentis ejuſdem antiquitatis ſingulos Scripturæ Divinæ libros cognoſcere, videbit expreſſum Heptateuchum in Muſivis Baſilicæ Liberianæ a S. Xiſto III. conſtructis; Libros Regum, & Paralipomenon recognoſcet in hiſtoriis Davidem exhibentibus ſunditorem in pictura Cubiculi tertii Cœmet. Callixti *Tab.I. num.*3. Eliæ atque Eliſæi inſculptis Sarcophago Cœmeterii Vaticani *pag.*305. apud Aringhium Romæ Subterr. *Lib.II. Cap. X.* Jobi hiſtoriam in Sarcophago Junii Baſsi, in Cryptis Vaticanis reperto, & ibidem ad Confeſsionem SS. Apoſtolorum conſtituto, aliiſque pluribus in Aringhio occurrentibus monumentis; Prophetas Majores, ac Minores recognoſcet depictos in Baſilica S. Pauli, aliiſque Titulis, Diaconiis, ac Cœmeteriis ſupra indicatis; Tobiæ hiſtoriam & piſcem in pictura Cœmeterii Callixti, Tabula ſcilicet tertia Cubiculi tertii *num.*11. ubi & Jonas Propheta ſub Cucurbita dormiens depictus eſt, ſculptus vero in pluribus Sarcophagis paſſim occurrit, & voratus a Ceto, & ad littus rejectus & redivivus; Ezechielis Concio ad reſurgentes pariter obſervatur in Anaglypho Vaticano apud Aringhium *Tom.I. pag.*327. Daniel orans inter leones frequens occurrit, ùt in Sarcophago Junii Baſsi in Cryptis Vaticanis; tres Pueri in fornace illæſi; Suſanna caſta a Seniorum injuriâ & calumniis vindicata, in pluribus pariter Cœmeteriorum Picturis & Anaglyphis apud eumdem Aringhium, nempe in Vaticano, in Callixti, in S. Agnetis; denique Saphan, Volumen Legis ab Helcia repertum offerens Joſiæ, ſculptus eſt in Anaglypho veteris Sarcophagi, reperti in Cœmeterio Lucinæ, & inde translato cum Reliquiis SS. Innocentium a Siſto V. in Sacellum intra Baſilicam Liberianam a ſe magnificenter conſtructum ad Altare S. Luciæ, cujus Imaginem excudit Aringhius Romæ Subter. *Tom. I. pag.*423. cum pluribus utriuſque Teſtamenti hiſtoriis ibidem expreſsis.

DIVINA

DIVINA BIBLIOTHECA,

S E U

VARIANTES LECTIONES

VETERIS TESTAMENTI

Juxta Hebraicam Veritatem tranſlati,

ET NOVI GRÆCÆ FIDEI REDDITI

A S. EUSEBIO HIERONYMO

STRIDONENSI PRESBYTERO,

Nunc primùm in lucem emiſſæ, ex antiquiſſimo Codice Manuſcripto Toletanæ Eccleſiæ, Gothicis literis ſcripto, & ad Editionem Bibliorum Sacrorum

F. JOHANNIS HENTENII NECHLINIENSIS,

Anno Domini 1569. *Lugduni excuſſorum apud Gulielmum Rovillium ſub Scuto Veneto, diligentiſſime exacto, atque cum eadem Editione ſumma fide collato*

A DOCTISSIMO VIRO

MAGISTRO CHRISTOPHORO PALOMARES;

*CUJUS COLLATIONIS EXEMPLAR AUTOGRAPHUM EXTAT IN BIBLIOTHECA VATICANA NUM.*50.

Digitized by Google

Digitized by Google

MAGISTRI CHRISTOPHORI PALOMARES IN EXEMPLAR GOTTHICUM

PRÆFATIO.

EN, candide Lector, ex Bibliotheca Toletanæ Eccleſiæ Vulgatæ Editionis manuſcriptum pervetuſtum Exemplar, literis Gotthicis exaratum; quæ licèt a latinis elementis fluxerint, adeo tamen a latina elegantia degeneraverunt, ut primò intuenti potius hebræas aut peregrinas quaſdam notas referant, quàm latinas; ac propterea difficillimæ lectu ſint. augent hanc difficultatem quarundam literarum inter ſe maxima ſimilitudo, compendia dictionum, connexio verborum, rara periodorum diſtinctio, nulla ferme ortographiæ nec punctorum ratio; quo fit ut paſſim lector cogatur hærere, & de vera lectione dubitare. Univerſam iſtam difficultatem, aſſiduitate lectionis, & ſedulâ curâ ſuperavi: atque ita integra fide lectiones iſtius Exemplaris in margine hujus excuſſi tranſcripſi, denuo cum illo contuli & correxi, ne fortè aliquæ falſæ ſurreperent: non nullas etiam, quæ nimium ab excuſſis diſcrepabant, vel depravata videri poterant, iterum & tertio reviſi, ut integrum & ſyncerum eundem Gotthicum Codicem tibi exhiberem. Plurimas item lectiones a barbaro ſcriptore, & latinæ linguæ prorſus ignaro vitiatas, quemadmodum ſcriptas reperi, exſcripſi; quia ſæpius ex eis conjici facile poteſt, quæ olim fuerit pura & germana lectio; iſtius tamen rei nullum judicium feci, quia cùm hoc munus ſuſceperim mandato Illuſtriſſimi D. D. mei Gaſparis a Quiroga Cardinalis & Archiepiſcopi Toletani, tantùm mihi ab eo

 injun-

injunctum fuit, ut lectiones Gotthicas, quæ ab excuſſis differunt, exciperem, illarum examen & lectionem relinquens Congregationi à Domino Noſtro Xiſto Quinto factæ pro recognoſcenda & exornanda Vulgata Editione, cui præeſt doctiſſimus pariter acris ingenii, & maturi judicii Vir, Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Carafa. Enim vero, quantumvis infelicem & barbarum exceptorem hic noſter Codex ſit nactus, ſuâ tamen vetuſtate multas lectiones maximi momenti, quæ valde utiles, & uſui futuræ ſunt, eis quibus ſacrorum Bibliorum recognitio demandata eſt, conſervavit, quæ temporis injuriâ in aliis Codicibus interciderant. Qua porro ætate ſcriptus ſit, certo ſciri nequit; illud ſolùm conſtat, ſexcenteſimo ab hoc anno Joannem quendam Cordubenſem Epiſcopum ad alia exemplaria iſtum Codicem tanquam vetuſtum caſtigaſſe, atque veluti è re precioſiſſima donum ex eo feciſſe Eccleſiæ Hiſpalenſi, ùt idem Joannes in fine hujus Exemplaris ſcripſit characteribus Gothicis majoribus, his verbis: „ In Nomine Domini Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti. Auctor poſſeſſorque hujus Libri, in quo Vetus Novumque omne ſacrum Teſtamentum continetur, Servandus divæ memoriæ fuit; cùm enim vero natus eruditusque in beata Spalenſi Sede, poſtea Cathedram Baſtigitanæ meruit tenere: a quo inclyto Viro conceſſus eſt hic Codex Joanni ſodali intimoque ſuo. Qui etiam poſtquam in hanc eximiorem Sedem Spalenſis nutritus, & a patruo ſuo beatæ memoriæ Stephano ſapientiſſimo luculentiſſimoque Spalenſis Epiſcopo eruditus, ac Sacerdotii ordine dedicatus, ad Cartaginem Sedem miſſus eſt Epiſcopus; & item inde translatus, Cordubæ magnæque regiæque Præſul electus, ex qua Sede egregie incolomis corpore & mente, decrevit hunc Codicem compte perfectum, Domino Deo offerre in ſupra fata Spalenſis Sede penes memoriam Sanctæ ſemperque Virginis Mariæ decimo kalendas Januarias æra milleſima vigeſima ſexta, cum tali ditione, ut nullus Clericorum audeat hunc Codicem .... aut mutare a. ac è ſupra fata Sede. Et ſi quis, quod abſit,

Lacunæ fuit in exemplari Gothico.

„ abſit, fecerit, ſit à Deo. & Angelis ſuis, Sanctiſque om-
„ nibus condemnatus. Hæc ille. Scimus autem ab hoc Joanne iſtum Codicem ex aliis eſſe correctum, quia dicit, ſe hunc librum mittere compte perfectum: unde a libro Geneſeos uſque ad Apocalypſim in eo viſuntur nonnulla verba eraſa, quædam mutata, alia pleraque literis Gothicis recentioribus inter lineas vel in margine addita; ea autem, quæ ita mutantur vel adduntur, non ejus generis ſunt, de quibus ſuſpicari poſſit, eſſe gloſſas ab aliquo ſtudioſo adſcriptas (nullæ enim hujuſmodi inſunt); ſed ipſamet loca indicant eſſe correctionem ex aliis libris factam, quod ſingulis in locis, iſtis verbis (*additur* vel *adduntur*) ſignificavi, vel longiori oratione admonui. Quod ſi quæ in margine ſcripta inveni non recentius emendata, ſed ex colore atramenti, & characteris formâ, ea eſſe novi, quæ per oſcitantiam idem Scriptor prætermiſit, & ſarſit, hæc, inquam, non animadverti nec mutavi; ſed tanquam certam & germanam lectionem intacta reliqui. Cæterum, ut brevitati & anguſtiæ marginis conſulerem, quibuſdam notis ſum uſus, quarum ſignificatio hæc eſt: Ea, quæ non habet Gothicus Codex, ſed in excuſo redundant, lineâ — per medium ſecui; Si una tantùm littera adimenda fuit, tranſverſâ virgulâ \ confodi; Si iſta, quæ his lineis auferuntur, quod frequenter accidit, a Joanne prædicto in margine vel inter lineas ex aliis exemplaribus ſuppleta ſunt, Cruce ✠ ſuper prima dictione & in margine poſitâ, illis verbis (*additur* vel *adduntur*) ſignificavi. Quæ autem excuſſus Codex non habet, ſed ei ex manuſcripto ſunt inſerenda, hoc pyramidali tetragono caudato ♀ indicavi, ùt lectio, quæ in margine hoc ſigno affecta eſt, eo in loco, ubi idem ſignum in contextu eſt fixum, inſeratur, & cum excuſſâ lectione copuletur; Varias lectiones aſteriſco * notavi, ſubter excuſſas deductâ lineâ, ut loco eorum verborum, quæ aſteriſco & lineâ ſignata ſunt, ea legantur, quæ etiam aſteriſco in margine ſunt notata; Quando verba tantùm tranſponi debent, ut ea, quæ poſteriorem locum tenent, prius legantur, ſub poſterioribus lineam produxi binis his ıı linearum fruſtis ſupra dictionem priorem fixis,

fixis, eiſdem fruſtis inter eas dictiones collocatis, ubi hæc poſteriora verba prælegenda ſunt; Demum, ne multa minuſcula viſum effugerent, hoc ſignum § lineis excuſſis præfixi, nihil aliud indicans quàm in ea linea quidpiam eſſe vel ablatum vel immutatum. Hac igitur ratione totus Codex ſumma & ſyncera fide, ut res tanta poſtulat, a me eſt tranſcriptus, præter libros Baruch, & Pſalmorum; nam ùt tituli librorum tertii & quarti Regum in hoc Exemplari præfantur, cùm hæc Editio ſit ex Translatione Divi Hieronymi, qui in præfatione in Jeremiam fatetur, ſe Baruch prætermiſiſſe; ideo in his Bibliis deſideratur: & propter eandem cauſam, Pſalmi hujus Exemplaris non conſentiunt cum excuſſorum Verſione, ſed ſunt ex Tranſlatione Divi Hieronymi, quæ circumfertur inter ejus Opera, ac propterea non fuit operæ precium varias Pſalmorum lectiones exprimere. Accipe igitur, humaniſſime Lector, eo animo, quo tibi offertur, hoc vetuſtum Vulgatæ Editionis exemplar; & ſi ex ingenti hoc noſtro labore vel unum verbum primæ ſuæ puritati reſtitueris, tantam curam, & operam in re hac impendiſſe gratiſſimum mihi erit. Toleti decimoquinto Kalendas Novembris Anni Milleſimi quingenteſimi octuageſimi octavi.

AD LECTOREM.

Ultimam manum jam impoſueram, cùm incidi in duo loca Divi Hieronymi ex epiſtolis ad Lucinium Bæticum, & ad Theodoram ejus Uxorem; ex quibus conſtat, adhuc vivente Divo Hieronymo, ejus Opera, quæ ad illum uſque diem dictaverat (erat enim ætate decrepita) perveniſſe ad Hiſpaniam Bæticam, in qua ſcriptum videtur hoc Exemplar, ùt conjectare licet ex verbis ſupraſcriptis Joannis Hiſpalenſis, Cordubæ Epiſcopi; (Hiſpalis enim & Corduba in Bætica ſitæ ſunt & quia in eodem Exemplari, ùt in Præfatione monui, hæc Editio dicitur eſſe ſecundùm Translationem Divi Hieronymi, credere par eſt, iſtum Codicem fuiſſe tranſcriptum ex libris dicti Lucinii, vel ex eis, qui ab illis deſcripti in Bætica ferebantur; ac propterea

terea rem gratam me lectori facturum exiſtimavi, ſi verba Divi Hieronymi hîc ſubjicerem.

Hieronymus Epiſt. 28. ad Lucinium Bæticum.

Opuſcula mea, quæ non ſui merito, ſed tua bonitate deſyderare te dicis, ad deſcribendum hominibus tuis dedi; ac frequenter monui, ut conferrent diligentius, & emendarent. (*Et infra circa finem Epiſtolæ*) Ego inſignia paupertatis, & quotidianæ ſymbola pœnitentiæ tibi & ſorori tuæ miſi, quatuor ciliciola apta propoſito & uſibus veſtris, & Codicem, hoc eſt Viſiones Eſaiæ, quas nuper hiſtorica explanatione diſſerui.

Et in Epiſtola 29. ad Theodoram uxorem Lucinii Bætici, proſequens laudes Lucinii, ait:

Omnem ſubſtantiam ſuam diſperſit & dedit pauperibus, ut juſtitia ejus maneret in æternum: nec patriæ ſuæ largitate contentus, miſit Hieroſolymarum, & Alexandrinæ Eccleſiæ tantum auri, quanto multorum poſſit inopia ſubveniri; quod cùm multi mirentur, & prædicent, ego in illo magis laudabo fervorem & ſtudium Scripturarum, quo ille deſiderio Opuſcula noſtra flagitavit; & miſſis ſex notariis, quia in hac provincia latini ſermonis, ſcriptorumque penuria eſt, deſcribi ſibi fecit quæcumque ab adoleſcentia uſque in præſens tempus dictavimus.

Praxis notarum ſeu ſignorum, quibus Codex Gothicus eſt deſcriptus in hoc excuſſo.

P*Agina* 1. *in I. Capite Geneſis numero* 24. *Codex excuſſus habet* : terræ ſecundum ſpecies, *in margine habetur* juxta (*utrumque ſubterſignatum lineâ* ;) *ſignificatur* , *Codicem Gothicum in hoc loco variare ab excuſſo* , *& legere* : terræ juxta ſpecies.

In numero 26. *excuſſus habet* : univerſæ terræ: (*Tò* que *virgulâ ſecatur*;) *ſignificat, illud* que *non haberi in Gothico Codice* , *ſed legere*: univerſæ terræ.

Numero 27. *excuſſus* : & creavit Deus hominem ad imaginem , (imaginem , & *lineâ etiam ſecatur*) & ſimilitudinem : *& in margine habetur* : Adduntur : *ſignificat* , *quòd illa verba* , ad imaginem, *non ſunt in contextu Gothici*, *ſed quòd literis Gothicis ſunt addita recentius a Joanne Cordubenſi Epiſcopo*, *de quo ſupra in noſtra Præfatione*; *atque ita Codex Gothicus legit* : & creavit Deus hominem ad ſimilitudinem &c.

*Cap. II. Geneſis num.*19. *excuſſus* : omne enim quod vocavit Adam : *in margine habetur* : nomen (*ſignatum pyramidali tetragono caudato* ;) *ſignificat* , *quòd Gothicus legit*, omne enim nomen quod vocavit Adam.

*Cap. VII. Geneſis num.*2. *excuſſus*: tolles ſeptena & (&, *virgulâ transverſâ feritur*) ſeptena : *virgula ſignificat* , *quòd illud* : & : *non habetur in Gothico* , *quia legit* , tolles ſeptena ſeptena : *ſemper enim virgulæ tranſverſæ* , *vel lineæ ſecantes literam aut literas* , *dictiones vel lineas* , *ſignificant*, *illa* , *quæ ita confodiuntur*, *non haberi in Codice Gothico*.

*Cap. VII. Geneſis num.*17. *excuſſus* : quadraginta diebus ſuper terram : (*ante* ſuper terram *ponitur tetragonus caudatus* ;) *in margine habetur*, & quadraginta noctibus (*cum eadem nota*); *mea annotatio habet* : *hæc verba ſcribuntur inter lineas literis recentioribus* : *ſignificat* . *quòd contextus Gothici Codicis conſentit cum lectione excuſſi*, *& quòd inter lineas vel in margine illa verba a dicto Joanne ſunt addita*, *ut legatur* : quadraginta diebus & quadraginta noctibus ſuper terram.

Paralip. I. Cap. IX. num 41. *excuſſus* : Porro filii Micha, Phithon : (Phithon *prænotatur tetragono*,) *in margine habetur* : Filii *additur* ;] *ſignificat* , *quòd Gothicus Codex legit ut excuſſus* ; *ſed quòd in margine additum eſt ab illo Joanne* , *vel ab altero* , filii : *ut legatur* : Porro filii Micha , filii Phithon. *Similiter ad Roman.*14. *excuſſus* : ſcio & confido (& confido *notatur item tetragono* ;) *in margine habetur* : enim *Additur* : *item ſignificat* , *quòd lectio contextus Codicis Gothici conſentit cum excuſſi lectione* , *ſed quòd in margine additur*, enim , *ut legatur* , ſcio enim & confido. „

„*Secunda ad Chorinth. Cap. V. num.*12. *excuſſus* : non iterum „ commendamus nos vobis: *illa linearum ſinuſta ſignificant*, *hæc verba eſſe tranſpoſita in Codice Gothico*, *atque ita legendum*: non iterum nos commendamus vobis.

ᔕ *Hæc nota indeu eſt* , *ſignificans* , *aliquid eſſe mutatum in illa linea*, *cui præfigitur*.

Animadvertendum , *omnes lectiones* , *quæ ſunt inter lineas vel in margine Codicis Gothici* , *eſſe ſcriptas literis Gothicis* ; *eas nihilominus ſæpe in adnotationibus nomino recentiores* ; *non quòd non ſint vetuſtiſſimæ* , *ſed quia non ſunt ſcriptæ à Notario*, *qui ſcripſit univerſum hunc Codicem* , *ſed a prædicto Joanne* , *vel ab alio*.

VARIANTES LECTIONES
VETERIS TESTAMENTI
JUXTA
SANCTI HIERONYMI
EX HEBRÆO TRANSLATIONEM.

LIBRI GENESIS.

CAP. I.

EDITIO BASILEEN. ANN. 1569. JO. FRITRNII. = *Verſ.*22. CReſcite. (*Deſideratur primum folium in Gothico Exemplari* TOLETANÆ ECCLESIÆ, *& ideo verba hujus Capitis uſque ad hunc locum in eo non habentur.*) = V.24. (*Ex impreſſ.*) ſecundum ſpecies :(*Ex Codice*) *juxta ſpecies*. = v. 26. univerſæque terræ: *univerſæ terræ*. = v.27. ad imaginem & ſimilitudinem: *& ſimilitudinem*. (*Verba vero ad imaginem* *non habentur in contextu Gothico; ſed literis Gothicis ſunt addita a Joanne Cordubenſi, de quo in Præfatione.*) = v.31. cuncta quæ fecerat: *cuncta quæ fecit*.

CAP. II.

V.2. ſeptimo. (*Lectio vetus ita etiam habebat; ſed modò literis Gothicis vetuſtis, tamen recentioribus quàm Contextus, ſuperſcribitur* : Sexto.) = v.3. diei ſeptimo: *Deus diei ſeptimo*. = v.4. iſtæ ſunt generationes: *iſtæ generationes*. = v. 15. in paradiſum voluptatis: *in paradiſo voluptatis*. = v.18. faciamus ejus adjutorium ſimile ſibi: *faciamus ei adjutorem ſimilem ſui*. = v.19. omne enim, quod vocavit: *omne enim nomen, quod vocavit*. = v.24. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit &c.: *Quamobrem derelinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærebit &c.*

CAP. III.

V.2. Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno paradiſi? : *Cur præcepit Dominus Deus vobis ut non comederetis ex ligno paradiſi?* = v.11. Cui dixit Dominus: *Cui dixit Deus*. = *ib.* de quo præceperam tibi: *quæ tibi præceperam*. (*Literis recentioribus relativum* quæ *in* quod *mutatur.*) = v.13. & dixit Dominus Deus: *& dixit Dominus*. = v.17. Comedes ex ea: *Comedes eam*. = v.19. Pane tuo (*Cod.* Pane.) v.20. Et vocavit Adam nomen uxoris ſuæ, Heva: *Et vocavit Adam uxori ſuæ, Heva*. = v.23. Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo: *& emiſit eum Dominus de paradiſo*.

CAP. IV.

V.1. uxorem ſuam Hevam; quæ &c.: *uxorem ſuam, quæ &c.* = v. *eod.* per Deum: *per Dominum*. = v.4. Abel quoque obtulit de primogenitis: *Abel quoque de primogenitis*. = v.7. peccatum tuum aderit: *peccatum aderit*. = v.9. nunquid cuſtos: *num cuſtos*. = v.14. Ecce ejicis: *Ecce ejiciſti*. = v. *eod.* & ero vagus: *& ego vagus*. = v. *eod.* profugus in terra: *profugus ſuper terram*. = v. 15. qui occiderit Cain, ſeptuplum &c.: *qui occiderit Cain, in ſeptuplum &c.* = v. *eod.* poſuitque Dominus in Cain: *poſuitque Dominus Cain*. = v.17. & peperit Henoch: *& peperit filium nomine Henoch*. = v.18. Irad genuit Maviaël, & Maviaël: *Irad genuit Manuiahel, & Manuiahel*. = v.21. & nomen fratris ejus Jubal: *& nomen fratris ejus Jobal*. = v.25. poſuit mihi Deus: *poſuit mihi Dominus*.

CAP. V.

V.1. nomen eorum Adam, in die &c.: *nomen eorum Adam & Eva, in die &c.* = v.3. & genuit filium ad imaginem: *& genuit ad imaginem*. = v.4. genuitque filios: *& genuit filios*. = v. 11. Factique ſunt omnes: *Facti ſunt omnes*. = v. *eod.* quinque anni: *quinque annorum*. = v. 13. Malaleel: *Maallehel*. = v.22. Henoch cum Deo: *Henoch cum Domino*. = v.24. Ambulavitque cum Deo & non apparuit; quia tulit eum Deus : = *ambulavitque cum Domino, & apparuit*: (*Habetur.* non. *inter literas literis recentioribus*) *quia tulit eum Dominus*. = v. 28. Lamech. (*Habetur in margine literis recentioribus.*)

CAP. VI.

V.1. & filias procreaſſent: *& filios procreaſſent*. = v.2. filias hominum: *filias eorum*. = v.3. eruntque dies illius: *eruntque dies vitæ illius*. = v.4. iſti ſunt potentes: *iſti potentes*. = v.7. ab homine uſque

ad ani-

ad animantia; a reptili uſque ad volucres Cæli : *ab homine uſque ad animantia, reptile uſque ad volucrem Cæli*. = v.9. Hæ ſunt generationes: *Hæ generationes*. = v. 13. diſperdam eos cum teera. (*Additur*. eos. *literis recentioribus*.) = v.16. conſummabis ſummitatem ejus: *conſumabit ſummitatem*. = v.17. ut interficiam : *& interficiam*. = *ibid.* ſubter Cælum & univerſa : *ſubter Cælum univerſa*. = v. 21. & comportabis apud te; & erunt tam tibi, quàm illis in eſcam: *& portabis apud te; & erunt tam tibi, quam illis in cibum*.

CAP. VII.

V. 2. tolles ſeptena, & ſeptena : *tolles ſeptena ſeptena*. = v. *eod.* de animantibus verò immundis duo, & duo, maſculum &c.: *de animantibus verò immundis duo, duo, maſculum &c*. = v.3. de volatilibus cæli ſeptena & ſeptena: *de volatilibus cæli ſeptena ſeptena*. = v. 8. & de volucribus & ex omni: *& de volucribus ex omni*. = v. 9. præceperat Dominus Noë: *præceperat Deus Noe*. = v.10. inundaverunt ſuper terram : *inundaverunt terram*. = v.13. & uzor illius: *uxor illius*. = v. 17. quadraginta diebus ſuper teeram: *quadraginta diebus & quadraginta noctibus ſuper terram*. (*Verba*. quadraginta noctibus. *ſeribuntur literis recentioribus*.) = v.18. vehementer enim inundaverunt: *vehementer inundaverunt*. = v.20. ſuper montes: *ſuper omnes montes*. = v.24. obtinueruntque aquæ terram: *obtinueruntque aquæ terras*.

CAP. VIII.

V. 1. cunctorumque animantium: *cunctorum animantium*. = v.3. reverſæque ſunt aquæ: *reverſæque aquæ*. = *ibid.* centum quinquaginta dies, requievitque arca: *centum quadraginta dies, requievit arca*. = v.7. & non revertebatue: *& revertebatur*. = v.9. extenditque manum ſuam: *extenditque manum*. = v. 13. exiccata eſſet : *exicaſſet*. = v.15. Deus: *Dominus*. = v.17. cuncta animantia: *cunctaque animantia*. = v. *eod.* & univeeſis eeptilibus: *& in univerſis reptilibus*. = v.19. egreſſa ſunt de arca: *egreſſa ſunt*. = v.21. cogitatio humani cordis: *cogitatio hominis cordis*. = *ibid.* omnem animam viventem: *omnem animantem*.

CAP. IX.

V.1. replete: *implete*. = v.2. ſuper teream: *in terram*. = v.5. de manu viri, & de manu fratris: *de manu viri & fratris*. = v.7. implete eam: *replete illam*. = v. 10. cunctiſque: *cunctis*. = v. 12. Hoc eſt ſignum: *hoc Signum*. = v. 15. carnem vegetat: *carne vegetat*. = v.16. quod pactum eſt inter Deum & omnem animam &c.: = *quod factum eſt inter Deum, & inter omnem animam &c*. = v.19. Tres iſti filii ſunt Noë: *tres iſti ſunt filii Noe*. = *ibid.* omne genus hominum: *omne genus*. = v.21. nudatus in tabernaculo: *nudatus jacuit in tabernaculo*. = v.23. verenda: (*Ita etiam modò legitur literis recentioribus, eraſâ veteri lectione, quæ etiam a litera*. v. *incipiebat*.) = *ibid.* averſæ erant: *verſæ erant*. = v.26. Sem: (*Ita etiam modò legitur literis recentioribus, cùm*. Cam. *lectio antiqua haberet*. v.28. Sitque Chanaan: *Sit Chanaan*.

CAP. X.

V.1. Hæ ſunt generationes: *Hæ generationes*. = v.2. & Madai, & Iavan: *& Madai, Javan*. = v.3. Aſcenez & Riphath : *Aſchanez & Nipheth*. = v.5. unuſquiſque ſecundùm linguam ſuam & familias ſuas in nationibus ſuis: (*Hæc verba ſeribuntur in margine literis recentioribus præter*. ſuam *&* ſuas. *quæ neque in margine ſeribuntur*.) v.7. filii aûtem Chus; Saba, Hevila: *filii Chus; Saba, & Avila*. v.13. Ludim & Anamim: (*In margine ſunt ſeripta literis recentioribus*.) = v.14. Laabim & Nephthuim & Phetruſim & Chasluim: *Labaim Nephthuim, & Phetruſim & Caslaim*: = *ibid.* & Caphtorim: *Caphtorim*. = v.16. & Gergeſæum, & Hevæum, & Aracæum, Sinæum, & Aradium, Samaræum, & Hamathæum; & per hos: *Gerſeum, Hevæum, & Aracæum, Aſanneum, & Aradium, Samaritem, & Hamathæum; & poſt hæc*. = v. 19. uſque ad Gazan: *uſque Gazan*. = *ibid.* uſque Laſa. Hi ſunt filii: *uſque Leſa. Hi filii*. = v.21. nati ſunt, patre &c.: *nati ſunt, de patre &c*. = *ibid.* Japheth majore. filii Sem; Ælam & Aſſur: *Japheth priore. filii Sem; Ælam Aſſur*. = v.23. Hus & Hul, & Gether, & Mes: *Cus & Hul, & Gether, & Moſoch*. = v.27. & Adoran, & Uzal, & Decla, & Hebal: *& Aduran, & Uzal, Decla, & Heula*. = v.31. iſti ſunt filii: *iſti filii*.

CAP. XI.

V. 2. & habitaverunt: *at habitaverunt*. = v.6. unum eſt labium: *unum labium*. = v. 10. Hæ ſunt generationes: *Hæ generationes*. = *ibid.* Sem erat centum annorum: *Sem erat centum quadraginta*, (*vel* decem) *annorum* (*quia non poteſt certo dignoſci, utrum ſit quadraginta, vel decem, quia nota horum numerorum, quæ gothis ſimillima eſt, vetuſtate eſt ferme abraſa, ſed potius videtur ſcriptum fuiſſe*: quadraginta.) = v.19. vizitque Phaleg: *vixit Phaleg*. = v.21. ducentis ſeptem annis: *treeentis ſeptem annis*. = v.25. centum decem & novem annis: *centum decem annis*. = v.27. Hæ ſunt autem generationes: *Hæ ſunt generationes*. = *ibid.* Abram, Nachor: *Abram, & Nachor*. = v.31. & Sarai nurum ſuam, uxorem *Abram* filii ſui: (*Hæc verba adduntur in margine lit. goth. vetuſt. alterius tamen ſcriptoris*; *atqui* Abram *neque in margine legitur*.)

CAP. XII.

V.2. faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum: *faciamque te in gentem magnam & magnificabo ſemen tuum*. = v.6. & uſque: *uſque*. = v.7. ædificavit ibi altare: *ædificavit altare*. = v. 8. orientem Bethel: *orientem in Bethel*. = *ibid.* ab oriente Hai: *ab oriente Achi*.

Achi. = *ibid.* & invocavit nomen: *& invocavit ibi nomen*. = v.12. dicturi ſunt, uxor illius eſt; *dicturi ſunt, quod uxor ipſius eſt*. = v.16. & famulæ: *et familiæ*. = v.18. quidnam eſt hoc quod feciſti: *quidnam eſt quod feciſti*. = *ibid.* indicaſti mihi, quod: *indicaſti, quod*.

CAP. XIII.

V. 3. & Hai: *& Achi*. = v.7. unde facta eſt: *unde & facta eſt*. = v.9. ego dexteram: *ego ad dexteram*. = *ibid.* ſi tu deateram: *ſi tu ad dexteram*. = v. 10. Dominus Sodomam: *Deus Sodomam*. = v. 12. Lot vero moratus: *Lot moratus*. = v.14. Leva oculos tuos in directum, & vide: *leva oculos tuos, & vide*. = *ibid.* ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem: *ad aquilonem & ad meridiem, ad orientem & ad occidentem*. = v.15. uſque in ſempiternum: *in ſempiternum*. = v. 16. numerare pulverem terræ: *numerare pulverem*. = v.17. ſurge ergo, & perambula: *ſurge & perambula*. = *ibid.* & in latitudine: *& latitudine*.

CAP. XIV.

V. 1. Amraphel: *Amraphal*. = *ibid.* Chodorlahomor: *Codor rex Lacomer*. = v.4. Chodorlahómor: *Chodor Lagomer*. = v.5. Chodorlahómor: *Chodor Lagomer*. = *ibid.* in Aſtaroth & Carnaim: *in Aſtaroth Carnaim*. v. 7. venerunt uſque ad fontem Miſphat: *venerunt ad fontem Meſphat*. = v. 9. Chodorlahómor: *Chodor lagomor*. = v. 10. & rex Gomorrhæ: *& Gomorrhæ*. = v.13. Et ecce unus: *ecce unus*. = v. 15. percuſſitque eos, et &c.: *percuſſitque eos nocte, et &c.*. = *ibid.* Phœnicen: *Obat*. = v.17. Chodorlahómor: *Chodor lagomor*. = v.18. erat enim Sacerdos Dei Altiſſimi. (*Hæc verba tantùm ſcribuntur in margine literis vetuſtis, & alio atramento.*)

CAP. XV.

V.3. & ecce: *ecce*. = v.9. & reſpondens: *reſpondens*. = v.10. diviſit ea per medium: *diviſit per medium*. = v. 17. & lampas: *lampas*. = v. 20. & Cenezæos, Cedmonæos, & Hethæos: *& Cenezæos, & Ecethmoneos Hethæos*.

CAP. XVI.

V.1. genuerat ſibi liberos: *genuerat liberos*. = v.4. qui ingreſſus eſt ad eam: (*Adduntur literis vetuſtis*.) = v.7. in via Sur in deſerto: *in via Sur*. = v.10. multiplicans, inquit, multiplicabo ſemen: *multiplicans multiplicabo, inquit, ſemen*. = v.15. Iſmahel: *Smaelem*. = v.16. Agar Iſmahelem: *Agar Smaelem*.

CAP. XVII.

V.1. Dominus: *Deus*. = v.3. Deus: *Dominus*. = v.6. vehementiſſime: *vehementer*. = *ibid.* ponam te: (*Additur*. te.) = v. 7. ſeminis tui: *ſemini tuo*. = v.10. pactum meum, quod: *pactum, quod*. = v.16. & reges populorum orientur ex eo: *& reges populorum*. = v.17. riſit in corde ſuo, dicens: *riſit, dicens in corde ſuo*. = v.18. Iſmahel: *Smael*. = v.20. Iſmahel: *Smael*. = v.23. Iſmahel: *Smael*. = v.24. Abraham nonaginta & novem: *nonaginta novem*. = v.25. Iſmahel filius ſuus: *Smael filius ejus*. = v.26. Iſmahel: *Smael*.

CAP. XVIII.

V.2. tabernaculi ſui: *tabernaculi*. = v.4. laventur pedes veſtri: *lavate pedes veſtros*. = *ibid.* ſub arbore. Ponamque buccellam: *ſub arbore hac. Ponam buccellam*. = v.5. & confortetur: *confortate*. = v.11. Erant autem ambo: *erant enim ambo*. = *ibid.* deſierant: *deſierat*. (*Ita modò legitur, deletâ antiquâ lectione.*) = v.16. oculos contra &c.: *oculos ſuos contra &c.* = v. 19. ut adducat: *& adducat*. = v. 20. Gomorrhæorum: *Gomorrhæ*. = v. 21. compleverint: *compleverunt*. = v. 22. converteruntque ſe: *converterunt ſe*. = v.25. judicium hoc: *judicium*. = v. 27. reſpondenſque Abraham: *reſpondens Abraham*. = v.29. quadraginta ibi inventi: *quadraginta inventi*. = v.30. non faciam: *non facio*. = v.32. obſecro, inquit: *obſecro igitur*. = *ibid.* & dixit: *dixit*. = v.33. abiitque: *abiit*.

CAP. XIX.

V.1. vidiſſet eos, ſurrexit: *vidiſſet, ſurrexit*. = v. 2. proficiſcemini: *proficiſcimini*. = v.3. & coxit: *coxit*. = v.4. quam irent: *quam inirent*. = v.10. introduxerunt: *intromiſerunt*. = v.12. filios: *filium*. = v. 14. filias ejus: *filias ſuas*. = *ibid.* Surgite & egredimini: *Surgite, egredimini*. = v.15. duas filias: *duas filias tuas*. = v.17. locuti ſunt ad eum, dicentes; ſalva &c.: *locutus eſt ad eum; ſalva &c.* = v.18. dixitque: *dixit quoque*. = v. 26. reſpicienſque uxor: *reſpiciens uxor*. = v. 29. recordatus eſt Abrahæ; & liberavit &c. = *recordatus Abrahæ, & liberavit &c.* = v.30. filiæ ejus cum eo: *filiæ ejus*. = v.33. dederunt itaque: *dederuntque*. = v.34. ut ſalvemus: *& ſalvemus*. = v. 35. dederuntque etiam & illâ nocte patri ſuo bibere vinum: *dederunt & illa nocte patri vinum*. = *ibid.* vel quando: *nec quando*.

CAP. XX.

V.3. nocte: *noctis*. = v.7. uxorem, & orabit pro te, quia propheta eſt: *uxorem, quia propheta eſt, & orabit pro te*. = v. 12. alias autem & vere: *alias autem vere*. = *ibid.* & duxi eam in uxorem: *& accepi eam uxorem*. = v.16. memento te deprehenſam: *mementoque te deprehenſam*. = v. 18. concluſerat enim Dominus: *concluſerat Deus*.

CAP. XXI.

V. 9. cum Iſaac filio ſuo: *cum filio ſuo*. = v.10. ejice ancillam hanc: *ejice ancillam*. = *ibid.* filius ancillæ: *filio ancillæ*. = v.16. contra: *e contra*. = v. 20. eſt juvenis: *eſt vir*. = v.23. per Deum: *per Dominum*. = v.25. vi: (*Additur*. vi.) = v. 26.

reſponditque: *reſpondit*. = v. 33. exercitus ejus: *militiæ ejus*.

CAP. XXII.

V.3. Deus: *Dominus*. = v. 5. ego autem & puer: *ego & puer*. = v.8. dixit autem Abraham: *dixit Abraham*. = v.9. alligaſſet: *conligaſſet*. = v.10. filium ſuum: *filium*. = v.12. Dominum: *Deum*. = v.13. levavit Abraham: *levavitque Abraham*. = *ibid.* hærentem cornibus: *hærentem cornibus ſuis*. = v.15. vocavit autem angelus Domini: *vocavit autem Dominus*. = v. 18. Benedicentur in ſemine (tuo): (*Ab hoc loco, nempe a voce*. tuo. *uſque ad verſ.* 11. *cap. XXV. deſideratur in Bibliis gothicis; quia ablatum eſt integrum folium*.

CAP. XXV.

V.11. Puteum nomine viventis: *puteum viventis*. = v.12. Iſmahel: *Smahel*. = v.13. Iſmahelis Nabaioth: *Smahelis Nabeoth*. = *ibid.* Mabſam: *Mabſar*. = v.14. Maſſa: *Maſſan*. = v.15. & Jetur & Naphis: *Jetur & Naves*, vel *Naacs*: (*Similia valde ſunt Gothis* a. & u. *atque in hoc loco certò ſciri nequit, ùt ſit legendum*.) = v. 16. Iſmahelis; & hæc: *Smahelis*; & *hæc*. = v.17. Iſmahelis: *Smahelis*. = v.21. deprecatuſque eſt Iſaac Dominum: *deprecatuſque eſt Dominum*. = v.23. dividentur: *dividuntur*. = v.24. in utero ejus: *in utero*. = v.25. vocatumque eſt nomen: *vocavitque nomen*. = v.29. coxit autem Jacob pulmentum: *coxit autem pulmentum*. = v.33. juravit ei Eſau: *juravit Eſau*.

CAP. XXVI.

V.6. manſit itaque: *manſit autem*. = v.8. & ibidem: *ibidem*. = v.9. & accerſito eo: *& accerſito*. = *ibid.* mentitus es eam ſororem: *mentitus es ſororem*. = v.12. ſevit autem Iſaac: (*Ita videtur habuiſſe lectio vetus; nunc vero, câ ablatâ, recentioribus literis*. ſeminavit Iſaac. *ſcribitur*.) = *ibid.* in ipſo anno: *in illo anno*. = v.14. habuitque poſſeſſiones: *habuit quoque poſſeſſionem*. = *ibid.* ob hoc: *ob hæc*. = v.17. diſcedens: *deſcendens*. = v. 19. foderuntque in torrente, & repererunt aquam: *foderunt in torrente, & repererunt ibi aquam*. = v.21. Foderunt autem & alium: *foderuntque alium*. = v.25. invocato nomine: *invocato ibi nomine*. = v.26. locum cùm veniſſent: *locum veniſſent*. = v. 29. auctum benedictione: *ac cum benedictione*. = v.34. uxores duas: *uxores*.

CAP. XXVII.

V.7. de venatione tua: *venationem tuam*. = v.8. conſiliis meis: *ſermonibus meis*. = v.9. eſcas: *eſcam*. = v.12. putet, me ſibi: *putet, ſibi*. = v.13. & pergens: *& perge*. = v. 17. deditque pulmentum: *dedit pulmentum*. = v.20. rurſumque Iſaac: *rurſum Iſaac*. = *ibid.* ut occurreret: *ut cito occurreret*. = v.21. accede ad me: *accede huc*. = *ibid.* utrum tu ſis: *utrum ſis*. = v.25. affer mihi, inquit: *offer, inquit, mihi*. = *ibid.* etiam vinum: *etiam & vinum*. = v.27. illi ait: *ait*. = v.28. frumenti & vini: *frumenti & olei*. (*Ita videtur habuiſſe lectio vetus; modò vero*. frumenti, vini, & olei. *ſuperſcribitur*.) = v.29. ſit ille maledictus: *ſit maledictus*. = *ibid.* benedixerit tibi: (*Ita etiam in Codice; ſed in eo additur* .tibi.) = v. 34. irrugiit: *rugiit*. = v.36. in altera vice; primogenita mea ante &c. *en alia vice; primogenita mea en ante &c.* = *ibid.* & mihi benedictionem: *& benedictionem*. = v.40. vives in gladio: *vives gladio*. = v.41. venient dies luctûs: *veniant luctus dies*. = *ibid.* & occidam: *ut occidam*. = v. 45. & 46. filio in uno die? dixitque Rebecca: *filio unâ die? dixit quoque Rebecca*.

CAP. XXVIII.

V.1. benedixit eum: *benedixit*. = v.5. pervenit: *venit*. = v. 7. parentibus ſuis. (parentibus. *additur in margine literis recentioribus*.) = v.9. Iſmahelem: *Smahelem*. = *ibid.* Iſmahel: *Smahel*. = *ibid.* Nabaioth: *Nabeoth*. = v.12. & acumen: *& cacumen*. = v.14. ſemen tuum: *germen tuum*. = *ibid.* Occidentem & Septemtrionem: *Occidentem Septemtrionem*. = *ibid.* & in ſemine: *& ſemini*. = v.17. non eſt hìc: *non hìc*. = *ibid.* & porta Cæli: *& porta Cæli*. = v.18. ergo Jacob manè: *ergo manè*. = v.20. in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem: *in viam, per quam ambulo, & dederit mihi panes*.

CAP. XXIX.

V.2. tres quoque greges: *treſque greges*. = v.3. moriſque erat: *moris quippe erat*. = v.13. occurrit obviam ei: *cucurrit obviam*. = v.14. poſtquam impleti: *poſtquam completi*. = v.15. gratis ſervies: *gratis ſervias*. = v. 16. minor verò appellabatur: *minor appellabatur*. = v.25. ad ſocerum ſuum: *ad ſocerum*. = v.29. & 30. tradiderat; tandemque potius: *dederat; tandem potius*. = v.33. audivit me Dominus haberi contemptui: *audivit Dominus haberi me contemptui*. = v. 34. Concepitque tertiò, & genuit alium filium, dixitque: *concepit tertiò, & genuit alium, dixitque*. = v.35. & pererit: *& peperit*. = *ibid.* & ob hoc: *ob hoc*.

CAP. XXX.

V. 1. invidit Sorori ſuæ: *invidet Sorori*. = v. 10. edente filium: *edente filio*. = v.13. quippe me: *quippe*. = *ibid.* appellavit eum Aſer: *appellavit nomen ejus Aſer*. = v. 16. redeuntique ad veſperam Jacob de agro, egreſſa eſt in occurſum ejus Lia, & ait; ad me, inquit: *redeuntique ad veſperam Jacob, egreſſa eſt in occurſum Lia, & ad me, inquit*. = *ibid.* dormivitque cum ea: *dormivit cum ea*. = v.17. exaudivit Deus: *exaudivit Dominus*. = v.19. Lia concipiens: *Lia concepit*. = v.20. dotavit me: *ditavit me*. = v. 22. Recordatus quoque Dominus: *Recordatus eſt Dominus*. = v.25. in patriam meam: *in patriam*. = v.26. tu verò noſti: *tu noſti*. = v. 27. ait illi

Laban:

Digitized by Google

Laban : *& ait Laban* . = v.30. antequam venirem ad te : *antequam venirem* . = *ibid.* tibi Deus : *tibi Dominus* . = v.31. at ille ait : *at ille* . = *ibid.* nihil volo : *nihil prorſus volo* . (*Ita videtur habuiſſe vetus lectio ; quia poſt vocem* . nihil . p *ſemiraſum eſt , & cætera ſunt ablata , & atramento recentiori ſuperſcriptum* v. *in dictione*. volo.) = v. 33. reſpondebitque : *reſponditque* . = v. 33. & 34. argues . dixitque Laban : *arguent* . *dixit Laban* . = v. 35. hircos , & arietes : *hircos , arietes* . = *ibid.* cunctum autem : *ac cunctum* . = *ibid.* tradidit : *& tradidit* . = v. 36. generum , qui paſcebat : *generum ſuum , qui paſcebat* . = v.37. & ex platanis : *& plataninas* . = *ibid.* ſpoliata fuerant , candor apparuit : *ſcoriata fuerint , candore paravit* . = *ibid.* integra fuerant : *integra erant* . = v. 39. colore reſperſa : *colore diſperſa* . = v. 40. virgas in canalibus : *virgas* . = *ibid.* & nigra quæque , Laban : *quæque & nigra , Laban* . = v. 42. erat : *erant* .

CAP. XXXI.

V. 1. quæ fuerunt Patris : *quæ fuit patris* . = v.3. maximè dicente : *maximeque dicente* . = v.6. totis viribus ſervierim : *totis viribus meis ſervierim* . = v. 8. greges alba : *greges albæ* . = v.11. Angelus Dei : *Angelus Domini* . = v. 12. univerſos maſculos : *omnes maſculos* . = v. 14. reſponderuntque Rachel : *reſponderant Rachel* . = v. 16. tibi Deus , fac : *tibi , fac* . = v.18. omnem ſubſtantiam ſuam : *omnem ſubſtantiam* . = v.20. ſocero ſuo, quod : *ſocero , quod &c.* = v.21. pergeret : *pergerent* . = v. 23. comprehendit eum in Monte : *comprehendit in monte* . = v.25. cumque ille conſecutus fuiſſet eum ; *cum ille conſecutus eum* . = v.26. quaſi captivas : (*Ita etiam habet lectio vetus ; literis verò recentioribus* . quaſi captivas ducens . *legitur.*) = v.27. & citharis : *& cithara.* = v.28. & 29. & nunc quidem . Valet &c. : *& nunc valet quidem* . = *item* v. 29. patris tui : *patris veſtri* . = *ibid.* contra Jacob : *cum Jacob* . = v.30. Eſto ad tuos : *& ſi tu ad tuos* . = v.32. inveneris , aufer : *inveneris, & aufer* . = v.35. accidit mihi : *accedit mihi* . = v.36. timenſque : *timenſque* . = *ib.* peccatum meum ſic : *peccatum ſic* . = v.39. furtim perierat : *furti perierat* . = v.40. fugiebatque ſomnus : *fugiebat ſomnus* . v.41. ſicque per viginti : *ſic per viginti* . = *ibid.* pro gregibus tuis : *pro gregibus* . = v.42. niſi Deus : *& niſi Deus* . = *ibid.* & timor : *& timoris* . = *ibid.* forſitan modò nudum : *forſitan nudum* . = v.43. reſpondit ei Laban : filiæ meæ , & filii : *reſpondit Laban : filiæ & filii* . = v.47. tumulum : *tumulus* . = v.49. intueatur & judicet Dominus : *intueatur Dominus , & judicet* . = v.53. intravit ergo Jacob : *intravit Jacob*. v.55. reverſuſque eſt in locum : *reverſus in locum*.

CAP. XXXII.

V.1. Jacob autem abiit in itinere , quod cœperat : *Jacob quoque abiit in itinere , quo cœperat* . = v.3. & nuntios : *nuntios* . = *ib.* in regionem Edom : *regionis . Edomi* = v. 6. reverſique ſunt nuntii : *reverſique nuntii* . = *ibid.* In occurſum tuum : *in occurſum tibi* . = v. 10. miſerationibus tuis , & veritate tua , quam &c. = *miſerationibus , & veritatem , quam &c.* = *ibid.* regredior : *egredior* . = v.11. de manu fratris mei Eſau : *de manu fratris mei , de manu Eſau* . = v.13. dormiſſet : *obdormiſſet* . (*Ita modò legitur literis vetuſtis Gothicis , abraſâ priori lectione.*) = *ibid.* ſeparavit de his : *ſeparavit.* = v 14. & arietes : *arietes* . = v.15. cum pullis ſuis : *cum filiis ſuis* . = v.17. habueris fratrem meum Eſau : *habueris Eſau fratrem meum* . = *ibid.* cujus ſunt iſta : *cujas iſta* . = v.18. Domino ſuo : *Domino meo.* = v.20. videbo illum , forſitan : *videbo, forſitan.* = v.22. maturè ſurrexiſſet : *manè ſurrexiſſet* . = v.28. At ille : (*Adduntur verba* . at ille .) = v. 30. vocavitque Jacob : *vocavit Jacob* . = v.32. comedunt : *comedent.*

CAP. XXXIII.

V.4. collum ejus , & : *collum , &* . = v.7. acceſſit quoque : *acceſſitque* . = *ibid.* cum pueris ſuis : *cum liberis ſuis.* = v.8. dixitque Eſau : *ait Eſau.* = *ib.* quas obviam habui : *quas obvias habui* . = *ibid.* domino meo : *domino*: (*Additur.* meo.) = v.9. At ille ait ; habeo plurima : *Et ille ; habeo , ait , plurima* . = v.10. dixitque Jacob : *dixit Jacob* . = v.13. dixitque Jacob ; noſti : *dixit Jacob ; noſti* . = v.14. ſicut videro , parvulos meos poſſe : (*Ita olim videtur ſcriptum fuiſſe in exemplari gothico ; modò, illâ ablatâ , ita habetur* . ſic ut videre poſſim parvulos meos . *atque incertum eſt, utrum legendum ſit,* ſicut *vel* ſic ut.) = v.15. de populo, qui &c. : *de populo meo, qui &c.* = *ibid.* viæ tuæ. Non eſt : *viæ tuæ . dixitque Jacob , non eſt* . (*Hæc verba* . dixitque Jacob . *in margine habentur ; ſed videntur ſcripta eâdem manu , qua contextus* .)

CAP. XXXIV.

V.2. adamavit eam , & rapuit : *adamavit , & rapuit* . = v.8. adhæſit anima : *adhæſit animæ* . = v.9. traditæ nobis : *contraditæ nobis* . = v.12. augete dotem , & munera poſtulate ; & libenter &c. : *augete dotem , munera poſtulate ; libenter &c.* = v. 15. & circumcidatur in vobis omnis : *ut circumcidatur in vobis omne* . = v.17. ſi autem : *ſin autem* . = v. 20. locuti ſunt ad populum : *locuti ſunt populo* . = v.22. unum eſt, quo : *unum eſt, quod* . = v.24. aſſenſique ſunt : *aſſenſi ſunt* . = v.29. eorum & uxores : *& uxores eorum* . = v. 30. feciſtis me Chananæis : *feciſtis Chananæis* .

CAP. XXXV.

V.1. Deo : *Domino* . = v.2. mutate veſtimenta veſtra : *mutate veſtimenta* . = v.4. in auribus eorum : *in auribus eorum* . (*Ita videtur habere ; ſed non plane legitur* .) = *ibid.* eas ſubter terebinthum : *eas ſub terebin- .* = v.5. recedentes : *cedentes* . = v.7. nomen loci illius , domus Dei : *nomen loci , domus Dei* . = v.8. ſepulta eſt ad radices : *ſepulta ad radices*. = *ibid.* nomen loci illius , quercus &c. : *Nomen loci , quercus &c.* = v.16. egreſſus autem inde : *egreſſus inde*.

inde . = v. 18. appellavit eum Ben-iamin : *appellavit Ben-iamin* . = v.19. ſepulta eſt in via : *ſepalta in via.* = *ibid.* hæc eſt Bethlehem : *hæc eſt quæ ducit Euphratam* . (*Ita habet contextus ; in margine verò literis recentioribus.* Bethlehem. *ſcribitur, ut legatur.* hæc eſt quæ ducit Bethlehem.) = v.23. Levi , & Judas : *Levi , Judas* , = v. 26. hi ſunt filii : *hi filii* .

CAP. XXXVI.

V.4.*&* 5. Rahuel; Oolibama genuit : *Raguel ; Oolibama edidit* . = v.9. Hæ autem ſunt : *hæ ſunt* . = v.10. nomina filiorum ejus : *nomina filiorum* . = *ibid.* Rahuel quoque filius : *Raguel filius* . = v. 11. Sepho , & Gatham , & Cenez . Erat autem &c. : *Sephu , & Gatham , & Cenez , & Core . Erat autem &c.* = v.12. Ada : *Ade* . = v.13. Rahuel , Nahath & Zara , Samma : *Raguel , Nahath & Zara Semma* . = v.14. Anæ : *Ana* . = v.15. Sepho : *Sephu* . = v. 16. *&* 17. Ada ; hi quoque filii Rahuel : *Ade ; hi quoque filii Raguel* . = *ibid.* Samma : *Semma* . = v.17. hi autem duces Rahuel : *hi duces Raguel* . = v.18.*&* 19. Anæ uxoris Eſau . Iſti ſunt filii Eſau , & hi duces eorum : *Ana uxoris Eſau , & hi duces eorum* . = v.20. iſti ſunt filii : *iſti filii* . = v.21. & Ana, & Diſon , & Aſer , & Diſan : *& Anam , Deſon , & Eſer , & Deſan* . = v.22. Hori , & Hemam : *Horri, & Themam* . = v.23. Alvan & Manahat & Ebal & Sepho : *Aluban , & Manehet & Ebal , Sephi* . = v.24. Aia & Ana : *& Abaia , & Aman* . = *ibid.* aſinas Sebeon : *aſinos Sabahon* . = v.25. Diſon : *Deſan* . = v.26. Diſon : *Deſan* . = *ibid.* Eſeban : *Esban.* = v.27. Zavan: *Zeſan.* = v.28. Diſan: *Deſan.* = v.30. dux Diſon , dux Eſer , dux Diſan : *dux Deſon , dux Eſer , dux Deſan* . = v.32. Bela : *Bale* . = v.33. Bela : *Bale* . = v.35. Avith : *Aabit* . = v.38. Balanan: *Baloanan.* = v.39. Adar : *Adad* . = *ibid.* Phau : *Phou.* = *ibid.* Meetabel filia Matred : *Methezabel filia Matrabid* . = v.40. nomina ducum Eſau : *nomina Eſau* . = *ibid.* Alua , dux Jetheth : *Aluban, dux Jethethetb* . = v.43. Mapſae , dux Magdiel : *Mabzar , dux Maidiel.* = *ibid.* ipſe eſt Eſau : *ipſe eſt pater Eſau* .

CAP. XXXVII.

V.2. generationes ejus . (*Huc uſque in Exemplari Gothico prætenditur Caput præcedens* .) = *ibid.* patrem crimine : *patrem ſuum crimine* . = v.3. ſuper omnes filios, eo quod &c. : *ſuper omnes filios ſuos , eo quod &c.* = v.4. à patre plus cunctis : (*Additur* . plus .) = v.5. fratribus ſuis , quæ : *fratribus , quæ &c.* = v.8. Hæc ergo cauſa : *Hæc cauſa.* = v.13. paſcunt oves : *paſcent oves* . = v.14. ait ei : *ait* . = *ibid.* proſpera ſint erga : *proſpera ſunt erga* . = *ibid.* quid agatur : *quid agitar* : = v.15. interrogavit quid quæreret : *interrogavit eum, quid quæris?*. = v.17. audivi autem : *audivi enim* . = v.18. accederet : *accederat* . = v.20. proſint ſomnia ſua; *proſunt ſomnia ſua.* = v.21. Audiens autem hoc : *audiens hoc* . = v.23. ad fratres ſuos : *ad fratres* . = v. 24. in ciſternam veterem, quæ &c.: *in ciſternam , quæ &c.* = v.25. Iſmahelitas: *Smabelitas* . = v.27. Iſmahelitis : *Smabelitis* . = v.28. Madianitis : *Smabelitis* . = *ibid.* vendiderunt eum Iſmahelitis : *vendiderunt Smabelitis* . = v.30. ad fratres ſuos , ait : *ad fratres , ait* . = v.31. quem occiderant : *quem coxerant , & ederant* . = v.32. qui ferrent ad patrem, & dicerent : *qui ferret ad patrem , & diceret* . = v.34. lugens filium ſuum : *lugens filium* . = v. 36. Madianitæ : *Madianæi* . = *ibid.* in Ægypto Phutiphari : *in Ægypto, emitque eum Phutiphar* , = *ibid.* militum : *militiæ*

CAP. XXXVIII.

V.2. Sua : *Sue* . = v. 4. rurſumque : *rurſum* . = *ibid.* vocavit Onan : *nominavit Onan* . v.7. fuit quoque Her : *fuit Her* . = v.10. eo quod rem : *quòd rem* . = v.11. ſicut fratres : *ſicut & fratres* . = v.12. Sua uxor : *Sue uxor* . = *ibid.* Odollamites : *Adollamita* . = v. 17. rurſumque : *rurſum* . = v.18. quem manu : *quem in manu* . = v.20. Odollamiten : *Adollamiten* . = v.21. interrogavit homines : *interrogavit hominem.* = v.22. reverſus eſt ad Judam , & dixit : *reverſus ad Judam , dixit* . = v.23. non poteſt : *non poterit* . = v.24. dixitque Judas : *dixit Judas* . = v.25 cum duceretur : *cum educeretur* . = v.28. in qua : *in quo* . = v.30. frater ejus : *frater* .

CAP. XXXIX.

V.1. princeps exercitus ſui : *princeps exercitus* . = *ibid.* Iſmahelitarum : *Smabelitarum* . = v.3. eſſe : (*Additur* . eſſe .) = v.7. injecit : *jecit* . = *ibid.* oculos ſuos in Joſeph : *oculos in Joſeph* . = v.10. & ille : *at ille* . = v. 11. Accidit autem quadam die, ut intraret Joſeph domum : *accidit autem , ut quadam die intraret Joſeph in Domum* . = v.14. vocavit ad ſe homines : *vocavit homines* . = v.18. reliquit pallium , quod tenebam , & fugit: *reliquit pallium , & fugit* . = v. 21. miſertus eſt illius, & dedit ei : *miſertus illius , dedit ei* .

CAP. XL.

V.1. his itaque geſtis : *his ita geſtis* . = v.4. & illi in cuſtodia : *& illi qui in cuſtodia* . (. qui. *Additur.*) = v.6. vidiſſet eos triſtes : *vidiſſet triſtes* . = v.8. *&* 9. quid videritis . Narravit prior : *quòd vidiſtis. Narravit prius* . = *ibid.* ſomnium ſuum : *ſomnium* . = v.10. in gemmas : *gemmas* . = v.13. miniſterii tui : *magiſterii tui* . = v.14. ut educat : *& educat.* = v. 21. porrigeret ei poculum : *porrigeret regi poculum* .

CAP. XLI.

V.3. & paſcebantur : *paſcebantur* . = v.7. evigilans Pharao poſt quietem : *evigilans poſt quietem* . = v.8. ad omnes conjectores : *ad conjectores.* = v.11. præſagium : *præſagum* . = v.13. in cruce : *in patibulo* . = v.14. eductum de carcere : *eductus de carcere* . = v.15. vidi ſomnia : *vidi ſomnium* . = *ibid.* quæ audivi , te ſapientiſſimè conjicere : *& quia audivi , te prudentiſſimè conjicere.* = v.17. narravit ergo Pharao, quod &c. : *narravit ergo illi , quod &c.* = v.22. vidi ſomnium : *vidi ſomnium aliud* . (. aliud . *Additur.*) = v.24. de-

= v.24. devoraverunt : *devorabant*. = v.25. quæ facturus: *quod facturus*. = v. 29. Ecce ſeptem: *& ſeptem*. = v. 30. quos ſequentur : *quos ſequentes*. = *ibid.* eſt enim fames: *eſt fames*. = v.31. perditura eſt inopiæ: *perditura inopiæ*. = v.32. ſermo Dei: *ſermo Domini*. = v.34. per cunctas: *per ſingulas*. = v.36. Et præparetur : *& paretur*. = *ibid.* oppreſſura eſt : *preſſura eſt*. = v.39. & conſimilem : *& ſimilem*. = v.41. Dixitque : *dicens quoque*. = v.42. tulitque annulum : *tulit annulum*. = *ibid.* dedit eum in manu : *dedit in manu*. = v.43. fecitque eum aſcendere : *fecitque aſcendere*. = v.44. rex Ægypti ad Joſeph : *rex ad Joſeph*. = v.45. Aſeneth filiam Phutipharis Sacerdotis : *Aſenneth Pautiphare filiam ſacerdotis*. = *ibid.* egreſſus eſt itaque : *egreſſus itaque*. = v.46. triginta autem annorum : *triginta annorum*. = *ibid.*& circuivit : *circuivit*. = v.49. fuit abundantia: *fuit multitudo*. = v.50. natique ſunt Joſeph : *nati ſunt autem Joſeph*. = v. 54. panis erat : *fames erat*. = v.55. quidquid ipſe vobis : *quidquid vobis*.

CAP. XLII.

V.6. Joſeph erat princeps in Terra Ægypti : *Joſeph princeps Ægypti*. = v. 9. ait ad eos: *ait*. = v.11. pacifici venimus : *pacificè venimus*. = v.13. At illi dixerunt : *& illi*. = v.16. falſa ſint : *falſa ſunt*. = v.17. tradidit ergo illos : *tradidit illos*. = v.18. facite, quæ : *facite, quod*. = v.21. ſunt ad invicem : *ſunt invicem*. = *ibid.* dum deprecaretur : *quum deprecaretur*. = v.23. loqueretur ad eos : *loquebatur ad eos*. = v.25. tollenſque Simeon : *tollens Simeon*. = *ibid.* juſſit miniſtris : *juſſitque miniſtris*. = v.26. in aſinis ſuis : *in aſinis*. = v.28. in ſacco : *in ſacculo*. = v.30. exploratores eſſe provinciæ : *exploratores provinciæ*. = v.32. cum patre noſtro eſt : *cum patre noſtro verſatur*. = v. 34. & iſtum : *ut iſtum*. = v. 35. Saccorum : *Sacculorum*. = v. 36. & Beniamin : *Beniamin*. = v.37. trade illum in manu : *trade in manu*. = *ibid.* tibi reſtituam : *reſtituam*. = v.38. & ipſe ſolus : *ipſe ſolus*. = *ibid.* adverſitatis : *adverſi*.

CAP. XLIII.

V.2. emite nobis pauxillum : *emite pauxillum*. = v.3. atteſtatione juriſjurandi : *teſtificatione jurandi*. = v.4. ſi ergo vis : *ſi enim vis*. = v. 6. Dixit eis: *Dixit enim eis*. = v.12. pecuniam quoque duplicem : *pecuniamque duplicem*. = v.14. Deus autem meus omnipotens : *Deus autem omnipotens*. = *ibid.* tenet in vinculis, et &c. : *tenet et &c.* = v.15. tulerunt autem : *tulerunt ergo*. = v. 18. & nos : *nos*. = v.20. audias nos : *audias*. = v. 21. ſaccos : *ſacculos*. = v.22. quæ nobis neceſſaria : *quæ neceſſaria*. = v.23. in ſaccis : *in ſacculis*. = v.25. ingrederetur : *egrederetur*. = v.26. domum ſuam : *domum*. = *ibid.* in manibus ſuis : *in manibus*. = v. 27. interrogavit eos : *interrogavit*. = v.28. ſervus tuus, pater noſter, adhuc vivit : *ſervus tuus adhuc*.

CAP. XLIV.

V.1. pecuniam : *pecunias*. = v.4. urbem exierant: *urbe exierant*. = *ibid.* domus ait : *domus ſuæ*. = *ibid.* inquit, & perſequere : *inquit, perſequere*. = v.10. qui dixit eis : *qui dixit*. = v.11. aperuerunt ſinguli : *aperuerunt ſingula*. = v. 17. vos autem abite : *vos abite*. = v. 18. accedens autem propius : *accedens propius*. = v.26. deſcenderit : *deſcendet*. = v.30. dependeat : *pendeat*. = v.32. ſervus tuus ſim : *ſervus tuus*. = v. 34. patrem meum, abſente &c. : *patrem, abſente &c.*

CAP. XLV.

V.1. præcepit, ut egrederentur : *præcepit, egrederentur*. = v.3. non poterant : *nec poterant*. = *ibid.* nimio terrore : *nimia timore*. = v.4. Joſeph frater veſter, quem &c. : *Joſeph, quem &c.* = v. 6. eſt enim, quod : *eſt, quod*. = *ibid.* poterit : *poterint*. = v.17. fratribus ſuis dicens : *fratribus ſuis*. = v.21. feceruntque filii : *fecerunt filii*. = v.22. ſingulis quoque : *ſinguliſque*. = v.26. Joſeph filius tuus vivit; & ipſe dominatur in omni &c. : *Joſeph vivit; & ipſe dominatur omni &c.* = *ibid.* quo audito, Jacob, quaſi &c. : *quo audito quaſi &c.* = v.27. illi e contra : *illi contra*.

CAP. XLVI.

V. 1. omni ſpiritui credere : *credere omni ſpiritui* . = *ibid.* exierunt in mundum : *prodierunt in hunc mundum* . = 3. de quo : *quem* . = 4. eum : *eos* . = 5. eos audit : *audit eos* . = 6. qui non eſt ex Deo ; non audit nos : *qui ex Deo non eſt ; non audit nos* ; (*Sed adduntur in Cod.*) = 7. nos ; (*Deeſt in Cod.*) = *ibid.* quia : *quoniam* . = *ibid.* diligit , ex : *diligit fratrem ſuum , ex* . = 12. Si : *Quodſi* . = 13. cognoſcimus : *intelligimus* . = 15. quoniam : *quia* . = 16. credidimus : *credimus* . = 17. Charitas nobiſcum : *Charitas Dei in nobis* . = *ibid.* quia ſicut ille eſt, & nos ſumus : *ut ſicut ille eſt , & nos ſimus* . = 21. à Deo : *ab eo* .

C A P. V.

V. 1. Jeſus eſt Chriſtus : *Jeſus Chriſtus* . = *ibid.* eum qui genuit ; diligit & eum : *genitorem ; diligit eum* . = *ibid.* natus eſt ex eo : *ex eo natus eſt.* = 2. natos Dei ; cum Deum diligamus , & mandata eius faciamus : *filios Dei ; cum Deum diligimus , & mandata ejus ſervamus* . = 5. eſt qui : *eſt autem qui* . = *ibid.* quoniam : *quia* . = *ibid.* eſt filius Dei ? : *filius Dei eſt ?* . = 6 Jeſus Chriſtus : *& ſpiritum Jeſus Chriſtus* . = *ibid.* non in aqua : *& non in aqua.* = *ibid.* ſanguine : *ſanguine & ſpiritu* . = *ibid.* Et ſpiritus eſt qui : *Spiritus eſt qui* . = 7. Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant iu cęlo Pater , verbum , & ſpiritus ſanctus . & hi tres unum ſunt . v. 8. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra ; ſpiritus aqua & ſanguis, & hi tres unum ſunt : *Quia tres ſunt qui teſtimonium dant in terra ſpiritus , & aqua , & ſanguis ; & hi tres unum ſunt in Chriſto Jeſu . tres ſunt qui teſtimonium dicunt in cęlo, Pater , Verbum , & Spiritus , & hi tres unum ſunt* . = 9. quoniam : *quia* . = 10. Qui credit in filium Dei : *Quem miſit Salvatorem ſuper terram, & filius teſtimonium perhibuit in terra ſcripturas perficiens ; & nos teſtimonium perhibemus , quoniam vidimus eum , & annunciamus vobis ut credatis ; & ideò qui credit in filio Dei* . = *ibid.* quia non credit in teſtimonium : *quoniam non credit in teſtimonio* . = 12. filium : *filium Dei* . = 13. ſcribo : *ſcripſi* . = 15. quia : *quoniam* . = 16. Qui : *Siquis.* = *ibid.* petat , & dabitur ei vita , peccati non ad mortem . Eſt peccatum ad mortem ; non pro illo dico ut roget quis : *petat pro eo , & dabit ei vitam Deus , ſed non his qui uſque ad mortem peccant, eſt enim peccatum uſque ad mortem ; non pro illo dico ut poſtulet* . = 18. quia : *quoniam* . = 20. venit ; & dedit : *venit ; & carnem induit noſtri cauſa, & paſſus eſt , & reſurrexit à mortuis ; aſſumpſit nos, & dedit* . = *ibid.* filio eius . Hic : *filio eius Jeſu Chriſto. Hic* . = 21. Amen ; (*Deeſt in Cod.*).

EPISTOLA JOHANNIS APOSTOLI
S E C U N D A.

Argumentum in Epiſtolam Secundam Johannis Apoſtoli ; Uſqueadeo &c. (*Non habetur.*)

C A P. U N I C U M.

V. 1. SEnior , Electę Dominę & natis : *Joannes ſenior Electę Dominę & filiis* . = 2. quę : *qui* . = 3. & à Chriſto Jeſu filio Patris : *& à Domino Jeſu Chriſto filio Dei Patris* . = 5. alterutrum : *invicem* . = 7. exierunt : *prodierunt* . = *ibid.* veniſſe : *venientem* . = 9. recedit : *recedit* . = *ibid.* Qui : *Nam qui* . = *ibid.* & patrem & filium : *& filium & patrem* . = 12. plura : *multa* . = *ibid.* futurum apud : *venturum ad* . = *ibid.* plenum ſit : *ſit plenum* . = 13. Electę : *Electa* .

EPI-

EPISTOLA JOHANNIS APOSTOLI
T E R T I A.

Argumentum in Epiſtolam Tertiam Johannis Apoſtoli; Gajum Pietatis &c. (*Non habetur*.)

CAP. UNICUM.

V. 2. DE omnibus orationem facio proſperè te ingredi & valere : *per omnia opto te bene agere & valere*. = 4. Maiorem horum non habeo gratiam : *Maius autem horum non habeo gaudium*. = 6. teſtimonium : *qui teſtimonium*. = *ibid.* benefacies : *benefacis*. = 7. Gentibus : *Gentilibus*. = 9. Diotrepes : *Diotrephes*. = 10. opera quę : *opera* maligna *quę*; (*Additur*. maligna.) = *ibid.* neque : *nec*. = 11. ſed quod : *ſed potius quod*. = *ibid.* Qui bene : *Qui enim bene*. = *ibid.* qui malè : *qui autem male*. = 12. Demetrio : *De Demetrio*. = 13. Multa habui tibi ſcribere; ſed nolui per atramentum & calamum ſcribere tibi. v. 14. Spero autem protinus te videre, & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim : *Multa quidem habui ſcribere tibi; ſed nolo per atramentum & calamum ſcribere tibi. Spero autem me protinus te viſurum, & os ad os loqui tecum. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta tu amicos nominatim. vale.*

J U D Æ A P O S T O L I
E P I S T O L A · C A T H O L I C A·

Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum; Judas Frater &c. (*Non habetur in Cod. Goth.*)

Argumentum in Epiſtolam Judę Apoſtoli; *Judas Apoſtolus &c.* (Non habetur.)

CAP. UNICUM.

V. 1. JEſu Chriſti : *Chriſti Jeſu*. = *ibid.* ſunt; (*Deeſt in Cod.*) = *ibid.* & Chriſto Jeſu conſervatis; & vocatis : *& in Jeſu Chriſto conſervatis*; vocatis; (*Additur*. vocatis.) = 3. ſupercertari : *concertari*. = 4. homines qui : *homines impii qui*. = *ibid.* impii; (*Non eſt in Cod.*) = 5. ſemel; (*Non habetur in Cod.*) = *ibid.* quoniam Jeſus : *quoniam Deus ſemel*. = 7. ſimili modo exfornicatę : *quæ ſimili harum modo fornicatę ſunt*. = *ibid.* ſuſtinentes : *luentes*. = 8. ſimiliter & hi carnem : *ſimiliter & hi ſomniantes carnem*. = *ibid.* autem : *verò*. = 11. via : *viam*. = *ibid.* abierunt; & errore : *abierunt*, & redditioni Lamech confiderunt; *& erroris*; (*Adduntur rot. char. verba.*) = *ibid.* & in contradictione : *& contradictione*. = 12. maculę : *maculati*. = *ibid.* bis mortuę eradicatę : *eradicatę bis mortuę*. = 13. feri : *feroces*. = *ibid.* procella : *calligo*. = *ibid.* ſervata eſt in ęternum : *in ęternum ſervata eſt*. = 15. contra omnes; & arguere omnes impios; (*Deſunt in Cod.*) = *ibid.* egerunt, & de omnibus duris, quę : *egerunt & arguere omnes impios de omnibus quibus impiè vixerunt, & de omnibus duris verbis, quę*. = 16. querulosi : *querelosi*. = *ibid.* eorum : *illorum*. = 18. deſyderia ſua : *ſua deſyderia*. = *ibid.* impietatibus : *impietatem*. = 20. ſanctiſſimę noſtrę fidei : *ſanctiſſima veſtra fide*. = 21. ſervate : *conſervate*. = 23. et; (*Deeſt in Cod.*) = 24. vos conſervare : *confirmare vos*. = *ibid.* in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti; (*Deſunt in Cod.*) = 25. & magnificentia : *magnificentia*.

APOCALYPSIS JOHANNIS APOSTOLI.

(*Hoc Argumentum præfertur Apocalypſi in Cod. Goth. ſine Authore tamen.*)

BEatus Johannes Apoſtolus, poſt paſſionem, atque aſcenſionem Domini, & Salvatoris noſtri; in una urbium Aſię, quę appellatur Epheſus, eccleſiam ſua inſtitutione conſtituit; cui & uſque in diem obitus ſui prefuit : nam ibi pręſentis vitę curſu fęliciſſime conſummato, grandevus (ut hiſtoria

hiſtoria eccleſiaſtica refert) & defunctus eſt, & ſepultus. Is ergò cum fidem Chriſti, per totam Aſiam Judæis & gentibus inſtantiſſime prędicaret, prius quam euangelium ſuum ſcriberet, ob eandem, quam prędicabat fidem, à Domitiano Veſpaſiani filio, qui fratri Tito in regno ſucceſſerat, quintodecimo imperii eius anno, in Pathmo inſula relegatus, hanc Apocalypſim ſcripſit: ut quemadmodum per Moyſem (qui præ omnibus hominibus manſuetus extitit) inchoatio libri Geneſeos, ab incorruptibili principio ſumpſit exordium; ita per Joannem præ cæteris dilectum diſcipulis, in novi teſtamenti clauſula, finis incorruptibilis redderetur; dicente ipſo, qui & in Moyſe & Joanne locutus eſt, Ego ſum. A. & Ω. primus & noviſſimus, principium & finis. Deus quippe charitas eſt, qui & principium ſine principio, & finis ſine fine eſt: Unde & Deitas (*fortè legendum*. Charitas.) finis præcepti eſt. & ideò in cunctis ferè ſcripturæ divinæ voluminibus nihil aliud inſinuatur, quàm Dei proximique dilectio. Sicut ergò plenitudo legis eſt charitas, ita hæc Apocalypſis, & veteris, & novi Teſtamenti perfecta plenitudo Legis eſt. Scripſit itaquè iuxta myſtica ſeptiformis Spiritus Sacramenta, ad ſeptem eccleſias; quarum principes & in quibus, univerſas per totum orbem eccleſias, appellatione dignitatis angelicæ, vel in virtutibus laudat, vel arguit in delictis. Finis.

C A P. I.

V. 1. Apocalypſis: *Revelatio*. = *ibid.* per; (*Non eſt in Cod.*) = 3. & audit: *& qui audiunt*. = *ibid.* huius; (*Deeſt in Cod.*) = 5. à Jeſu: *ab Jeſu*. = 6. nos regnum & ſacerdotes: *noſtrum regnum & Sacerdotes*. = *ibid.* Amen; (*Deeſt in Cod.*) = 9. in Chriſto Jeſu: *in Jeſu*. = 11. quæ ſunt in Aſia; (*Non habentur in Cod.*) = *ibid.* & Pergamo: *Pergamo*. = *ibid.* & Philadelphiæ: *Philadelphiæ*. = *ibid.* Laodiciæ: *Laudociæ*. = 13. aureorum; (*Deeſt in Cod.*) = 14. tanquam lana: *velut lana*. = *ibid.* tanquam flamma: *velut flamma*. = 15. aurichalco: *criehalco*. = *ibid.* vox illius: *vox fermonum illius*.

C A P. I I.

V. 1. ambulat: *ambulabat*. = 4. pauca; (*Deeſt in Cod.*) = *ibid.* primam: *priſtinam*. = 7. Vincenti dabo edere: *Vincenti, dabo ei edere*. = 9. tuam; (*Non eſt in Cod.*) = 10. aliquos; (*Nec habetur in Cod.*) = 12. romphæam utraque: *romphęam ex utraque*. = 13. illis; (*Non eſt in Cod.*) = 14. quia; (*Deeſt in Cod.*) = *ibid.* tenentes; [*Non habetur in Cod.*] = 16. veniam: *venio*. = 17. dabo manna: *dabo edere manna*. = *ibid.* illi: *ei*. = 18. tanquam: *ut*. = *ibid.* aurichalco: *ucriehalco*. = 19. & fidem & charitatem tuam: *& charitatem, & fidem*. = *ibid.* prioribus: *priorum*. = 20. pauca; (*Deeſt in Cod.*) = *ibid.* Jezabel: *Zezabel*. = *ibid.* ſe dicit: *dicit ſe*. = *ibid.* ſeducere: *ſeducit*. = 22. mittam: *mitto*. = *ibid.* ab operibus ſuis egerint: *egerint ab operibus ejus*. = 23. in mortem: *in morte*. = 26. & cuſtodierit: *& qui cuſtodierit*. = 27. eas: *illas*.

C A P. I I I.

V. 1. Eccleſiæ Sardis: *Sardis Eccleſiæ*. = 3. ad te; (*Deſunt in Cod.*) = *ibid.* neſcies: *neſcis*. = 7. claudit; claudit: *claudit; & claudit*. = 8. Ecce: *Et ecce*. = 10. ſervabo te: *te ſervabo*. = 11. Ecce; (*Non eſt in Cod.*) = 12. eum: *illum*. = 14. Laodiciæ: *Laudociæ*. = 16. evomere: *eiicere*. = 18. ut non: *& non*. = 20. intrabo: *introibo*.

C A P. I V.

V. 2. citò; (*Deeſt in Cod.*) = 5. qui: *quæ*. = 8. habebant alas ſenas in: *habent alas ſenas & in*. = *ibid.* habebant die ac: *habent die et*. = 9. viventi: *& viventi*. = 10. procidebant: *procident*. = *ibid.* mittebant: *mittent*.

C A P. V.

V. 3. neque; (*Deeſt in Cod.*) = 5. dixit: *dicit*. = *ibid.* ſolvere; (*Non eſt in Cod.*) = 6. tanquam: *quaſi*. = 7. accepit de dextera ſedentis in throno librum: *accepit librum de dextera ſedentis in throno*. = 8. aperuiſſet: *accepiſſet*. = 9. & cantabant canticum novum: *& cantant novum canticum*. = *ibid.* Domine; (*Non eſt in Cod.*) = 10. regnabimus: *regnabunt*. = 13 eſt; (*Non habetur in Cod.*) = *ibid.* & ſub terra: *& quæ ſub terram*. = *ibid.* poteſtas in: *poteſtas Deo noſtro in*. = 14. viginti quatuor. *ibid.* in facies ſuas. *ibid.* viventem in ſæcula ſæculorum; (*Omnia deſunt in Cod.*)

C A P. V I.

V. 1. ſigillis: *ſignaculis*. = 2. Et vidi; (*Deſunt in Cod.*) = *ibid.* & exivit: *exivit*. = 3. & vide; (*Adduntur in Cod.*) = 4. ei ut ſumeret pacem de: ei *ut ſumeret* pacem de; [*Adduntur verba rotund. charact.*] = *ibid.* eſt ei: *eſt illi*. = 5. illum: *eum*. = 6. dicentium: *dicentem*. = 8. ſuper eum: *deſuper*. = 9. propter; (*Non eſt in Cod.*) = 10. uſquequo: *quouſque*. = *ibid.* & non vindicas: *& vindicas*. = 11. adhuc tempus: *tempus adhuc*. = *ibid.* compleantur conſervi eorum, & fratres: *impleatur numerus conſervorum, & fratrum*. = *ibid.* ſicut & illi: *ſicut illi*. = 12. & ecce; (*Deſunt in Cod.*) = *ibid.* magnus factus eſt: *factus eſt magnus*. = *ibid.* cilicinus: *cilinus*. = *ibid.* tota facta eſt: *facta eſt tota*. = 13. de cęlo: *cęli*. = *ibid.* emittit: *mittit*. = *ibid.* cum à vento: *cum vento*. = 15. & in petris: *& petris*.

C A P. V I I.

V. 1. ne flarent: *ne flaret ventus*. = 3. & mari: *neque mari*. = 9. magnam quam: *magnam ſtantem quam*. = 9. thronum & in coſpectu: *thronum in conſpectu*. = 11. Deum; (*Non eſt in Cod.*) = 12. actio, honor: *actio, & honor*. = 13. & dixit: *dicens*. = 15. habitabit: *habitat*. = 16. nec: *neque*. = 17. vitæ fontes: *fontes vitæ*. = *ibid.* ab oculis: *ex oculis*.

CAP. VIII.

V. 3. de orationibus : *orationibus* . = *ibid.* Dei; (*Non eſt in Cod.*) = 5. magnus ; (*Deeſt in Cod.*) = 6. præparaverunt : *paraverunt* . = 7. angelus ; (*Deeſt in Cod.*) = *Ibid.* concremata : *combuſta* . = 8. ſanguis : *ſanguinis* . = 9. eorum ; (*Non eſt in Cod.*) = *ibid.* habebant : *habent* . = 11. dicitur ; (*Deeſt in Cod.*) = 12. & tertia pars lunæ & tertia pars ſtellarum : *& tertia pars ſtellarum & tertia pars lunæ* . = 12. ita ut : *ut* . = *ibid.* pars tertia : *tertia pars* . = *ibid.* noctis : *nox* . = 13. vocibus trium : *vocibus tubæ trium* .

CAP. IX.

V. 1. ei : *Illi* . = 2. & aperuit puteum abyſſi ; (*Adduntur in Cod.*) = 3. putei ; (*Deeſt in Cod.*) = 4. ſuis ; (*Non eſt in Cod.*) = 5. eos : *illos* . = 6. & deſyderabunt mori & ſugiet mors ab eis ; (*Superadditur , eraſis aliquibus verbis de contextu* . & deſiderabunt mori , & ſugiet mors ab ipſis .) = *ibid.* tanquam : *ſicut* . = 9. earum : *illarum* ; (*Additur in Cod.*) = *ibid.* equorum : *& equorum* . = 10. erant ; (*Deeſt in Cod.*) = *ibid.* & poteſtas : *poteſtas* . = 11. habebant : *habent* . = *ibid.* Latinè habens : *Et Latinè habet* . = 13. quatuor ; (*Non eſt in Cod.*) = 14. Euphrate : *Euphratem* . = 16. Et audivi : *Audivi* . = 18. Et ab his : *Ab his* . = *ibid.* & ex ſumo : *Et ſumo* . = *ibid.* quæ procedebant : *qui procedebat* . = 19. habentes : *habentibus* . = 20. adorarent : *adorent* . = 21. neque à veneficiis ſuis ; (*Deſunt in Cod.*)

CAP. X.

V. 4. voces ſuas , ego ; (*Non ſunt in Cod.*) = *ibid.* mihi ; (*Deeſt in Cod.*) = *ibid.* & noli : *noli* . = 5. ſtantem : *ſtare* . = *ibid.* ſuper : *ſupra* . = 6. in eo : *in illo* . = *ibid.* & ea quæ : *Et quæ* . = *ibid.* non erit amplius : *amplius non erit* . = 8. Et audivi vocem : *Et vox quam audivi* . = *ibid.* & accipe : *accipe* . = *ibid. bis* . ſuper : *ſupra* . = 10. dixit : *dicit* . = *ibid.* librum ; (*Deeſt in Cod.*) = 11. illum : *eum* . = 12. dixit : *dicit* . = *ibid.* Gentibus & populis : *populis & Gentibus* .

CAP. XI.

V. 1. & dictum eſt mihi : *dicens* . = 2. templum ; (*Additur* .) = 5. voluerit eos : *eos voluerit* . = *ibid. bis* . eorum : *illorum* . = 7. eos bellum : *illos bellum* . = *ibid.* illos ; (*Deeſt in Cod.*) = *ibid.* eos : *illos* . = 8. jacebunt in plateis civitatis magnę : *in plateis civitatis magnæ iacebunt* . = 9. de tribubus & populis : *de populis & tribubus* . = *ibid.* per tres dies & dimidium ; & corpora eorum ; (*Deſunt in Cod.*) = *ibid.* ſinent : *ſinunt* . = 10. mittent invicem : *mittent ſibi invicem.* = *ibid.* habitabant : *inhabitant.* = 12. eis : *illis* . = 14. & ecce : *ecce* . = 15. & Chriſti ejus . *Jeſu Chriſti* . = 16. & qui venturus es ; (*Deſunt in Cod.*) = *ibid.* quia : *qui* . = 18. exterminandi : *exterminaſti* .

CAP. XII.

V. 1. magnum apparuit ; (*Ita modò legitur ; vetus lectio* . ſignum paruit. *habebat.*) = 2. clamabat : *clamat.* = *ibid.* pariat : *pareret* . = 3. diademata ſeptem : *ſeptem diademata* . = 5. erat : *eſt* . = 6. habebat : *habet* . = *ibid.* eam : *illam* . = 7. magnum ; (*Non eſt in Cod.*) = 8. inventus eſt : *eſt inventus* . = 9. & proiectus : *projectus* . = 10. in cęlo : (*Deſunt in Cod.*) = *ibid.* illos : *eos* . = 11. eum : *illum* . = 13. eſſet : *eſt* . = 14. alæ duæ : *duæ alæ* . = *ibid.* alitur : *alatur* . = 18. ſupra : *ſuper* .

CAP. XIII.

V. 1. nomina : *nomen* . = 3. vidi ; (*Deeſt in Cod.*) = 5. eſt ei poteſtas : *eſt illi poteſtas* . = 6. & tabernaculum eius ; (*Adduntur in Cod.*) = 7. eſt datum : *datum eſt* . = *ibid.* eos : *illos* . = *ibid.* illi : *ei* . = 8. adoraverunt : *adorabunt* . = 10. vadit : *vadet* . = 11. aſcendentem : *deſcendentem* . = 12. fecit terram & habitantes : *facit terram & inhabitantes* . = 14. in terra : *terram* . = 15. & ut : *ut et* . = *ibid.* adoraverint : *honoraverint* . = *ibid.* occidantur : *occidatur* . = 16. Et faciet omnes : *Et faciet homines* . = *ibid* ſua aut ; (*Deſunt in Cod.*) = 17. & nequis : *ut nequis* . = *ibid.* aut nomen : *nominis* .

CAP. XIV.

V. 1. cum eo : *cum illo* . = 2. Citharædorum : *citharæ duorum* . = 4. ierit : *abierit* . = 5. eorum : *ipſorum* . = *ibid.* ante thronum Dei ; (*Deſunt in Cod.*) = 6. cęli : *cęlum* . = 7. mare : *& mare* . = *ibid.* & omnia quæ in eis ſunt ; (*Deſunt in Cod.*) = 8. eſt dicens : *eſt eum dicens* . = 9. Et tertius : *Et alius tertius* . = 11. aſcendet in ſecula ſæculorum ; nec habent : *in ſæcula ſæculorum aſcendet ; nec habebunt.* = *ibid.* ac nocte : *Et nocte* . = 14. ſuper : *ſupra* . = 15. alius : *alter* . = *ibid.* ut metatur : *metendi* . = 16. ſuper : *ſupra* . = *ibid.* & demeſſa eſt terra : *& meſſus eſt terram* . = 18. habebat poteſtatem ſupra : *habet poteſtatem ſuper* . = 19. acutam ; (*Deeſt in Cod.*)

CAP. XV.

V. 2. eius : *illius* . = *ibid.* ſuper : *ſupra* . = 3. mirabilia ſunt opera : *mirabilia opera* . = *ibid.* iuſtæ : *& iuſtæ* . = *ibid.* veræ ſunt viæ : *veræ viæ* . = 4. te ; (*Non habetur in Cod.*) = *ibid.* es ; (*Non habetur in Cod.*) = *ibid.* manifeſta : *magnificata* . = 6. & candido : *candido* .

CAP. XVI.

V. 1. de templo ; (*Deſunt in Cod.*) = *ibid.* dicentem ſeptem : *dicentem de Cælo ſeptem* . = *ibid.* Ite , et ; (*Deſunt in Cod.*) = 2. & peſſimum : *ac peſſimum* . = *ibid.* habebant : *habent* . = *ibid.* & in eos : *Et eos* . = 3. angelus ; (*Deeſt in Cod.*) = 5. Domine ; (*Non habetur in Cod.*) = *ibid.* quia : *qui* . = 6. ſanctorum : *inſterum* . = *ibid.* effuderunt : *ſuderunt.* = *ibid.* enim ; (*Non eſt in Cod.*) = 8. angelus : (*Non habetur in Cod.*) = *ibid.* affligere homines et : *afficere*

afficere homines in. = 10. *&* v.12. angelus; (*Deeſt in Cod.*) = 13. immundos in: *immundos exeuntes in*. = 14. & procedunt: *procedunt*. = *ibid.* Dei; (*Deeſt in Cod.*) = 17. angelus; (*Non eſt in Cod.*) = 19. illi: *ei*. = 20. fugit: *fuit*. = 21. Deum homines: *homines Deum*.

CAP. XVII.

V. 1. ſedet: *ſedit*. = 3. in ſpiritu in deſertu: *in deſerto in ſpiritu*. = 7. dicam tibi: *tibi dicam*. = 12. accipient: *accipiunt*. = 16. in beſtia: *& beſtiam*. = 17. corda: *corde*. = *ibid.* placitum eſt illi: *illi placitum eſt*.

CAP. XVIII.

V. 2. & cuſtodia omnis volucris immundę; (*Adduntur in Cod.*) = *ibid.* de vino irę: *de ira*. = 4. ut: *et*. = 6. reddite illi ſicut & ipſa: *reddit illi ſicut ipſa*. = *ibid.* vobis; (*Deeſt in Cod.*) = 8. Ideò in una: *Et ideò una*. = 9. ſe; (*Deeſt in Cod.*) = 12. merces: *mercem*. = *ibid.* thyinum: *thy ſinum*. = 13. cynamomum, et: *cynamomum & amomum et*. = *ibid.* & ovium: *ovium*. = 14. poma deſyderii: *poma tua deſyderii*. = *ibid.* animę tuę diſceſſerunt: *animę diſceſſit*. = *ibid.* pręclara: *clara*. = 16. byſſo: *byſſino*. = *ibid.* erat: *eſt*. = 17. navigat: *navigabit*. = *ibid.* in mari: *mariu*. = 19. illa; (*Deeſt in Cod.*) = *ibid.* habebánt: *habitant*. = 21. civitas illa magna: *magna illa civitas*. = 22. in te: *in ea*. = *ibid.* artifex omnis: *artifex & omnis*. = *ibid.* *bis*. in te: *in ea*. = 23. in te amplius: *tibi amplius*.

CAP. XIX.

V. 1. quaſi vocem: *tanquam vocem magnam*. = *ibid.* Laus: *Salus*. = 3. aſcendit: *aſcendet*. = 4. ſeniores viginti quatuor: *viginti quatuor ſeniores*. = *ibid.* Deum; (*Non eſt in Cod.*) = *ibid.* Allelu-Ia: *& Allelu-Ia*. = 6. quaſi: *tanquam*. = *ibid.* & ſicut vocem aquarum multarum; (*Adduntur in Cod.*) = 9. *bis*. dixit: *dicit*. = 11. Verax, & cum Juſtitia: *Verax vocatur, & in Juſtitia*. = 14. & mundo: *mundo*. = 15. eius: *ipſius*. = 17. clamavit: *clamabat*. = 17. Cęli, venite & congregamini: *Cęlum venite, congregamini*. = 18. & ſervorum: *ac ſervorum*. = 20. cum ea: *cum illo*. = *ibid.* ignis; (*Non habetur in Cod.*) = *ibid.* & ſulphure: *ſulphure*.

CAP. XX.

V. 3. & poſt: *poſt*. = 4. eius; (*Non eſt in Cod.*) = *ibid.* frontibus: *frontibus ſuis*. = *ibid.* aut in manibus ſuis; (*Adduntur in Cod.*) = 5. eſt; (*Non habetur in Cod.*) = 8. arena: *arenæ*. = 9. eos: *illos*. = 10. ubi & beſtia: *ubi beſtia*. = *ibid.* cruciabuntur: *& cruciabuntur*. = 11. terra & cęlum: *cęlum & terra*. = 13. infernus: *inferus*. = *ibid.* ſuos; (*Deeſt in Cod.*) = 14. infernus: *inferus*. = *ibid.* Hęc eſt mors ſecunda: *Hęc mors ſecunda eſt ſtagnum ignis*.

CAP. XXI.

V. 2. Et ego Johannes vidi ſanctam civitatem Jeruſalem novam deſcendentem: *Et civitatem ſanctam Jeruſalem novam vidi deſcendentem*. = 4. ab oculis: *ex oculis*. = 5. dixit mihi: *dicit*. = 9. plenas; (*Deeſt in Cod.*) = *ibid.* veni & oſtendam: *veni oſtendam*. = 11. et; (*Deeſt in Cod.*) = 12. angelos duodecim: *duodecim angelos*. = *ibid.* inſcripta: *ſcripta*. = 13. & ab aquilone: *ab aquilone*. = *ibid.* & ab Auſtro: *ab Auſtro*. = *ibid.* & ab occaſu: *ab occaſu*. = 16. de arundine: *in arundinem*. = *ibid.* & longitudo & altitudo & latitudo eius ęqualia: *longitudo & latitudo & altitudo ęqualia*. = 17. murum: *muros*. = 18. aurum mundum: *auro mundo*. = 19. iaſpis: *iaſpidis*. = 20. ſardius: *ſardinus*. = 21. ſunt: *erant*. = 22. Deus; (*Non habetur in Cod.*) = 24. Gentes; (*Additur in Cod.*) = *ibid.* in lumine: *per lumen*. = 27. Non: *Nec*. = *ibid.* abominationem faciens: *faciens abominationem*.

CAP. XXII.

V. 1. fluvium: *flumen*. = 2. & ex: *ex*. = 5. Et nox ultra non erit; & non egebunt lumine lucernę, neque lumine ſolis, quoniam Dominus Deus illuminat * *illos*, & regnabunt in ſęcula ſęculorum; (*Adduntur in C. &* .eos. *habet.*) = 6. ſunt & vera: *& vera ſunt*. = 8. Et poſtquam: *Poſtquam*. = *ibid.* oſtendebat: *annunciabat*. = 9. Vide; (*Deeſt in Cod.*) = *ibid.* enim; (*Non habetur in Cod.*) = 10. dicit: *dixit*. = 11. & qui iuſtus eſt: *& juſtus*. = *ibid.* iuſtificetur: *juſtitiam faciat*. = 15. Foris: *Et foris*. = 17. Et Spiritus: *Spiritus*. = *ibid.* & qui vult: *qui vult*. = *ibid.* gratis: *gratis. Amen*. = 18. Conteſtor enim omni audienti verba prophetię libri huius, ſi quis appoſuerit ad hęc; apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. v. 19. Et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetię huius; auferet Deus partem eius de libro vitę, & de civitate Sancta, & de his quę ſcripta ſunt in libro iſto. v. 20. dicit qui teſtimonium perhibet iſtorum. Etiam venio citò; Amen. Veni Domine Jeſu. v. 21. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus vobis, Amen. (*Hæc non habentur in Exempl. Gothico*.

UTRIUSQUE TESTAMENTI FINIS.

Digitized by Google

LECTORI.

NIHIL eſt, quod non diuturnitas temporum delere poſſit. Id monumentorum eventis moniti, atque experimento rerum omnium edocti, ſatis probamus. Quod ergo munus Chriſtianæ Reipublicæ afferre majus poſſumus, quàm ſi proferimus Veterem illam antiquam Italam Sacrarum Scripturarum Verſionem, quæ noſtris temporibus jam deperdita putabatur, dicebatur, defendebatur. Non tamen a nobis effici poſſe, Lector humaniſſime, credas, (quod ne ſperandum quidem eſt) ut omnes Libros illius Verſionis evulgemus. Pauci ſunt, quos diuturna nobis ſuppeditavit induſtria, improbo labore deſcripti ex ſemeſis Codicibus, quos pluſquam millenaria antiquitas conſecravit. Characterum formæ, quas damus, teſtes erunt temporum, nuntii veritatis. Hìc non vacat, quæ tot magni nominis viri de Italæ Verſionis præſtantia tradiderunt, mandare literis; quum, ùt ex S. Auguſtino accepimus, eſſet verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ. Ipſo quem teſtem meliorem quærimus? In eam ſi intuearis, maximè tibi occurrent, & quaſi lucebunt pleraque SS. Patrum teſtimonia, præſertim Irenæi (latinæ loquor antiquiſſimæ Interpretationis) Cypriani, Hilarii Pictavienſis, Luciferi Calaritani, Zenonis Veronenſis, Gaudentii Brixiani, Victorini Afri, Ambroſii, Auguſtini, Leonis, & Gregorii Magni. Principio naſcentis Eccleſiæ neſcio quem Apoſtolorum æqualem Italam condidiſſe, traditur. Ab illis ducta temporibus omnium fuit gentium Occidentalis plagæ firmata conſenſu. Affert vetuſtas tam longinqua immobilem firmitatem. Ex Provinciæ vocabulo nomen habuit; ipſius verò uſus defecit, quum Hieronymiana Verſione uti licuit. Utrâque autem utebatur adhuc S. Gregorius Magnus; & ab utraque eſt noſtræ Vulgatæ, tamquam rivi a fonte, dedúctio. „ Accidit (inquit immortalis noſter Annalium parens
„ Baronius Tom. II. ad annum 231. numero 47.) poſt Grego-
„ rii tempora (quoto verò potiſſimum anno, quove auctore
„ incertum remanet) ut quoniam duæ ſimul Vulgatæ Editio-

„ nes, Vetus & Nova, diſſenſionum ac contentionum inter-
„ dum miniſtrarent occaſionem, in diverſa ſtudia fideles ea de
„ re diſtraherentur ab invicem; dum alii Veterem, Novam alii
„ ſequerentur: & quiſquis pro ſua, ùt adſolet, contentiosè diſ-
„ ſereret, turbas cieret, alteramque deferens, in alteram mi-
„ nùs dignè inveheretur; eſſetque ea diverſitas veluti ſemina-
„ rium jurgiorum, ac turpem redderet Eccleſiæ faciem, dum
„ in divinis laudibus, cæteriſque ſacris officiis, alii aliam pſal-
„ lendo, legendo, concionando, tractando conſectarentur, ut
„ hac ex parte penè diviſa ſchiſmate Eccleſia videretur. Sed
„ divino afflante Numine proviſum eſt, optimeque conſultum,
„ ut ad Eccleſiaſticum communem uſum una ex duabus,
„ quæ uſui omnibus eſſet Eccleſiis, conflaretur, quæ commu-
„ nis omnibus atque Vulgata uno nomine a cunctis diceretur,
„ exploſâ illâ Veteris & Novæ nomenclaturâ. „ Quod quám
veriſſimum ſit, ut facilius intelligeres, evulgavimus S. Hiero-
nymi divinam Bibliothecam ex inſigni Codice Toletano ante-
hac inedito, in quo nihil admixtum ab Antiquario ex veteri
Translatione. Lucinius Bæticus ex Hiſpania ad S. Hieronymum
notarios miſit ad exſcribendam Verſionem ejus Bibliorum ex
Hebræo factam, ùt legitur in Epiſtola 28. *Editionis Martianei*, ad
eumdem Lucinium. Eique ſapientiſſimè de more ſuo ita reſpon-
dit: „ Canonem Hebraicæ veritatis, excepto Octateucho, quem
„ nunc in manibus habeo, pueris tuis & notariis dedi ſcriben-
„ dum. Septuaginta interpretationem & te habere non dubito,
„ & ante annos plurimos diligentiſſimè emendatam ſtudioſis
„ tradidi. Novum Teſtamentum Græcæ reddidi auctoritati. Ut
„ enim veterum Librorum fides de Hebræis voluminibus exami-
„ nanda eſt; ità novorum Græci ſermonis normam deſiderat. „
Ex hac tam præclara auctoritate cognoſcimus quid in edenda
divina Bibliotheca S. Hieronymus præſtitit. Tres partes ipſa
complectebatur, ùt relata verba nos docent, quas breviter ex-
pendemus. Priorem partem apertiſſimè demonſtrat, quum ait:
Canonem Hebraicæ veritatis, excepto Octateucho, quem nunc in manibus habeo, pueris tuis & notariis dedi ſcribendum. Alteram
autem in his verbis: *Septuaginta Interpretationem & te habere non dubito, & ante annos plurimos diligentiſsimè emendatam ſtudioſis tradidi.* Tertiam denique partem divinæ Bibliothecæ in-
dicat

dicat dicens: *Novum Teſtamentum Græcæ reddidi auctoritati.*
Hujus Verſionis inſigne Apographum Toleti cuſtoditur, quantivis pretii; videtur enim maximè ſincerum, longeque puriſſimum. Ordo librorum ejus idem eſt prorſus ac ille, quem S. Hieronymus in Prologo Galeato, ſeu præfatione in libros Samuel, & Malachim, repræſentat. In eo hæc ſcripta leguntur: „ Quomodo
„ igitur viginti duo elementa ſunt, per quæ ſcribimus Hebraicè
„ omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana compre-
„ henditur; ita viginti duo volumina ſupputantur, quibus quaſi
„ literis & exordiis, in Dei doctrinâ, tenera adhuc & lactens
„ viri juſti eruditur infantia.

„ Primus apud eos Liber vocatur Breſith, quem nos Geneſim
„ dicimus. Secundus Elleſmoth, qui Exodus appellatur. Tertius
„ Vajecra, ideſt Leviticus. Quartus Vajedabber, quem Numeros
„ vocamus. Quintus Elle Addabarim, qui Deuteronomium præ-
„ notatur. Hi ſunt quinque Libri Moyſi, quos propriè Thorath,
„ ideſt Legem, appellant.

Secundum Prophetarum ordinem faciunt; & incipiunt ab
„ Jeſu filio Nave, qui apud eos Joſue Ben nun dicitur. Deinde
„ ſubtexunt Sophtim, ideſt Judicum librum; & in eumdem
„ compingunt Ruth, quia in diebus Judicum facta narratur hiſto-
„ ria. Tertius ſequitur Samuel, quem nos Regnorum primum
„ & ſecundum dicimus. Quartus Malachim, ideſt Regum,
„ qui tertio, & quarto Regnorum volumine continetur. Me-
„ liuſque multo eſt Malachim, ideſt Regum, quàm Malachoth,
„ ideſt Regnorum dicere. Non enim multarum gentium Re-
„ gna deſcribit, ſed unius Iſraëlitici Populi, qui tribubus duo-
„ decim continetur. Quintus Iſaias. Sextus Jeremias. Septi-
„ mus Jezeciel. Octavus Liber duodecim Prophetarum, qui apud
„ illos vocatur Thare Aſra.

„ Tertius ordo Ἁγιόγραφα poſſidet; & primus Liber incipit ab
„ Job. Secundus a David, quem quinque inciſionibus, & uno
„ Pſalmorum volumine comprehendunt. Tertius eſt Salamon,
„ tres libros habens: Proverbia, quæ illi Parabolas, ideſt Ma-
„ ſaloth appellant: Eccleſiaſten, ideſt Coëleth: Canticum
„ Canticorum, quem titulo Sir Aſſirim prænotant. Sextus eſt
„ Daniel. Septimus Dabre Ajamim, ideſt verba dierum; quod
„ ſignificantius χρονικὸν totius divinæ hiſtoriæ poſſumus appellare:

qui

„ qui Liber apud nos Παραλειπομένων primus, & ſecundus inſcribitur.
„ Octavus Ezras, qui & ipſe ſimiliter apud Græcos & Latinos in
„ duos libros diviſus eſt. Nonus Eſther.

Ut autem in hoc Archetypo ordinem Librorum Codicis Toletani concludi videas, Lector humaniſſime, neceſſariam putamus eorumdem Librorum ſeriem ſive texturam exhibere, quod Hieronymianæ Translationis ideam ita dilucidè proponat & explicet, ut ne pluribus quidem verbis oportuiſſe id dici ab Antiquario videatur.

ORDO LIBRORUM
VETERIS TESTAMENTI
Juxta Codicem Toletanum.

Geneſis.
Exodus.
Leviticus
Numeri.
Deuteronomium.
Joſue.
Liber Judicum.
Ruth.
Regum I.
Regum II. (a)
Regum III. (b)
Regum IV. (c)
Iſaię Prophetę.
Jeremię (d)
Ezechielis.
Oſeæ.
Joëlis.
Amos.
Abdiæ.
Jonæ.
Micheæ.
Nahum.

(a) In Codice Toletano hîc legitur: „ Incipiunt Capitula Libri ſecundi ſecundùm quoſdam: Nam ſecundùm hanc ſancti Hieronymi Editionem, quæ ex Hebræo translata eſt, Primus & Secundus Samuelis, unus in Canone habetur „. In calce verò literis majoribus, (ſicut & in fronte hujus libri & ſequentis) „ Explicit liber, qui ſecundùm Septuaginta Secundus habetur: In hac autem S. Hieronymi Editione, quæ ex Hebræo eſt, Primus & Secundus Samuelis, unus in Canone computatur „.
(b) „ Incipit Liber Tertius ſecundùm Septuaginta, ſecundùm verò S. Hieronymum Secundus „ Ita in Cod.
(c) „ Incipiunt Capitula Libri IV. ſecundùm LXX. ſecundùm verò Hebræos, & hanc Editionem B. Hieronymi, Secundi. Incipit ſecundùm LXX. Liber IV. ſecundùm verò ſanctum (Cod. *ſecundum*) Hieronymum, & Hebraicam veritatem, Secundus „. Ita Cod. literis majoribus in fronte hujus Libri. In calce verò „ Esplicit Malachin, ideſt Regum, ſecundùm LXX. Liber IV. ſecundùm hanc verò Beati Hieronymi, Secundus; quia in Hebræo Canone Primus & Secundus unus ſunt: ſimiliter Tertius & Quartus idem ſunt „.
(d) Baruch non habetur in Cod. Toletano, quia eſt ſecundùm Translationem D. Hieronymi ex Hebræo, qui in Præf. in Jeremiam dicit ſe illum omiſiſſe.

Habacuc.
Sophoniæ.
Aggæi.
Zaccharïæ.
Malachiæ.
Job.
Liber Pſalmorum. (a)
Liber Proverbiorum.
Eccleſiaſtes.
Canticum Canticorum.
Daniel.
Paralipomenon I.
Paralipomenon II. (b)
Eſdræ I.
Eſdræ II. (c)
Eſther. *Hic explicit Canon hebraicæ Veritatis.*
Liber Sapientiæ.
Eccleſiaſticus.
Tobias.
Judith.
Mechabeorum I.
Machabeorum II.

O R D O

LIBRORUM

Novi Teſtamenti.

Euangelium ſecundùm Matthæum.
Euangelium ſecundùm Marcum.
Euangelium ſecundùm Lucam.
Euangelium ſecundùm Johannem.

(a) In Cod. Tolet. non habetur Pſalterium S. Hieronymi, quod ſecundùm LXX. Verſionem correxit, ſed illud juxta Hebraicam veritatem, cum Præfatione ad Sophronium.

(b) Cap. 36. Oratio Manaſſæ Regis Juda, cùm captus teneretur in Babylone, deeſt in Cod.

(c) In Codice Toletano, cùm ſit ſecundùm translationem D. Hieronymi, qui Tertium & Quartum Eſdræ apocryphos reputat in Prologo ſuper Eſdram, non habentur prædicti Libri.

Acta Apoſtolorum.
Pauli Apoſtoli Epiſtola ad Romanos.
Ad Corinthios I.
Ad Corinthios II.
Ad Galathas.
Ad Epheſios.
Ad Philippenſes.
Ad Coloſſenſes.
Ad Laodicenſes (a).
Ad Theſſalonicenſes I.
Ad Theſſalonicenſes II.
Ad Timotheum I.
Ad Timotheum II.
Ad Titum.
Ad Philemonem.
Jacobi Epiſtola ad XII. Tribus.
Petri Epiſtola I.
Petri Epiſtola II.
Joannis Epiſtola I.
Joannis Epiſtola II.
Joannis Epiſtola III.
Judæ Epiſtola.
Apocalypſis.

(a) Cùm Apoſtolus ab Epaphra Laodicenſium Epiſcopo didiciſſet, Pſeudo-Doctores quoſdam dogmata quædam pernicioſa Coloſſi & Laodiceę diſſeminaſſe, ad Coloſſenſes ſcripſit, ut eos ab his erroribus præmuniret; quam Epiſtolam Coloſſenſibus imperat, ut ad Laodicenſes mittant; & eam, quæ Coloſſenſium eſt, ipſi legant: *Et cùm lecta fuerit apud vos Epiſtola hæc, facite ut & in Laodicenſium Eccleſia legatur: & eam, quę Laodicenſium eſt, vos legatis.*

Poſtrema Pauli verba: *Et eam quæ Laodicenſium eſt vos legatis*, dubia ſunt. Vel enim Epiſtolam Pauli ad Laodicenſes, vel Laodicenſium ad Paulum ſignificare poteſt. In hoc diſſident Interpretes:* alii enim primo ſenſu intelligunt, alii ſecundo; Pauli ad Laodicenſes Epiſtolam adhue legimus. Theodoretus in Coloſſ. 4. & S. Hieronymus* cujuſdam ad Loadicenſes Epiſtolæ meminere. Septimi Concilii Patres Majoribus ſuis quamdam ejuſmodi Epiſtolam notam fuiſſe teſtantur: utrique tamen veluti falſam & ſuppoſititiam rejecere; recentioreſque Eruditi eâdem notâ vulgò inurunt eam, quæ ſub Pauli nomine in veteribus quibuſdam Bibliis in Germania, & Antuerpiæ impreſſis, & in veteribus MSS. legitur. Dubium etiam eſt, utrum hęc, eadem ſit ac ea, de qua Veteres: cum græcè non extet; quæ enim ab Hottero græcè vulgata eſt, ex latino exemplari in græcum verſa eſt. Epiſtolam ad Loadicenſes ab hæreticis interpolatam teſtatur Philaſtrius; & Timotheus Presbyter Conſtantinopolitanus hoc Manichæis adſcribit. Quam tamen habemus, nil Manichæum olet. Hanc eamdem ſubjicimus (quæ nihil ferè diſcrepat ab edita ex Cod. Toletano p. 195.)

* Gregor. Magn. lib. 35. cap. 5. Moral. in Job. Philaſtrius de Hæreſibus cap. 88. & Haymo
* in Catalog.

„ Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem, „ ſed per Jeſum Chriſtum. Fratribus, qui ſunt Laodiceæ gratia „ vobis, & pax a Deo Patre noſtro & Domino Jeſu Chriſto. Gratias ago Chriſto per omnem orationem meam, quod permanentes eſtis, & perſeverantes in operibus bonis, promiſſionem „ expectantes in die Judicii. Neque diſturbent vos quorumdam „ vaniloquia inſimulantium veritatem, ut vos avertant a veritate Evangelii, quod a me prædicatur. Et nunc faciet Deus, „ ut qui ſunt ex me, ad perfectum veritatis Evangelii ſint deſervientes, & benignitatem operum facientes, quæ ſunt ſalutis vitæ æternæ. Et nunc palam ſunt vincula mea, quæ patior in „ Chriſto, in quibus lætor, & gaudeo. Et hoc mihi eſt ad ſalutem perpetuam, quod factum eſt Orationibus veſtris, & adminiſtrante Spiritu Sancto, ſive per vitam, ſive per mortem. Eſt „ enim mihi vivere vita in Chriſto, & mori gaudium. Et ipſe „ in vobis faciet miſericordiam ſuam, ut eamdem dilectionem „ habeatis. & ſitis unanimes.

„ Ergo dilectiſſimi, ut audiſtis præſentiam Domini, ita ſentite, „ & facite in timore: & erit vobis vita in æternum. Eſt enim Deus „ qui operatur in vobis; & facite ſine peccato quæcunque facitis, & quod eſt optimum. Dilectiſſimi, gaudete in Domino Jeſu Chriſto, & cavete omnes ſordes in omni lucro. Omnes petitiones veſtræ ſint palam „ apud Deum. Eſtote firmi in ſenſu Chriſti, & quæ integra, vera. & pudica ſunt facite; & quę audiſtis, „ & accepiſtis in corde retinete, & erit vobis pax. Salutant vos omnes Sancti. Gratia Domini noſtri Jeſu „ Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen. Et hanc facite legi Coloſſenſibus; & eam, quæ eſt Coloſſenſium, vobis „.

Si verò hæc ſuppoſititia eſt, ut convenit, quæ vera erit, quam S. Paulus Coloſſenſibus legi jubet? Marcion apud Tertull. lib. 5. contra Marcion. cap. 11. & 17. eamdem eſſe ad Epheſios contendit; & poſt hunc Grotius Clericus, & Hammondus. Siquidem tuentur, S. Paolum duas epiſtolas, alteram ad Epheſios, ad Laodicenſes alteram, iiſdem verbis ſcriptas dediſſe; quæ in tota Aſia minori circulares eſſent. Cùm verò Laodicea Coloſſis propior eſſet quàm Epheſus, idcircò Coloſſenſes ad Laodicenſes potiùs miſiſſe quàm ad Epheſios, ut illius participes fierent.

Alii plures tum veteres, tum recentiores, Laodicenſium ad Paulum epiſtolam fuiſſe docent, quam Apoſtolus a Coloſſenſibus legi voluerit, ut ab illa ſanctitatis exemplar docerentur. Probabilis eſt ſententia, non tamen certa. Laodicentium Epiſtolam Româ potius ad Coloſſenſes mittere Paulus debuiſſe videtur, quàm ipſos ad Laodicenſes mittere; cum incertum eſſe potuiſſet, utrum ii hanc Epiſtolam ſervaſſent.

Aſſerunt alii, S. Paulum ad Laodicenſes eodem tempore ac ad Coloſſenſes ſcripſiſſe, eamque ad Laodicenſes Epiſtolam interiiſſe.

Paulum tamen ad Laodicenſes tunc non ſcripſiſſe, ex eo apertè colligitur, quod ipſe Coloſſenſibus imperat, ut Laodicenſibus ſalutem verbis ſuis dicant. Potius igitur S. Paulus de Laodicenſium ad ſe Epiſtola loquutus fuiſſe dicendus eſt, quæ nunc periit. Certi nihil in hoc eſſe fateor: at hęc melior eſt hypotheſis, ut locus hic illuſtretur. Hæc ex D. Auguſtino Calmet in Dictionario hiſtorico pag. 598.

Hunc

Hunc Ordinem Librorum ut cerneres Toletano Codice conſtanter contineri, non tam vitandi laboris tui cauſa, quàm quod noſtra intereſſe arbitraremur, egimus ut ille tibi ex ipſis collationibus religioſiſſimè traderetur. Id autem erat peropportunum, ne divinæ Bibliothecæ titulus MS. libro a nobis temerè impoſitus videretur. Neſcio an in ullo ex Codd. a doctiſſimo Martianeo adhibitis extiterit iſta digeſtio XXII. priorum Voluminum Veteris Teſtamenti, quibus Hebræus Canon concluditur. Eam Caſſiodorus de Inſtitutione Divinarum Literarum Cap. 12. diviſionem Scripturæ Divinæ ſecundùm Hieronymum vocat: „ Authoritas divina, inquit, ſecundùm S. Hieronymum in Teſtamenta duo ita dividitur, ideſt in Vetus & Novum. In Legem, ideſt Geneſim, Exodum, Leviticum, Numerorum, Deuteronomium, in Prophetas, qui ſunt Jeſu Nave, Judicum, Ruth, Samuel, Malachim, Iſaias, Jeremias, Ezechiel, libri duodecim Prophetarum. In hac Hagiographos, qui ſunt Job, David, Salomonis Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Daniel, verba Dierum ideſt Paralipomenon, Eſdras, Eſther.

Quam diviſionem ex Prologo Hieronymi Galeato attulit Caſſiodorus, & poſt ipſum S. Iſidorus Hiſpalenſis, Originum Lib. VI. Cap I.

Sed hæc & nunc ſatis, & in Præfatione generali tractata ſunt diligentius; quare ad reliqua veniamus. Proximum autem eſt de ipſa Toletani Codicis collatione. Ea quod diligentiſſima ſit, monendum putamus. Lucem jam diu deſiderabat, at ſerò nimis ad Card. Antonii Caraphæ manus pervenit: quòd non Auctoris vitio, ſed tarditate Card. Gaſpari a Quiroga arbitror contigiſſe. Nos cogitabamus, ope tam inſignis Monumenti integram Divinæ Bibliothecæ Editionem efficere, id quod multis placebat: ſed res erat & gravis & plurimi otii, quo nos Annalibus Eccleſiaſticis proſequendis intenti, maximè egemus. Quare conſilium rationemque mutavimus. De clariſſimo Auctore variarum lectionum, Chriſtophoro Palomares nihil ſcribimus, quum ex præclara ejus epiſtola prodroma omnia poſſint intelligi. Satis exiſtimamus ad decus & laudem tanti viri certiorem te facere, ab ipſo ſemel & iterum ſumma fide atque improbo, ſed non pœnitendo labore, Codicem Toletanum fuiſſe collatum, exactumque

que ad normam Editionis Hentenianæ, ad quam te rejicimus.
En habes, ut breviſſimè potui, genus Codicis, cauſam Editio-
nis. Sed quæres deinceps, quænam ſit Codicis ætas: quem na-
ctus ſit laudatorem? Nihil duco eſſe commodius, quàm ocula-
rem teſtem adhibere, eumque doctiſsimum, ſcilicet Joannem
Marianam, cujus teſtimonio contentum te eſſe, æquum videtur.
Ipſe igitur Cap. VI. de Editione Vulgata pag. 48. & Cap. XVIII.
pag. 93. poſtulationi tuæ ſatisfacit cumulatè, hæc ſcribens: „ Bi-
„ blia latina ante ſexcentos amplius annos Gothicis literis de-
„ ſcripta in Templo Toletano ſervantur, quibus Hieronymi
„ Verſionem integram contineri diverſam a Veteri Editione
„ Vulgatâ, multa indicabant; Pſalmi ex Hebraico converſi, utì
„ inter ejus opera extant, quod fortaſſe in paucis Bibliorum
„ Codicibus invenias; Baruch prætermiſſus, ùt Hieronymus ſe
„ prætermiſiſſe ait. In his Bibliis omnes libri præter Pſalmos
„ exſtant, ut in Editione noſtra Vulgata, paucis tantummodo
„ verbis commutatis pro varietate regionum „. At, antiquitate
Codicis melius expenſâ, in Præfatione ſuorum ſcoliorum in no-
vum Teſtamentum: „ Gothicus, inquit, apud Nos Codex in
„ membranis magnæ fidei & antiquitatis, fortaſſe ante octin-
„ gentos annos deſcriptus, rerum, credo, potientibus Gothis
„ ante everſam Hiſpaniam a Mauris. Certè ante ſexcentos tri-
„ ginta annos Eccleſiæ Hiſpalenſi donatum, ad ejus calcem ſcrip-
„ tum eſt, ſcilicet ante annum 990. „. Hæc ſcribebat Ma-
riana anno 1618. Sed lege Chriſtophori Palomares, de ætate Co-
dicis differentis, a nobis editam Præfationem.

C L. V I R O
PHILIPPO ABBATI GARBELLIO
PATRITIO BRIXIANO
JOSEPH BLANCHINUS
S. P. D.

PRÆSTANTISSIMAS tuas virtutes, Garbelli Cl., tacitum admirari me jubes; &, ſi quiſquam fuit umquam naturâ alienus ab humana commendatione, tu profecto is es. Quæ enim habent ſpeciem aliquam gloriæ, quæ proficiſcitur ex honore verborum, atque ex inanibus præconiorum inſignibus, contemnis, vana & fugacia exiſtimas, & prorſus indigna Chriſtiano viro. Perge igitur, ut agis: ſed quoniam vera laus numquam a virtute ſejungitur, & ſequitur eos præcipuè, qui, ob inſignem animi moderationem, ullam gloriam numquam putant expetendam, ignoſcas mihi velim de te, vel invito, nunc aliquid prædicanti. Ut primùm namque per literas tuas, humanitatis & eruditionis plenas, ad confirmandam ſententiam meam de Itala Verſione conſpiraſti, recitatis a me iiſdem literis tuis, ſtatim univerſus doctorum virorum cœtus in Urbe partes noſtras ſequutus eſt ſummo ſtudio, magnoqne conſenſu. Quare ego, cum ex ipſa re magnam capio voluptatem, tum opinionem meam primùm abs te probatam eſſe triumpho, & gaudeo. Sique (ùt auguraris) nihil ab ea longius eſſe ſalſitate, tota demum Literatorum Reſp. pronunciaverit, tibi ſic perſuaſum ſit, me exiſtimaturum, auctoritate tua & ſingulari virtute mihi, quod maximè concupieram, contigiſſe. Sed, quoniam properavi rem deducere in judicium, & jam benè multa typis conſignata ſunt, te nunc non ſolùm ſocium conſiliorum meorum, verùm etiam auditorem ſerendæ ſententiæ deſidero. Ego tamen nihil expecto, niſi fauſtiſſimum: ſpero enim Judices ſecundùm nos decreturos. Quare nunc de reliqua noſtra cogitanione cognoſce. Dudum tibi de Veronenſi Enangeliorum Codice miræ antiquitatis, undecim omnino ſæculorum, edendo, ac etiam planè reſtituendo ſum pollicitus. Id ego, etſi mea ſponte ante feciſſem, nunc tamen & agam ſtudioſiùs, & totis viribus vehementiùs enitar, ſi aliquam ex Pſalterio voluntatem reliquæ Verſionis Italicæ in Lectoribus eſſe perſpexero. Interim verò hoc Opus nemini deſpondebo, (quamvis plures Typographos acres amatores invenerim) ut ſi ipſis placuerit, illud humaniſſimus & cum laude nominandus Hieronymus Mainardus Typographus Tomo II. hujus editionis evulget. Genus hoc eſt voluptatis meæ: quæ penè deperdita ſunt, ea quæro. Amplius autem Italam non haberi Ricardus Simonius in critica utriuſque Fœderis Hiſtoria, Jacobus Lelong in Bibliotheca Sacra, Domnus Auguſtinus Calmet in ſuis Divinarum Scripturarum Commentariis, cæterique primi ſubſellii Scriptores nno ſimul ore teſtantur. Quamvis enim in latinis Codicibus, evolvendis maximus fuerit noſtra hac ætate clariſſimorum Virorum labor; nil tamen ſermè in Bibliothecis, ac in tanta ſacrorum Librorum copia repertum eſt hactenus, quàm Hieronymiana, & Vetus illa ignoti Scriptoris Italica, Interpretationes, imperitiâ Notariorum, vel etiam maturâ deliberatione conjunctæ inter ſe, ex quibus Vulgata noſtra purior tandem longo ſæculorum decurſu compacta eſt. Quamobrem Cl. Joannes Mariana ſub finem Cap. XVIII. Tract. de hodierna Vulgata Editione, ait: *Ea noſtra ſententia eſt, plurimos libros noſtræ editionis ex Hieronymi Interpretatione eſſe, paucos quoſdam ex alterius, quæ olim apud Latinos Editio Vulgata vocabatur: neutros omnino ex parte ſinceros, ſed quibuſdam locis aut verbis ex diverſa-editione commutatis*. Dudum enim & illa, quæ Vulgata primis temporibus ſerebatur, & Hieronymiana, quæ poſtmodum fuit ſanctiſſimè conſervata, ſuam, ut ita dicam, religionem promiſcuè obtinuerunt. Nos in utriuſque lectione hodieque verſamur: & credo, V. Cl., te in Vulgatis quamplura deprehendiſſe, quæ Hieronymianam non redolent correctionem. Quare illud mihi quidem mirum videri ſolet, aliquot doctos homines per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, utrum Vulgatam Editionem, Hieronymianam an Italam in pleriſque libris dici oporteret. Summa quidem utrique Verſioni fuit dignitas, quam S. Gregorius ſuo ævo pari atque eâdem in laude ponit in Epiſtola ad Leandrum. Sed tamen Hieronymiana Tranſlatio, Sanctiſſimorum Pontificum auſpiciis conſecrata, demum in Eccleſiis majorem habuit auctoritatem & religionem, ut tanti Doctoris merita poſtulabant. Id ultro ego confiteor; ſed & tu mihi concedas velim, V. Cl. Sanctum Gregorium, cùm B. Hieronymo

ſuffragaretur ; nihil de Itala Verſione , qua ipſe adhuc ſuis Commentariis in Jobum uſus fuerat , ſtatim abdicanda cogitaviſſe . Neque enim poterat repente mutari textus Scripturarum , uſuſque tam cito converti . Id aliquot ſemeſi Codices diſcripti poſt ea tempora , qui ad nos pervenere , ſatis aperte teſtantur . Senſim ergo & ſine ſenſu Italica ad novam Tranſlationem redacta eſt , ac novam formam induit . Nullum certè ex veteribus Sacris Libris comperi , in quo Antiquariorum ſtudium non incubuerit ad Italam ex parte nepotibus conſervandam . Ipſi vita paulatim erepta eſt ; nec ejus memoria ſubitò ejecta , atque omni dignitate ſpoliata . Quare nihil profecto erit , quod quidam admirentur poſthac , ſi ſæpe Codicibus remotioris ætatis pannos utriuſque Verſionis aſſutos videant ; Italam enim , ùt dictum eſt , calamo Doctoris Maximi amanuenſes recenſuerunt . Id tandem in cauſa fuit , ut conflaretur Vulgata , quam unicè Authenticam dico . Sed ad Pſalterii Codicem redeo ; & , quoniam idem ſcribendi initium ſumendum eſt , Epiſtolæ reliquæ dabo operam diligentiùs . Volebam equidem incunabula penè Italicæ aliarumque Latinarum Verſionum hìc tibi oſtendere ; nam in hoc argumento jamdiu verſari ſoleo : videbarque mihi , Garbelli Doctiſſime , non ſolùm eorum ſtudiis qui divinis Literis delectantur , ſed etiam tibi debere hoc munus ; ſed quoniam hoc argumenti genus , quod fuit a nonnullis aut ignoratum aut penè relictum , Epiſtolarem non patitur brevitatem , longa Diſſertatione in Prolegomenis Tomi II. illuſtrandum conſtitui . In qua tanto magis eſt mihi elaborandum , quod multi latini libri (inconſideratè ſatis) in Galliis dicuntur ſcripti ad Veteris Tranſlationis exemplum , ab optimis quidem viris , ſed non ſatis eruditis . Mandare autem nunc literis cogitationes omnes , hominis eſſet intemperanter abutentis otio atque patientia tua . Ita prorſus exiſtimo . Ergo ad propoſitum revertor , & Codicis Pſalmorum deſcriptionem ſuſcipio ; ut , quod ab editoribus ſemper fieri ſolet , id ego quoque nunc faciam . Sed quoniam Epiſtolaris ratio poſtulat , ut is , ad quem ſcribitur , de iis rebus , quas ignorat , certior fiat , ea præcipue tibi expouam , quæ ab alio nemine , ſi manuſcriptum librum non habuerit ad manus , numquam poſſes cognoſcere . Exemplum ergo ipſum quod attinet , Græco-Latinum eſt , Romanis , ùt ajunt , literis exaratum ; hæc verò vel ipſo S. Hieronymi ævo unciales dicebantur , cùm unciâ , ideſt pedis duodecima parte conſtarent . Quod ſcribendi genus circa ſeptimum ſæculum deſiiſſe probarunt viri doctiſſimi , Lambecius , Junius , Mareſcallus , Mabillonius , Millius , atque Conſtantius *In vindiciis Codicum confirmatis* , Cap. IV. Elementa omnia tam arcte conjuncta ſunt , ut nullum comma vel punctum , nulla verborum diſtinctio ab Antiquario facta uſquam appareat ; & , quod maximæ vetuſtatis indicium eſt , unumquemque verſum verbum unum diceres . Ita vero ſcripti ſunt codices omnes ætate prę cæteris commendabiles . Nunc reliqua perſpicias volo , quæ an leviora ſint , tu judicabis . Frequentiſſimis nempe cognatarum literarum mutationibus Codex abundat : ſcribitur enim ſæpiſſime *B* pro *V*, & contra . Item *O* pro *V*, ac *N* pro *M* ; quod poſtremum etiam Longi , Curcii , Valeriani , Papiriani , Adamantii , & Martirii orthographorum ævo in Codicibus obtinebat , ùt Caſſiodorius teſtatur Orthographiæ Cap. XV. & Divin. Lect. Cap. XXX. Laboratum eſt autem in hoc a me , ſicut tibi , V. Cl. , ſenſi placere : atque in marginibus veterem ſcribendi formam ſemper adnotavi . Hanc diligentiam ſi parum gratam quiſquam putet , aut non laudandam , quod ab uſu receſſerit , ad doctorum virorum tribunal graviter vapulabit . Habes conſilia noſtra . Nunc reliqua cognoſce de Codice . Delectus habebitur quarumdam vocum ; idque diligentiſſime perſequar , ut plane intelligas mihi non excidiſſe illud , quod ad me quibuſdam literis ſcripſeras . Summa hæc eſt . *D* & *T* , cognata elementa , Scribę noſtro ſunt familiaria ; hinc *adque* pro *atque* , ùt in pleriſque inſcriptionibus vel ipſa Auguſti ætate videre licet : item *quod* pro *quot* , ùt quidam lapides apud Angelum Politianum Lib. IV. Epiſt. IX. *aput* pro *apud* , ùt in Grutero pag. 378. Sępius vero *O* & *V* promiſcue uſurpantur , quod Quintilianus Lib. I. Cap. IV. a Notariis factum memoriæ prodidit , & poſt ipſum Priſcianus . *B* pariter in *V* paſſim mutatum videmus ; hujus autem rei ſexcenta exempla reperies apud Gruterum , Reineſium , Sponium , Fabrettum , Doniumque , quibus allegandis ſuperſedeo . Pſalterii noſtri quoque indolem prodit quoddam ſcriptionis genus , ſequioribus ſæculis inuſitatum : ùt exempli cauſa *thenſauris* pro *theſauris* : item *murra* pro *myrra* ; ùt in vetuſtiſſimis Codd. apud D. Joannem Martianæum , in notis ad Vulgatam antiquam Latinam Verſionem Euangelii ſecundùm Matthæum pag. 65. & apud Inſcriptionum collectores . Porrò Caſſiodorius Orthogr. Cap. II. ait : „ Y *Litera antiqui non ſemper uſi ſunt ; ſed aliquando loco illius* V *ponebant* . Et Cap. IV. Y *Græcum nos in quibuſdam in* V *convertimus* . Item Cap. I. *Quotidie* (ait) *ſunt , qui per* co , *cottidie ſcribant* . Et Cap. IV. *Cottidie per* C & O *dicitur , ùt ſcribitur ; non per* q , *quia non a quoto die , ſed a continenti die dictum eſt* „ . Et in Tergeſtina Inſcriptione apud Gruterum pag. 408. *cotidie benefaciendo* . Sed longum eſſet ire per ſingula . Omitto ergo alia plura , ne videar oblitus quid ſcribam , vel ad quem . Tua tamen auctoritas me movit , Garbelli Doctiſſime , ut hæc fuſiori calamo exponerem . Et utinam in hoc ipſum omnes anecdotarum rerum editores toto animo ſtudioque omni incumberent : profectò MSS. libros poſteritati committerent crederentque nativis,

ut

ut ita dicam , lineamentis ſuis . Nam , ùt picturæ eſſe dicuntur nonnullæ inornatæ ſtudioſâ quadam artificis negligentiâ , quas idipſum deceat ; ſic Codicum veterum facies , Typographi pennicillis expreſſa , magis incompta delectat . Et licèt hoc vetus ſcribendi genus nunc indotatum eſſe atque incomitatum & incomptum videatur , nemo tamen dixerit repudiandum . Etenim ſine controverſia ſummo in honore ſemper fuit apud Antiquitatis amatores ; & clariſſimi viri , Aldus , Cellarius , aliique quamplures huic ſtudio ſedulam operam impenderunt , quòd ipſis perquam utile videretur . Nam cùm inter doctos homines de alicujus monumenti veritate diſputatur , tollitur omnis ſæpe contentio ex ſcripti obſervatione , in qua nulla poteſt eſſe de ętate jam controverſia . Tanta eſt ergo orthographiæ veteris dignitas , tanta auctoritas , ut , quod fuerit ab ea definitum , amplectendum magis quàm contentione frangendum videatur . Ego , qui in ejus præceptis hanc vim atque utilitatem eſſe arbitror , ſatis mirari non poſſum quorumdam ignaviam , qui ex iiſdem nihil adjumenti capi putant . Non ſemel vidimus diplomatum librorumque fidem , perpensâ ſcripturâ , nutare . Hæc namque ætatem figit , tempuſque declarat , velut æra Chronologiam . Quare non pœnitendo labore ſategi , ut Codicis noſtri genium in marginibus ubique notarem : quod , ne temerè factum aliquibus videatur Caſſiodorii auctoritate omnis noſtræ Editionis ratio fulcienda eſt . Verba cùm in medium afferam , ſcient omnes quid cauſæ ſit , cur ego numquam ab antiqua ſcribarum inſtitutione diſceſſerim . Itaque Vir ille inprimis eruditus atque doctiſſimus , cùm de Inſtitutione Divinarum Lectionum ſcriberet , hæc de emendatione Codicum documenta literis conſignavit Cap. XV. B *pro* V , V *pro* B , O *pro* V , N *pro* M , *contra Orthographiæ præcepta vitioſe poſitas non relinquas . Aſpirationem verò ſuperfluam deme , aut adjiee competenter . Caſus nominum , temporaque verborum , ubi tamen permitteris , cuſtodi diligenter . Reperies enim frequenter in auctoritate conſuetudini diſſona , quæ tibi non liceat immutare . Sed in his emendatorum Codicum ſervetur exemplum . Cetera vero , quæ ſunt male præſumpta , recorrige : quoniam antiquarii exinde potius probantur offendere , dum elocutione latinæ linguæ neſciunt ſervire diſpoſitè . Æ in fine adverbii non relinquas . Æ iterum caſui genetivo non ſubtrahas . Multa etiam reſpectu euphoniæ propter ſubſequentes literas probabiliter immutamus , ùt illuminatio , irriſio , immutabilis , impius , improbus . G literam a narratione tolle ſuperfluam : a gnaro enim , ideſt ſcito ſeu perito , venit nominis iſta compoſitio .* Quod , *cum prænomen eſt , per* D , *non per* T *literam ; cùm vero adverbium numeri eſt , per* T *literam , non per* D *ſcribendum eſt .* Quicquam *magis in prima ſyllaba* C *ponendum eſt quàm* D , *propter euphoniam , quam præcipimus ſequi .* Hæc Caſſiodorius : cujus conſilii ego libenter uſus ſum , ut marginales notæ plane teſtantur . Sed redeo ad Pſalterium : & quoniam omne ejus ſcriptionis genus expoſui , nunc etiam pauca de verſuum diſtributione cognoſce . Linea utriuſque Verſionis (Codex enim , ùt diximus , Gręco-Latinus eſt) non in unam eamdemque longitudinem exporrectæ , ſed inæquales : in quibus ſedulò ab Antiquario cautum eſt , ut græca & latina , ſervato etiam plerumque ipſo verborum ordine , ſibi invicem reſponderent . Itala antiqua Translatio ſiniſtram paginam , LXX. verò Interpretrum dextram occupat . Utraque eſt latini Scribæ , ùt oſtendunt elementa latina Textûs utriuſque . Id autem ex ipſo inſtituto codicum hujuſmodi Græco-Latinorum natum ; qui , ùt inquit Millius , (ubi de MS. Cod. Euangeliorum , & Actorum Cantabrigienſi , cum certe Græcis uſui eſſe non poſſent , [quid enim ipſis cum Verſione ſeu etiam lingua Latinorum) in Occidentalium omnino gratiam confecti ſunt ; ut textu Græco ſcilicet e regione Latini poſito haberent quibus facultatis aliquid in græcis , unde & ſacrum Codicem melius intelligere eis liceret , & Latina ſua , ſicubi opus eſſet , emendare . Vtraque item Verouenſis Libri Translatio priſco more verſus enumerat . Ex ſacris vero Voluminibus (ut probè noſti Vir Eruditiſſime) libri ſeptem , nempe Pſalterium , Proverbia , Canticum Canticorum , Eccleſiaſtes , Job , Sapientia , & Eccleſiaſticus per verſus ſcribebantur antiqnitus . Et nullus dubito (verbis utor Ven. Card. Thomaſii in Præf. ad Pſalterium Vulgatæ Edit.) quin a LXX. Interpretibus ipſis juxta vetuſtiſſimos ſuos Codices Hebraicos id factum fuerit in quinque Libris prioribus , & in duobus poſterioribus a ſuis Auctoribus . Ad Origenem Presbyterum certe id rei minimè referri poteſt ; cùm is non ſeptem modò , ſed reliquos etiam Veteris Scripturæ libros , non quidem in verſus , ſed in cola , hoc eſt in membra grandiuſcula diſtinxerit . Teſtes locupletiſſimi de antiqua hac diſtinctione verſuum in Pſalmis ſunto , S. Gregorius Nazianzenus Carmine de Scripturæ libris : idem , ſive S. Amphilochius Iconii Epiſcopus , in Carmine ad Seleucum : S. Epiphanius libro de Ponderibus & menſuris nu. 4. : S. Cyrillus Epiſcopus Hieroſolymitanus Catecheſi IV. Illuminatorum : & S. Joannes Damaſcenus Lib. IV. de Fide Orthodoxa Cap. XVIII. Verſus enim , de quibus hi Patres loquuntur , breviuſculi erant ; nec alii , quàm qui in noſtro Codice obtinent . Id ſatis ſuperque probarunt doctiſſimi DD. Martianæus , & Pouget , Monachi e Congregatione Sancti Mauri , Tomo I. Editionis Hieronymianæ , auctoritate Latinorum SS. Patrum , præſertim verò memorati B. Hieronymi , & Auguſtini . Horum primus in præfatione in Eſaiam ad Paulam & Euſtochium ſcribit : *Nemo , cùm Prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos , metro eos*

exi

exiſtimet apud Hebræos ligari , & aliquid ſimile habere de Pſalmis , & operibus Salomonis . Et in Epiſtola ad Snniam & Fretelam : *Decimo Septimo Pſalmo* , Grando & carbones ignis : *& quæritis , cur Græci iſtum Verſiculum non habeant , interpoſitis duobus verſibus &c.* Unde luculenter apparet , in Latinis quoque Codicibus , ùt in noſtro Veronenſi , hunc Pſalmum quatuor verſibus fuiſſe diſtinctum , quorum primus erat : *Grando & carbones ignis* ; Secundus : *Et intonuit de cælo Dominus* ; Tertius : *Et Altiſſimus dedit vocem ſuam* ; Quartus demum iterum : *Grando & carbones ignis* . Alter vero , Sanctus videlicet Auguſtinus , in Enar. ſecundâ in Pſalmum XXI. de Donatiſtis ſermonem inſtituens , hæc habet : *Putas ibi ponunt aures , quando Lector ipſorum dicit* : Commemorabuntur , & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ ? *Eja fortè unus verſus eſt : aliunde cogitabas ; cum fratre tuo fabulabaris , quando illud dixit : attende , quia repetit , & ſurdos pulſat* : Et adorabunt in conſpectu ejus univerſæ patriæ gentium . *Adhuc ſurdus eſt , non audit ; pulſetur iterum* : Quoniam Domini eſt Regnum , & ipſe dominabitur gentium . *Tres iſtos verſus tenete , Fratres &c.* Nihil eſt ergo , quod differat a Veronenſis Codicis diviſione ; ſed cuncta ſunt paria . Confer , ſi libet ; & enumeratis lineolis ad oram paginæ magis exporrectis , quibus initia verſuum Pſalterii noſtri deſignantur , (lineæ namque decuſſatæ , quæ intra marginem ſunt , ad ſuperiorem verſum pertinent) eamdem illam verſuum diſtinctionem agnoſces , quam SS. Hieronymus & Auguſtinus in Pſalmis pariter agnoverunt . Itaque , cùm iſta verſuum diſtinctio , (cujus principia , ſi altè & à capite repetantur , ab antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus originem ducunt) à Patribus fuerit poſteris commendata , non immeritò eam ego quoque ſecutus ſum ; adjectâ tamen noſtræ etiam Vulgatæ ſticonometriâ in interiori parte contextûs , notis , quas Arabicas vocant , ut ex utraque veterem , novamque numerandi verſus rationem quiſque cognoſceret . Quoniam verò , ùt proſequitur laudatus Ven. Card. Thomaſius , iſtiuſmodi conciſè diſtincti verſus (quos noſtrum Pſalterium hodieque cuſtodit) per id temporis conglutinari cæperunt , quod interceſſit ab ætate S. Auguſtini ad Caſſiodorium (cùm hic in ſuo in Pſalmos Commentario longiuſculos verſus , ex duobus vel pluribus anguſtis illis priſcis verſibus coactos , enumeret , ùt præſertim videri poteſt in Proëmio Pſalmorum XIV. CXVI. & CXVII.) in hoc etiam veneranda noſtri Codicis ætas elucet . Porro membranæ fere duodecim ſæculorum ſunt judicio ſummorum doctiſſimorumque Virorum , Eminentiſs. ac Reverendiſs. Principis Angeli Quirini S. R. E. Card. Biblitoh. , Marchionis Scipionis Maffeii , Ludovicii Antonii Muratorii , Antonii Franciſci Gorii , Euſebii Amort Can. Reg. Lateran. Pollingani , aliorumque etiam è Congr. S. Mauri , qui vel Codicem ipſum , vel characterum ſpecimen inſpexerunt . Sed de his hactenus . Quid verò nnnc ſcribam potius , aut in quo melius conſumam diem ? Intelligo a me nunc poſtulari , ut jam dicam , quem locum inter alia Latina Pſalteria Auguſtinianum ſibi vindicet . Si enim ipſum Italæ Verſionis eſt , Editio noſtra ſupervacanea videri poterit . Ergo meum hoc eſt munus , hoc a me expectatur , ut ea complectar , quæ laborem meum non inutilem prodant . Et jam ordiar explicare , de ipſo quid ſentiam . Memini , doctiſſimos fuiſſe viros , qui Auguſtinianam Tranſlationem puram putam Italam vocent . Et , qui fuerit in S. Doctoris Enarrationibus vel tantillum verſatus , id prima (inquiunt) fronte cognoſcet . Eſt ita ex parte , ùt ipſi ajunt , & id mihi etiam ſemper viſum eſt . Sed omnia expendamus ; & quidem ad rationem inſtitutæ inquiſitionis diligentiùs . Certè cùm Italæ auctor omnes alios ſcriptores , qui Bibliorum latinas Verſiones ediderunt , facilè ſuperarit , ab omnibus tamquam princeps eſt habitus ; præſertim cum Græcum textum fuerit preſſis veſtigiis conſectatus , ùt ipſe S. Auguſtinus docet Lib. II. de Doct. Chriſt. Cap. XV. Sed quoniam in omnium manibus ea verſabatur Tranſlatio , populi interdum libertate vitiata eſt , & circumferebatur in Codicibus fœdè corrupta . Quare idem S. Auguſtinus , ut Epiſcopi non inertis munere fungeretur , ejus emendationi operam dedit , plura mutavit , ac ferè novum Pſalterinm condidit . An ita factum , ùt ſcribo , ex ipſo accipe . Is in Epiſtola CCLXI. ad Audacem , poſtquam dixit Pſalterium , à B. Hieronymo ex Hebræo ſermone converſum , non habere , hæc literis commendavit : *Nos autem non interpretati ſumus , ſed Codicum Latinorum nonnullas mendoſitates ex Græcis exemplaribus emendavimus . Unde fortaſſis fecerimus aliud commodius quàm erat , non tamen quale eſſe debebat . Nam etiam nunc , quæ fortè nos tunc præterierunt , ſi legentes moverint , collatis Codicibus emendamus* . Nempe , ùt animadverterunt etiam Clariſſimi ejuſdem S. Auguſtini Editores , ipſe Latinas Verſiones inter ſe compoſuit , Exemplaria Græca conſuluit , collegit varias Lectiones ; undenam irrepſerit diverſitas , ex interpretum vitio , an è textus Græci ambiguitate , inveſtigavit ; ejus denique illa ſedulitas , qua tot locos tam anxius excuſſit , huc eum impulit , ut Pſalterium multoties ad idioma hellenicum recenſeret , caſtigaretque . Quare omne punctum non tulit Jacobus Faber , qui , ut Pſalterium (quod appellat Vetus) in lucem ederet , illud totum ex S. Angnſtini Enarrationibus in Pſalmos exſcripſit ; Pſalmorum etiam verba , rei ſubjectæ quandoque a S. Doctore aptata , non alio , quàm expreſſa ibi erant modo , retulit ; ùt videre licet in Pſalmo CXX. *Levent &c.* Ea ergo Fabri

Editio

editio, ad veteres S. Auguſtini Codices parum etiam exacta, & Hieronymianæ correctioni quamſæpiſſimè (ut alibi de Maurina quoque Editione mihi probandum erit) accomodata, ut verè dicam, Africanam potius, quàm Italam Tranſlationem repræſentet: illam videlicet, quæ Hipponæ Regii, non quæ in Italia atque in tota Africa circumferebatur ante S. Damaſi Papæ tempora. Igitur, ſed haud ſcio an rectè, Garbelli doctiſſime, modò definio, non ſemper ex Auguſtini Enarrationibus, ut omnes hactenus, ſed potius ex noſtro Codice hauriendam eſſe Communem illam, ſeu Vulgatam Antiquam Latinam Italicam Pſalmorum Verſionem, quam priſca ferebat ætas ante geminam S. Hieronymi recenſionem. Ad me præterita hebdomada ita ſcripſiſti, ut nil jucundius ſcribi potuerit; cùm de Codice argenteo Brixiano, in Regio Monaſterio Sanctæ Juliæ ſervato, videam a te omnem diligentiam adhiberi, vel potius jam adhibitam. Ejus exemplum, quod mecum perhumaniter communicaſti, tuas adnotationes expectat. Has unà cum meis in alterum præſtantiſſimum argenteum Codicem Euangeliorum Veronenſis Bibliothecæ, edendas puto. Vale; & meo nomine ſalutem plurimam dicas, rogo, ſuaviſſimo doctiſſimoque Viro Canonico Galleardo, R. P. Paulo Groſſio, ceteriſque iſtius noſtræ Congregationis Presbyteris, quorum ſocietatem atque neceſſitudinem tibi conjunctiorem in dies facis; quod benè cognitam tibi eorum pietatem, prudentiam, atque ſingularem eruditionem magis etiam quotidie perſpicis, mihique luculentiùs in dies teſtaris.

E I D E M.

QUUM tu, Garbelli Cl., tam multâ eruditione mihi reſcripſeris de Pſalterio ſecundùm antiquam Italam Verſionem, quod Tom. IIII. Anaſtaſii Bibliothecarii in lucem edidi, faciendum putavi, ut tuis literis breviter reſponderem, & conjunctionem ſtudiorum noſtrorum remunerarer quamſimillimo munere. Itaque retuli me, te hortante maximè, ad eadem ſtudia Sacrarum Scripturarum, quæ longo temporis intervallo intermiſſa videbantur: idemque Pſalterium, quod jamdiu exſpectas, limarum a me politius, & græcâ Verſione auctum (quæ è regione habetur in Codice), typis conſignavi; ut reliquum quod erat promiſſi, tibi perſolverem. Editionem numeris omnibus abſolutam ut credas, non præſumo: non enim eſt talis, ut in arce Minervæ poni poſſit; quamvis non ſine magno labore exiſſe appareat. Omnino id ſerius, quàm volebam; ſed feci adductus auctoritate & conſilio tuo, ut rem pro dignitate agerem. Neſcio tamen, an poſtulationi tuæ diligentiâ meâ ſatisfecerim: noſti imbecillitatem meam. Nunc autem repetenda mihi eſt Italæ Verſionis non ſatis explicata recordatio, quum a Scriptoribus Eccleſiaſticis de ea pauca, nec ſatis ſolidè diſputata ſint, non ob inopiam aeris ingenii, ſed quia veteribus monimentis caruerunt. Si enim Flaminium Nobilium, Ricardum Simonium, & Joannem Martianæum excipias, de reliquis, quos ipſe vidi, nihil accipio, niſi ex conjectura eſſe loquutos. Quare ſine dubitatione aſſeruerim, nos fere primos Italam typis conſignare, non quidem integram & abſolutam (quum nihil ſit ſimul inventum & perfectum); ſed tamen ejuſmodi, quæ ob ingentem monumentorum vim ceteris præſtare poſſit. Ne autem videar fortaſſe plus nimis quædam affirmare, pluſque profiteri me noſſe, quàm ſciam, ejus notionem ex Sancti Auguſtini teſtimonio bene conſtitutam volo. Ipſe namque, de Latinis interpretationibus loquens libro II. de Doctrina Chriſtiana cap. XV. hæc habet: „ In ipſis Interpretationibus Itala „ ceteris præferatur: nam eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ „. Itaque quum latina Itala Verſio eſſet eâ laude clariſſima, quòd verborum tenacitate, atque perſpicuitate ſententiæ ceteris longe præſtaret, ego probationes omnes ad hanc duplicem regulam quærere volui, & dedi operam diligenter, ut antiquus Pſalmorum Interpres hac gemina face præluceret, qua in viam veritatis Lectores deducerentur. Et quoniam Itala ex Septuaginta Seniorum translatione, quaſi ex ſancto auguſtoque fonte dimanat, erant puriſſimi græci Codices adeundi, quibus ad propoſitæ inquiſitionis exitum veniremus. Omnibus autem omnium optima putatur editio τῶν ο' Sixti V. Summi Pontificis auctoritate vulgata, de qua noſter Cardinalis Baronius multa dixit illuſtria: „ Codex Vaticanus (ex „ quo prodiit) ut quidam opinantur, ſecundùm editionem Luciani, quantum ex forma

„ chara-

„ characterum conjici poteſt, quum ſit majoribus literis, quas vere antiquas vocant, exa-
„ ratus, ante milleſimum ducenteſimum annum (*hæc ſcripta ſunt an.* 1587.) hoc eſt circa
„ annum Chriſti 380. ante tempora B. Hieronymi, & non infra, ſcriptus videtur . . . . ex
„ Editione LXX. ſi non toto libro, certe majori parte conſtare viſus eſt . . . . Macha-
„ beorum Libri abſunt ab hoc Exemplari, atque item liber Geneſis fere totus; nam longo
„ ævo conſumptis membranis mutilatus eſt ab initio libri uſque ad Caput XLVII. Et liber
„ item Pſalmorum, qui a Pſalmo 105. uſque ad 128. nimia vetuſtate mancus eſt.„ Hæc
ex præfatione editionis Romanæ, quæ non modo opinionem vicit univerſorum, ſed etiam
auxit Septuaginta Interpretum gloriam. Andreas Maſius, qui ab immortalis Cardinalis Carafæ
ratione non diſcedit, & ea probat, quæ ab ipſo perſcripta ſunt: „ Continet (inquit) Vaticanus
„ Codex, longe quidem vetuſtiſſimus, editionem ſimplicem LXX. neque ſuppletam alienâ
„ interpretatione; ſed, ni fallor, a Luciano Martyre emendandi ſtudio nonnihil contami-
„ natam, hoc eſt quam Κοινὴν vocare ſolebant„. Morino Vetus videtur Editio, priſtinæ inte-
gritati ab Origene reſtituta, ùt conſtat ex ejus epiſtola 54. ad Patricium Junium, in qua
ait pag. 279. Antiq. Eccl. Orient. „ Triplex fuit Septuaginta Interpretum correctio, Orige-
„ niana, Heſychiana, & Lucianea. Hinc Codicum horum Interpretum varietas. Heſy-
„ chiana videtur tua Editio (ſcilicet Codicis Alexandrini). Audio enim Alexandriæ olim
„ deſcriptum eſſe Codicem tuum. Maſio Lucianeus videtur ille Codex, ex quo Editio Ro-
„ mana expreſſa eſt; mihi vero Origenianus. Lucianus enim, ùt conſtat ex Euſebio, & Sui-
„ da in verbo, *Lucianus*, interpretationem Eccleſiaſticam, ubi vitiatam eſſe illam con-
„ ſtabat, ad Hebræi textus normam caſtigavit; Origenes vero purum putum LXX. Inter-
„ pretum Textum repræſentare ſategit: ubi autem ab Hebræo variabat, id aſteriſcis vel
„ obelis notavit: ubi vero Codices LXX. a ſe invicem, lemniſcis & hypolemniſcis . . . . . .
„ Alia ratio, propter quam Origenianam illam Editionem exiſtimem, aut potiſſimum Orige-
„ nianam, eſt, quòd non tantùm Aſiæ majoris Eccleſiæ Codices Origenianos amplexæ ſint,
„ ſed Græcię Conſtantinopoleos, Aſiæ quoque minoris, & vicinarum Regionum, Romæ
„ quoque, & Italiæ Magnates, & Bibliothecæ celebres, Origenis Exempla deſcribi, ùt om-
„ nium Editionum correctiſſima, indeque editionem LXX. excribi, magnopere curabant,
„ utì S. Hieronymus teſtatur, apparetque ex Auctorum, qui in illis Regionibus vixerunt,
commentariis, qui omnes Origenis exapla maxime commendant„. Paria habet Joannes
Geneſius Sepulveda Epiſtolarum lib. I. Epiſt. III. ad Eraſmum ſcripta anno 1533. in qua
„ ait: „ Eſt Græcum Exemplar antiquiſſimum in Bibliotheca Vaticana, in quo diligen-
„ tiſſime & accuratiſſime literis majuſculis conſcriptum utrumque Teſtamentum contine-
„ tur, longe diverſum a vulgatis Exemplaribus . . . . : Hoc autem Exemplar omnium eſſe
„ emendatiſſimum, cùm ejus antiquitas declarat, & Librarii diligentia, tum quod mul-
„ tum convenit cum vetere noſtra Tranſlatione; quæ, dubitari non debet, quin ex emen-
„ datiſſimo quoque Exemplari converſa, & tradita nobis ſit a majoribus„. Quare nihil mi-
hi tam mirum videtur, quàm falſa dici a nonnullis, hæreticis quidem maxime, qui ar-
bitratu ſuo Sixtinum Codicem reprehendunt, eique tenebras conantur obducere. Erneſtus
Crabius (ut ceteros prætermittam) in epiſt. ad Joannem Millium hæc ſcribit: „ Editio Ro-
„ mana ſaltem ex parte eſt Heſychiana, adeoque corruptiſſima; contrà Alexandrinus Co-
„ dex ex Origeniano quoad plurimos Veteris Teſtamenti libros eſt deſcriptus„. Hujus autem
levior eſt cenſura, quàm quæ viris a ſtudio partium alienis fucum facere poſſit: cum Roma-
nis enim Editoribus nihil habent litium Catholici fere omnes, qui Vaticanum Exemplar aſ-
ſerunt incorruptum, & cum reliquis (etiam Alexandrino) minime comparandum. Qua-
re (idque maxime rem cauſamque continet) ut rabidos adverſariorum dentes obtunderem,
ac tortuoſum genus intemperantis critices patefacerem, Codicis Vaticani fidem integrita-
temque ex Italæ collatione in notis luculenter oſtendi. Porro nihil eſt unum uni tam ſimile
tam par, quàm Sixtina Editio antiquo Interpreti ſit; quum in ambobus, fere nulla re diffe-
rentibus, appareat perfecta conformitas. Igitur, ſi ad firmandas originalis Textûs Verſio-
numque lectiones hanc ſimilitudinem haberi volunt, cur eâ non erunt contenti, vel con-
ceden-

cedentibus nobis ? Intereſt autem plurimum animadvertere, Italam eſſe omni falſitate Codicum antiquiorem, ac nobis exhibere Verſionem τῶν O' qualis Apoſtolica ætate Chriſtianorum manibus terebatur; ut ejus auctoritas multo potior ſit ad veritatem confirmandam Græcorum fontium primitivorum, quàm perduellium inficiationes, ad infirmandam. Maneat ergo certum atque exploratum, Italam (ſi modò eam aſſecuti ſumus) nobis Septuaginta Interpretum translationem integram præſervaſſe: & Sixtinæ Editionis judices ſeveriores id, quod Codices Eccleſiæ naſcentis affirmant, aut perfracte negare, aut in dubium revocare jam deſinant. Concedant verò, geminas Verſiones incorruptas eſſe, ſi ſimiles, quod negari nullo modo poteſt. Quod autem perfecte & abſolute ita pares ſint, ut inter eas fere nihil interſit, legenti certe conſtabit. Ergo utraque vera, ſi ſimilis; duæ namque veræ, & diſcrepantes eſſe non poſſunt. Deſperatæ cauſæ patrocinium impulit Calviniſtas & Lutheranos (qui primi ſe ad Vulgatam Editionem impetendam contulerunt) ut, omnibus translationibus repudiatis, ſe totos in Hebræis fontibus vindicandis collocarent. Quare ſummam in ſtudio curam operamque poſuerunt. Sed in hoc etiam hæreticos caſtigo, quod ex recentioribus textibus, & fœdè vitiatis, non ex puriſſimis fontibus de Sacrarum Scripturarum ſinceritate exiſtimant. In Eccleſiæ Latinę ſinum a primis temporibus Patres Apoſtolici Antiquam Italam Verſionem contulerunt; cui, tantâ vetuſtate robuſtæ, uſque ad S.Gregorii tempora cùm auctoritate tum vitâ perfrui licuit. Princeps ille ac verè Magnus Gregorius, a quo in Epiſt. ad Leandrum ſcripta, ſum inſtitutus, quamvis plerumque Sacrarum Scripturarum teſtimonia juxta S. Hieronymi Translationem allegaret; arbitrabatur tamen in publicis, quas ad populum habuit, concionibus Italam quoque proferre, quæ antiquitate ac tot ſæculorum uſu commendabatur, magni exiſtimans intereſſe ad laudem & decus utriuſque, Divina Eloquia in veteris ac novi Interpretis Translationibus ſarcta tecta ſervari. Quo in genere tantùm ceteri poſt S. Gregorium profecerunt, ut ambæ Verſiones modo inter ſe aptæ colligatæque videantur. Et quamvis nemini poteſtas ſit poſt Sacroſanctum Concilium Tridentinum remigrandi in eam Veterem Translationem e Nova S. Hieronymi, quæ eſt correcta & emendata maximè, & pro authentica haberi debet; attamen, quia ab hæreticis, ut Hebræi Canonis arcem pene dirutam hodieque cuſtodiant, arma ſunt ea ſumpta, quibus utuntur pernicioſe, ego ad oſtendendam Vulgatæ Verſionis conſonantiam cum græcis Textibus primitivis, plura, quàm a me fortè deſiderari poterant, Italæ Verſionis monimenta ſum conſequutus, quibus confecta res erit; & Vulgata hodierna, Canonica atque Divina ſummâ veritate oſtendetur; ut optimo jure ſit apud univerſam Eccleſiam in magna gloria. Sed cùm omnibus in rebus, de quibus veritas non ſatis eſt cognita & explorata, temeritas in aſſerendo eſſe atque turpis jactantia videatur, tum in iis maximè, in quibus judicandum eſt, quid Eccleſiæ, quid Patribus Occidentalibus antehieronymianis, quid Religioni denique tribuamus. Quare ſigna quædam a nobis quærenda ſunt, quæ qualis Itala fuerit, clare demonſtrent. Ut autem errandi periculum fugiamus, & ea, quæ, dicentur a nobis, neque infirmari neque convelli poſſint, Antiqui Interpretis ratio atque notitia ex laudato S. Auguſtini teſtimonio in libro II. de Doctrina Chriſtiana Cap. XV. repetenda eſt, quod nôſtris Codicibus calculum confert pleniſſimum veritatis. Illud vero ſic habebat: „ *In ipſis interpretationibus Itala cæteris præferatur; nam eſt Verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ* „. Igitur ex noſtro Latino Pſalterio cum LXX. Seniorum Translatione collato de perſpicuitate atque tenacitate judicemus, ne quis alterutrum teſtimonium Codici Veronenſi deeſſe exiſtimet; atque proponamus indicem locorum aliquot parallelorum, ex quibus poteſtas ſit cognoſcendi, quàm pulchrè verba verbis, ſententiæque ſententiis ſibi reſpondeant. Commodius autem, & ad rationem inſtitutæ inquiſitionis id agetur aptius, ſi Vaticanum Codicem, de quo multa jam dicta ſunt, ad normam exigamus; & id primum conſideremus, (quod principio in fontium rivorumque collationibus eſt conſiderandum) verba, eorumque derivata, antiquum latinum Interpretem firma, quàm maxime poterat, conſervaſſe. Summatim Exempla coacervabimus, longiores ne ſimus. Sunt autem hæc.

Græ-

Græcum Vaticanum Ἀφανίζω: Pſalterium Veronenſe: *extermino* quomodo redditur etiam in Euangeliis ſecundùm Italam Verſionem: Vulgata *demolior*. Gr. Vatic. Θανατόω, ῶ, Pſal. Veron. *mortifico*: Vulgata interdum *interimo*. Ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, ἀγαλλίασις, *exulto*, *exultatio*: Vulgata interdum *lætor*, *lætitia*. Διαφθείρω, διαφθορὰ, *corrumpo*, *corruptio*: Vulgata nonnunquam *intereo*, *interitus*. Καταποντίζω, καταποντισμὸς, *ſubmergo*, *ſubmerſio*: Vulgata ſemper *præcipito*, *præcipitatio*. Παραπικραίνω, παραπικρασμὸς, ſæpius *inamarico*, *inamaricatio*, interdum *exaſpero*: Vulg. *exaſpero*, *exacerbo*. Ἀδολεσχέω, ῶ, *garrio*: Vulg. *meditor*. Θηρεύω, *venor*: Vulg. *capto*, *capio*. Καταπίνω, *abſorbeo*: Vulg. *devoro*, *deglutio*. Ἄφρων ἀφροσύνη, *inprudens*, *inprudentia*: Vulgata *inſipiens*, *inſipientia*. Μακρόθυμος, *longanimis*: Vulgata interdum *multum patiens*. Δολιότης, *doloſitas*: Vulg. *dolus*. Ἐπιτήδευμα, *affectio*: Vulgata *ſtudium*, *adinventio*. Μετεωρισμοὶ (ſemper enim plurali numero reperitur in Pſalmis) *ſuſpenſiones*, *ſuſpenſuræ*; Vulg. *fluctus*, *excelſa*. Quid ego hic pluribus utar exemplis, quibus eſt plenum Pſalterium, ut oſtendam Italam præ Vulgatâ verborum tenaciorem? Quæ ad perſpicuitatem ſpectant ſententiarum, ea potius attingantur, quum præclariora ſint, nec item Vulgatæ cum Itala Translatione communia. Pergam igitur, & ſic faciam; id eſt enim, quod Italam demonſtret maximè. Pſal. XXXVIII. v. 14. *Remitte mihi ut refrigerem*: Græc. ἄνες μοι ἵνα ἀναψύξω: Vulg. *refrigerer*. Pſal. CXVIII. v. 120. *Confige clavis a timore tuo carnes meas*: Græc. καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου: Vulg. *Confige timore tuo carnes meas*. Pſal. XCV. v. 2. *Bene nuntiate*. Gr. εὐαγγελίζεσθε: Vulg. *Nuntiate*. Pſal. X. v. 3. *in obſcura luna*: Gr. ἐν σκοτομήνῃ: Vulg. *in obſcuro*. Pſal. XLIX. v. 18. *Si videbas furem, concurrebas ei*: Gr. εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ: Vulg. *Currebas cum eo*. Item Pſal. C. v. 5. *Huic non conveſcebar*: Gr. τούτῳ οὐ συνήσθιον: Vulg. *cum hoc non edebam*. Pſal. CXVII. v. 8. & 25. *O Domine ſalvum fac vero, o Domine bene proſpera iter vero*: Gr. ὦ Κύριε σῶσον δὴ, ὦ Κύριε εὐόδωσον δή: Vulg. *o Domine ſalvum me fac, o Domine bene proſperare*, omiſſo *vero*. Pſal. XXIII. v. 7. 9. *Tollite portas principes veſtri*. Gr. ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν: Vulg. *veſtras*. Pſal. CVIII. v. 3. *Locuti ſunt adverſus me linguam doloſam*: Gr. ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλῶσσαν δολίαν: Vulg. *lingua doloſa*. Pſal. CIV. v. 34. *& ignem, ut inluminaret eis noctem*: Gr. καὶ πῦρ τοῦ φωτίσαι αὐτοῖς τὴν νύκτα: Vulg. *per noctem*. Pſal. CIV. v. 37. *Et eduxit eos in argento, & auro*: Gr. καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ: Vulg. *cum argento & auro*. Pſal. CXVIII. v. 173. *Fiat manus tua ſalvum me facere*: Gr. γενέσθω ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με: Vulg. *ut ſalvet me*. Pſal. XXXI. v. 3. *Quoniam tacui inveteraverunt oſſa mea a clamando me*: Gr. ὅτι ἐσίγησα, ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου ἀπὸ τοῦ κράζειν με: Vulg. *Dum clamarem*. Pſal. III. v. 7. *Non timebo a millibus populi*: Gr. οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ: Vulg. *Millia populi*. Pſal. XVII. v. 33. *Qui præcingit me virtutem*: Gr. ὁ περιζωννύων με δύναμιν: Vulg. *virtute*. Pſal. LIX. v. 5 *potaſti nos vinum ſtimulationis*: Gr. ἐπότισας ἡμᾶς οἶνον κατανύξεως: Vulg. *vino compunctionis*. Pſal. CIV. v. 40. *& panem cæli ſaturavit eos*: Gr. καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἐνέπλησεν αὐτούς: Vulg. *pane*. Pſal. CXVIII. v. 121. *ne tradas me nocentibus me*: Gr. μὴ παραδῷς με τοῖς ἀδικοῦσί με: Vulg. *calumniantibus me*. Pſalm. CIV. v. 42. *qui memor fuit verbi ſancti ſui, quod ad Abraham ſervum ſuum*: Gr. ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς Ἀβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ: Vulg. *quod habuit ad Abraham*. Pſal. CIV. v. 9. *& juramenti ſui ipſi Iſaac, & ſtatuit illud ipſi Jacob in præceptum, & ipſi Iſrahel in teſtamentum*: Gr. τῷ Ἰσαὰκ.. τῷ Ἰακὼβ.. τῷ Ἰσραήλ. Quæ quum tot ac tanta ſint, quæ ineſſe in Itala claritatis & tenacitatis indicia perſpiciuntur, proferam & alia exempla, in quibus non ſit difficile Latinum Interpretem, vel contra grammaticæ leges, ut verbum verbo redderet, Græcizantem videre. Sunt autem hæc quoque ſcitu digniſſima; pertinent enim ad agnitionem Italæ, de qua quæritur. Pſal. XXXIV. v. 19. *non inſultent mihi qui adverſantur mihi inique. qui oderunt me gratis, & adnuentes* (pro *adnuunt*) *oculis*: Gr. μὴ ἐπιχαρείησάν μοι οἱ ἐχθραίνοντές μοι ματαίως, οἱ μισοῦντές με δωρεὰν, καὶ διανεύοντες ὀφθαλμοῖς. Ubi noſter Interpres nullum ante διανεύοντες articulum videns (quod fit ratione conjunctivæ καὶ) *adnuentes* reddit pro *adnuunt*. Pſalm. CXLV. verſ. 5. *Beatus, cujus Deus Jacob adjutor eſt*:

ſpes

Digitized by Google

ejus in Domino Deo ipſius ; qui fecit cœlum & terram , mare & omnia , quæ in ea ſunt &c. qui cuſtodit veritatem in æternum , faciente judicium injuriam accipientibus , dante eſcam eſurientibus . Gr. ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἐπὶ κύριον τὸν θεὸν αὐτοῦ, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν &c τὸν φυλάσσοντα ἀλήθειαν εἰς τὸν αἰῶνα, ποιοῦντα κρίμα τοῖς ἀδικουμένοις, διδόντα τροφὴν τοῖς πεινῶσιν: Vides ſine articulo ποιοῦντα : διδόντα . Item Pſal. CXLVI. v. 2. *Ædificans Hieruſalem Dominus , & diſperſiones Iſrabel concolliges* (mendum pro *concolligens* , ſeu *colligens* cum Caſſiodoro) *qui ſanat contritos corde , & alligat contritiones eorum , qui numerat multitudinem ſtellarum , & omnibus eis nomina vocans* (pro *vocat* .) Gr. οἰκοδομῶν Ἱερουσαλὴμ ὁ Κύριος, καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει. ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, καὶ δεσμεύων (hic videtur Italæ conciunator idco vertiſſe *alligat* , non *alligans* , quia ſequitur , *qui numerat*) τὰ συντρίμματα αὐτῶν. ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν. Sed quid opus eſt plura ? Jam enim ipſum Latinum Pſalterium , quod typis evulgo , cxplicabit omnem de Antiqui Interpretis tenacitate atque perſpicuitate ſententiam . Codicem Vaticanum mirificum teſtem adhibendum eſſe putavi ad ſingulas lectiones , quæ abeunt a Verſione Vulgata , quia nullus videbatur aptior , qui primis Eccleſiæ temporibus magis accederet , quàm ille , qui XIV. omnino ſæculorum ſenex fuiſſet , & in tam venerabili ſeuectute ceteris integritate præſtaret .

Propè oblitus ſum , Garbelli Doctiſſime , quod maximè fuit ſcribendum . Accepi Diſſertationem tuam de inſigni Codice Euangeliorum Brixiano , quam in altero hujus Operis Tomo volo iu lucem edere , ut conſulam immortalitati nominis tui , atque amicorum poſtulationibus ſatisfaciam . Neſcio , eruditionis , an ingenii major in ea laus contineatur . Plena eſt doctrina , indaginibus , elegantia . Quod meum de ea judicum cxquiris , id eſt tale , ut nil melius effici poſſit . Tu tamen , ſi videbitur , ita cenſeo facias , ut quæ honorificè ſcribis de me , tranſverſo calamo , antequam iu lucem edantur , deleri ſinas . Id a te peto ; id , ut tua voluntate per me fieri liceat , rogo . Patere obſecro ; ne videaris nimium propoſiti tenax , obſirmatæque ſententiæ . Si tu conceſſeris , humanitas tua reſpondebit judicio meo , quod ſemper habui de te mirificum . Fac ergo , ut impetrem ; quod ſi duriorem te præbueris , me vel invito , ea demum exſtare patiar , ne contendam adverſus te . Sed pro certo habeas , tantum mihi dolorem cruciatumque afferre errata ætatis meæ , ut non ſolùm animus a laude , ſed aures quoque ab omni commendatione abhorreant . Eminentiſſimus Princeps , Angelus Maria Cardinalis Quirinus , S. Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarius , & Epiſcopus tuus , qui Literariæ Reipublicæ Mecenas ampliſsimus , atque inſignis inſtaurator exiſtit , de te mihi narrat illuſtria , atque ab eo honorificentiſimè tractari te audio . Quod cum ejus humanitati dandum putes , tum da etiam ſapientiæ tuæ . Numquam mihi tanti Viri aut colendi aut ornandi voluntas defuit ; ſed nunc magnopere ſum commotus , quoniam exſtat tempus optatum maximè . Quare mihi in commemorandis ejus iu me beneficiis , ſaltem Nuncupatione hujus Voluminis utendum eſſe putavi . Sed hæc haſtenus . Oneris tibi imponere nec audeo quicquam , nec debeo . Velim tamen reſcribas ad me , de hac Editione quid cogites , & quo judicio ſis , quaque ſententia . Valde enim mihi ſemper & vera & utilia literis tuis nunciantur . Si quem de Italæ inveſtigandæ ratione cum doctiſsimo viro Canonico Galleardo ſermonem habueris , exiſtimo te ad me perſcripturum , ut mihi naſcatur iu ſecundo Volumine alterius Epiſtolæ argumentum . Incredibili ſum ſollicitudine de tua valetudine oculorum . Accipio tamen literas tuas non vacillantibus literulis ſcriptas , ſed pulchrè exaratas ; & miror id potuiſſe tamen gravi morbo . Da operam diligenter , ut valeas ; quam ſi adhibueris , omnia a te habebo . Purgationibus ne conſumaris . Medicis , mercedis quantum voles , dari jubeto ; ſed valetudini magis inſervies , ſi lectioni paululum valedixeris . Hoc pharmacum unicè te curabit . Quod ſi difficile captu eſt ; tamen mihi videtur neceſſarium . Ego nulla in re malo , quàm iu te amando conſtans & eſſe & videri . Iterum vale , ſalve .

Digitized by Google

C L. V I R O
ANTONIO FRANCISCO GORIO
F L O R E N T I N O
JOSEPH BLANCHINUS
S. P. D.

CUM literis mihi in agendis gratiis, commemorandiſque doctiſſimorum Virorum, qui de me optimè ſemper ſunt meriti, beneficiis, utendum eſſe putaverim, loco Præfationum, cogor nunc, Gori Cl., ad te etiam ſcribere. Et malo per Epiſtolam id agere, ut magis liberè dicas quid tibi de mea Græci Pſalterii editione videatur. Tuum autem præclarum judicium in longum tempus ne differas velim, præſertim quia eo tibi exiguo opus eſt. Permagni æſtimo tuam auctoriratem; & ſemper eodem erit apud me pondere, quo tua fuerunt omnia. Igitur elice ſententiam tuam, ut eâ perſpectâ, ſi mea mutanda videbitur, tibi haud cunctanter aſſentiar. Hoc tibi de me promitto, hoc ſpondeo; et probè cognoſces, me ita acturum ut pecudes, quæ ſui generis ſequuntur ducem, etiam ſi novâ incedat viâ, qua tamen ad caulam itur. Non fuit unquam in me obſtinata voluntas. Explora igitur omnia diligenter; & ut de maxima re deliberans (agitur enim de illa Sacrarum Scripturarum græca Verſione, quæ a vetuſtiſſimis temporibus in Eccleſiis Orientis obtinuit) quod veriſſimum tibi videbitur, mihi ut reſcribas, rogo. Atque, ut ordiar explicare quid ſentiam, altè, & ut oportet, a capite de Septuaginta Senum Verſione quæram aliquid uberius, quàm Epiſtolaris uſus fortaſſe deſiderat.

Cum multæ res in Hexaplis nequaquam adhuc exploratæ ſint, tum perdificilis, Vir Cl. (quod tu minimè ignoras), & perobſcura eſt quæſtio de illa Verſione τῶν O', quæ ab Origene priſtinæ integritati reſtituta, in iiſdem exſtabat. De qua tam variæ ſunt eruditorum hominum & tam diſcrepantes ſententiæ, ut id magno argumento eſſe debeat, cur nonnulli calamum cohibuerint, ne ſtudio partium aut falſa ſcriberent, aut quod non ſatis exploratè perceptum ſit & cognitum, ſine ulla dubitatione defenderent. Videmus enim Exemplaria, quæ fuerunt in lucem edita, Complutenſe præſertim, Aldinum, atque Alexandrinum, plurimum inter ſe, & a Vaticano diſcrepare; alios etiam Codices aliquarum Sacræ Scripturæ partium ſatis antiquos, nunc cum eorum aliquo, nunc cum nullo convenire. Quare in tanta varietate conſtituti ullam haberi nolunt ſtabilem certamque ſententiam. Ego autem ita cenſeo, multo majore auctoritate de genuina Græca Verſione dici poſſe, ſi intacta & cum nativis lineamentis ſuis Verſio Itala proferatur, quæ normam præbeat huic inquiſitioni magis conſentaneam. Nam unde copia depromi major incorruptorum teſtimoniorum poteſt, quàm ex illa veteri latina Translatione, quæ fuit verborum maximè tenax cum perſpicuitate ſententiæ, & à puriſſimo fonte manavit temporibus Patrum Apoſtolicorum? de qua ejus laude omnium eſt fama conſentiens. Hæc, ut corruptos Codices ætate antecellebat, ita in Occidente uſque ad Sancti Gregorii tempora auctoritatis principatum tenuit. Poſt ejus verò ortum habuit Septuaginta-Viralis Translatio aliquid vitii, ſecus autem antea. Pura enim & integra extitit in Codicibus univerſis uſque ad annum Chriſti XCIII. aut XCIV., quo tempore Joſephus ſuas Judaicas antiquitates abſolvit, ut in Præfatione generali multis oſtendi. Hinc eſt, quod primo Chriſti ſæculo vel ipſe populus Judæorum, relictis pene fontibus primitivis, hauriebat verbum Dei, etiam in Synagogis, a Translatione Seniorum, quæ communi in uſu,

atque

atque hominum ore verſabatur. Poſt conditam jam, & noſtris hominibus datam Latini Interpretis Verſionem, nonnulli Hebræorum ingenio & fraude Exemplaria græca falſarunt, quamvis ea manu ſacrilegâ violare tam impium tam deteſtabile ſcelus ſit, ut quibuſdam videri poſſit incredibile iſtud a perfida gente olim perpetratum. Sanctus Juſtinus Martyr, detecto recenti dolo, primus omnium Judæis exprobravit, quòd aliquot Sacrarum Scripturarum teſtimonia in Codicibus græcis, quos habebant in manibus, falſario pumice abraſerint: „ Vos autem (inquit) in his quoque adulterare Transla- (* In Dial. cũ Trypho. edit. Sonnii pag. 310. Commellini pag. 242.)
„ tiones Seniorum veſtrorum, qui apud Regem Ægypti Phtolomæum fuere, audetis;
„ allegantes non habere Scripturam, ſicut illi verterunt . . . . . . „ Et paulo
„ poſt „ Non decet vos Vaticinia ipſa auſu temerario vel adulterare, vel perperam
„ exponere: nam vobis ipſis tantùm injuriam facietis, Deo autem nihil nocebitis. „

Idem hanc Judæorum perfidiam paulo ante, & fuſiùs & clariùs expoſuerat, ſcribens: * „ Scire vos volo, quod illi (*Judæorum Magiſtri*) multos & integros locos (* Edit. Sonnii pag. 297. Commelini pag. ...)
„ (*Divinarum Literarum*) ex Translatione eorum, qui cum Phtolomæo fuere, Se-
„ niorum ſuſtulerint, in quibus clarè hunc ipſum Crucifixum, Deum & hominem eſſe,
„ eumque in Cruce pendere & mori, prænunciatum eſſe oſtenditur. „ Ita Juſtinus. Neque Thrypho ſcelus hoc a ſuis admiſſum negare auſus eſt: ſed accuſationis gravitate perculſus, eumdem Juſtinum rogavit, ut diceret, quænam ſint, *quas a Judæo-*
„ *rum magiſtris inductas abrogataſque eſſe Scripturas aſſeveraret*. Obſecutus eſt ſtrenuiſſimus Pugil, & quatuor illico expoſuit loca in ſeptuaginta Interpretum Verſione a Judæis *nuper*, *nec ante multos annos* reſecta, quæ adhuc reperiebantur in aliquibus Exemplaribus, in Synagogis aſſervatis. Primus hic eſt. „ Ex verbis, (in- (* Ibid.)
„ quit Sanctiſſimus Martyr) quæ Eſdras de lege & conſtitutione Paſchæ commemo-
„ ravit, hunc locum abſtulerunt: *Et dixit Eſdras populo: Hoc Paſcha Salvator*
„ *noſter & Perfugium noſtrum. Ac ſi in animum veſtrum induxeritis, & in cor ve-*
„ *ſtrum aſcenderit, quod humiliaturi ſumus eum in ligno, & poſtea ſperaturi in*
„ *eum, non deſolabitur locus iſte in omne tempus, dicit Deus virtutum. Si in*
„ *eum non credideritis, neque audieritis annunciationem ejus, dericulum eritis*
„ *Gentibus*. „ Secundus autem iſte. „ * Ex Hieremiæ reſponſis (*inquit*) hæc re- (* Hierem. 11. v. 19.)
„ ciderunt: * *Ego ùt agnus, qui ad ſacrificandum abducitur. Super me cogitaverunt* (* In Dial. cũ Trypho. edit. Commel. pag. 272. Son. pag. 298.)
„ *cogitationem, dicentes: Venite, mittamus lignum in panem ejus. & eradamus eum a*
„ *terra viventium, & nomen ejus ne memoretur amplius*. „ Tamen ætate Juſtini,
„ ùt ipſe teſtis eſt, * *reſectio iſta ex Hieremia adhuc in quibuſdam Exemplaribus, quæ*
„ *in Judæorum aſſervabantur Synagogis, reperiebatur; non enim ita diu erat, cum*
hæc verba reciderant. „ Tertius ex eodem Hieremia deſumptus erat; ſic enim
„ loquitur idem Juſtinus. „ Ex Hieremiæ ſimiliter dictis iſta reſecuerunt: *Recor-*
„ *datus eſt Dominus Deus mortuorum ſuorum ex Iſraele, qui obdormierunt in ter-*
„ *ra aggeris: & deſcendit ad eos, ut euangelizaret, & læto eis ſignificaret nun-*
cio ſalutare ſuum „. Quo in Hieremiæ capite hæc verba fuerint, Juſtinus non indicat, neque facile eſt divinare, cum jam non occurrant in Sacro Textu. De quar-
„ to demum loco hæc idem Juſtinus habet. * „ Ex Pſalmo nonageſimo-quin- (* Ibidem.)
„ to, quem David cecinit, perpauca hæc abſtulerunt, *à ligno*: cum enim ad verbum
„ ita fuiſſet dictum: *Dicite in gentibus: Dominus regnavit a ligno*: reliquerunt,
„ *Dicite in gentibus Dominus regnavit*. „ Has autem voculas (inquit Bartholomæus Germon *de veteribus hæreticis*, *Eccleſiaſticorum Codicum corruptoribus*) * *a ligno*, in noſtris Bibliis jam non haberi perſpicuum eſt. Tamen illas ante Juſtini tempora in Pſalterio extitiſſe diſcimus ex Barnabæ Epiſtola. Ad hunc enim profectò locum Barnabas alludit, cum ait, *regnum Jeſu eſt in ligno*. Eumdem verſum cum iiſdem voculis *a ligno* poſt Juſtini tempora recitarunt Tertullianus, ignotus Auctor Tractatus *De montibus Sina & Sion*, Auguſtinus, Leo Magnus, Gregorius magnus, & alii. Caſſiodorus verò „ *a ligno* (inquit) alii quidem non habent Translatores: ſed nobis ſufficit, quod Septuaginta Interpretum auctoritate (* Parte ſecunda C. 4. pag. 175.)

fir-

„ firmatum eſt. Et verò eadem verba etiam nunc reperiuntur in antiquis Pſalteriis Copthorum, Gothorum, Veronenſi Græco-Latino, & Vaticano. Eadem recitat Eccleſia Catholica in Hymno *Vexilla Regis*, quem a Venantio Fortunato compoſitum omnes norunt, ubi Davidem re ipſa ſic cecinisse affirmatur his verſiculis:

Impleta ſunt, quæ concinit
David fideli carmine,
Dicendo in nationibus
Regnavit a ligno Deus.

His vitiis in ſacros Codices τῶν O' malitia Hebræorum invectis, multo plura ſine dolo malo acceſſerunt, cum ob librariorum amanuenſium incuriam, tum propter imperitorum Interpretum numeroſitatem. Perſæpe etiam, cùm una Verſio alteri adverſabatur, ii, qui ſibi aliquid ſcire videbantur, rati mendum eſſe, ubi non erat, plura ſine delectu, præſertim ex Aquila, Symmacho, & Theodotione, aut ſuppleverunt, aut ſuſtulerunt, aut immutarunt. Quibus de cauſis quis jam miretur tam exiguum puriſſimorum librorum numerum inveniri? Quamobrem in maxima antiquariorum multitudine, in ingenti Interpretum copia, atque in mira exemplorum varietate, genuinam Græcam Verſionem ſe conſequi poſſe deſperet, qui lydium lapidem non invenerit, ad quem ſinguli Codices, factâ collatione, exigantur. At ne plura, quæ ſunt pene innumerabilia, conſecter, comprehendam brevi: & ſic ſtatuam, incorruptam Septuaginta Senum Translationem primitivis Italæ Codicibus veriſſimè contineri: ſiquidem ab eorum lectione non diſcedebat, ut S. Auguſtinus teſtatur. Angli Alexandrinum exemplar reliquis anteponunt. Alii aliis fidem adjungunt. Ego Vaticanum maxime ſincerum puto; & neſcio, an in Epiſtola, ad eruditiſſimum Virum Philippum Abbatem Garbellium ſcripta, elicuerim aliquid, quod aut verum ſit, aut ad id maximè accedat. Utinam hi, qui ſine magna contentione volunt puriſſimos fontes attingere, eos ſumma cura ſtudioque conquirerent in Novo Teſtamento, in Patribus Apoſtolicis, in Itala Verſione, atque etiam in Philone, & Joſepho Hebræo; profectò omne ferrent punctum, atque ad tutiſſimam ancoram græcæ Verſionis adhærerent. Sed plerique errare malunt, eamque ſententiam, quam adamarunt, pugnaciſſimè defendere, quàm ſine pertinacia quid verius dicatur, amplecti; & ſtudio partium ante tenentur adſtricti, quàm quid ſit veriſſimum judicent: eòque præſtant cæteris, quod, cum dicunt conſtanter, & in ſententia permanent, ſcire ſe putant, quæ neſciunt. Sed ad Hexapla redeamus. Origenis tempore Septuaginta Translatio valde vitiata ferebatur, & is erat manuſcriptorum Codicum ſtatus, ut eos Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, aliorumque Editionibus emendari neceſſe eſſet, Origenes ipſe Chriſtianæ Reipublicæ cauſa illam reſtituendam curavit; magni æſtimans intereſſe ad laudem & decus antiquæ Verſionis, reliquarum, quas in Hexaplis collocaverat, judicium adhiberi, ut id eſſet ratum, quod ab ipſis ex Hebræo fonte manantibus judicatum videret. Quo in genere tantum profecit, ut univerſam LXX. Verſionem priſtinæ integritati reſtitutam græcis hominibus daret. Studio atque exemplo Origenis provocatus Hieronymus, emendatiſſimam edidit totius Veteris Teſtamenti latinam Verſionem ad fidem Hexaplaris τῶν O', ut Adamantii Opus egregium haberetur in utriuſque linguæ facultate. Audi, Vir doctiſſime, Hieronymum ipſum in libro Tertio Apologiæ adverſus Ruffinum, qui ait: *Tu latinas Scripturas de Græco emendabis, & aliud Eccleſiis trades legendum, quàm quod ſemel ab Apoſtolis ſuſceperunt: mihi non licebit poſt Septuaginta editionem, quam diligentiſſimè emendatam ante annos plurimos meæ linguæ hominibus dedi, ad confutandos Judæos etiam ipſa Exemplaria vertere, quæ ipſi veriſſima confitentur; ut ſi quando adverſum eos Chriſtianis diſputatio eſt, non habeant ſubterfugiendi diverticula: ſed ſuomet potiſſimum mucrone feriantur*, Magnum tamen Hieronymi ingenium, magnumque Sacrarum Scripturarum ſtudium, quibus temporibus laudari maximè debuerat, invidis detractoribuſque non caruit ob iſtam latinam ex τῶν LXX. Senioribus Editionem. Quamvis enim plerique ejus diligentiam

tiam admirarentur, fidemque cognoſcerent, incredibiles tamen inimicitias a Vulgatæ Antiquæ Translationis pattonis magna cum gloria ſuſtinuit. Idque eo fuit mirabilius, quòd ab eo laus humana non quærebatur; ſed id ſtudebat unice, ut cibum, qui non perit, noſtris hominibus exhiberet. Quare præfatione in librum Job ex græco ſermone in latinum converſum, ait: *Si aut fiſcellam junco texerem, aut palmarum folia complicarem . . . . . nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem, quia juxta ſententiam Salvatoris volo operari cibum, qui non perit, & antiquam Divinorum Voluminum viam ſentibus virgultiſque purgare, mihi genuinus infigitur, correctior vitiorum falſarius vocor, & errores non auferre, ſed ſerere. Tanta eſt enim vetuſtatis conſuetudo, ut etiam confeſſa pleriſque vitia placeant, dum magis pulchros habere volunt Codices, quàm emendatos.* Scilicet ipſe Hieronymus juxta Origenianum exemplar ea, quæ vel a vitioſis Interpretibus malè reddita, vel a præſumptoribus imperitis emendata perverſius, vel a librariis dormitantibus aut addita fuerant aut mutata, ſummo ſtudio atque labore correxit, ut Editionem numeris omnibus abſolutam latinis Eccleſiis traderet. Quare in Cap. III. Epiſtolæ ad Titum, ait: *Nobis curæ fuit, omnes Veteris Legis libros, quos vir doctus Adamantius in Exapla digeſſerat, de Cæſarienſi Bibliotheca deſcriptos ex ipſis authenticis emendare.* Idem affirmat libro II. laudatæ Apologiæ adverſus Ruffinum, ubi ſe vindicans ab ejus reprehenſione & objectis: *Ego ne* (inquit) *contra Septuaginta Interpretes aliquid ſum loquutus, quos ante annos plurimos, diligentiſſimè emendatos, meæ linguæ ſtudioſis dedi, quos quotidie in conventu fratrum ediſſero, quorum Pſalmos jugi meditatione decanto &c.*? Habeo & alia clariſſima teſtimonia, quibus ipſe Hieronymus univerſa V. T. Volumina ex Græco emendaſſe dicit, quæ cum maximi momenti ſint, non omittam ea ad te ſcribere. In Epiſtola namque XXVIII. ad Lucinium Bæticum teſtatur: *Septuaginta Interpretum Editionem & te habere non dubito, & ante annos plurimos diligentiſſimè emendatam ſtudioſis tradidi.* Et in illa ad Sunniam & Fretelam, de LXX. Verſione, quam a ſe latinè redditam juxta Origenis Editionem, obelis & aſteriſcis diſtinxerat, ait: Κοινὴ *autem iſta, hoc eſt* Communis *Editio, ipſa eſt quæ & Septuaginta. Sed hoc intereſt inter utramque, quod* Κοινὴ *pro locis & temporibus & pro voluntate Scriptorum Vetus corrupta Editio eſt; ea autem, quæ habetur in* ἑξαπλοῖς, *& quam nos vertimus, ipſa eſt quæ in eruditorum libris incorrupta et immaculata LXX. Interpretum Translatio reſervatur.* Tantæ Editionis fama cùm in Africam demum veniſſet, Sanctus Auguſtinus quæſivit à Hieronymo, ut eam ad ſe mitteret. *Deinde nobis* (inquit Epiſt. LXXXII.) *mittas obſecro interpretationem tuam de LXX. quam te edidiſſe neſciebam &c.* Cui reſpondit Hieronymus Epiſt. XCIV. apud Auguſt. CLXXII *Grandem latini ſermonis in iſta Provincia Notariorum patimur penuriam; & idcircò præceptis tuis parere non poſſumus, maximè in Editione LXX., quæ aſteriſcis verubuſque diſtincta eſt. Pleraque enim prioris laboris fraude cujuſdam amiſimus.*

Hæc ego ſcribere habui, Gori Cl. de univerſa Veteris Teſtamenti Verſione, quam Sanctus Hieronymus, partim ex Origenis Hexaplis novam fecit, (ut eſt Pſalterium, Job, libri Salamonis, & Paralipomenon) partim ex iiſdem tantum correxit & emendavit, addens ſub aſteriſcis quę deerant, & obelorum veru confodiens quæ redundabant in LXX.; ut ſcribit in Epiſtola ad Auguſtinum, qua ei reſpondet ad inquiſitionem de libro Job, a ſe latinè converſo, & cum Hæbræo ipſo in locis additis ex Theodotione collato: *Quod autem quæris, cur prior mea in libris Canonicis interpretatio aſteriſcos habeat & virgulas prænotatas; & poſtquam aliam Translationem abſque his ſignis ediderim, pace tua dixerim, videris mihi non intelligere quod quæſiſti. Illa enim interpretatio LXX. Interpretum eſt: & ubicumque virgulæ ideſt obeli ſunt, ſignificatur, quod LXX. plus dixerint, quàm habetur in Hebræo. Ubi autem aſteriſci*

ideſt ſtellulæ prælucentes , ex Theodotionis Editione ab Origene additum eſt . Et ibi græca tranſtulimus ; hìc de ipſo Hæbraico , quod intelligebamus , expreſſimus „ . Ricardus Simonius Hiſt. Crit. T. V. lib. 2. Cap. X. exiſtimat , Sanctum Hieronymum in hac ſuà Veteris Teſtamenti ex græco Verſione , omnia , quæ in Hexaplis addita fuerant ſub aſteriſcis , ad ipſam Hebræi Codicis normam exegiſſe . Quod quidem veriſſimum puto in libris Paralipomenωn & in Job; ſed in reliquis libris ipſamet græca verba quæ Origenes , ex Theodotione præſertim fuerat mutuatus , & inſeruerat Hexaplari τῶν LXX Editioni , Sanctum Hieronymum latinè reddidiſſe putaverim . Sed quoniam breviter aperti ſunt fontes Origeniani , nunc Vir Cl. exponam duplex Pſalmorum genus a maximo Doctore Hieronymo ex iiſdem latinè converſum . Dein , ut munus omne promiſſi conficiam , dabo operam quambreviſſime potero (quoniam ſatis hujus Epiſtolæ magnitudo crevit) ut certis ſignis oſtendam , Pſalterium Veronenſe nobis incolumem illam Κοινὴν ideſt *Communem* atque Vulgatam LXX. Editionem conſervaſſe. Hoc autem poſtremum ſpe agrediar majore ad probandum , quia non de græca Communi Translatione Pſalmorum aliquid ſcribam , in quo liceat mihi fingere , ſi velim; & lectoribus ingenio imponere , nullius memoriâ jam refellente ; ſed edam hanc iis cognoſcendam , quibus ſuppetunt certa Sancti Hieronymi teſtimonia , quæ tibi cùm propoſuero , nullo negotio cognoſces Κοινὴν Veronenſi Codice contineri . Et quoniam ad id, quod inſtitui illico, placet accedere, ut nihil minus induſtriæ quàm argumenti utilitas poſtulat , quæſiſſe videar , de Origene ſcribere iterum cogor . Hic igitur Hexaplorum mirificus fabricator bene agere putavit in Pſalmis , ſi normam peteret ab editionè Theodotianea, ad quam exigeret LXX. Seniorum Verſionem, ubi vel ipſa deficeret , vel abundaret . Quare ſplendidis aſteriſcorum ſignis , lucem editioni afferentibus , illuſtravit ea quæ reſtituit ; quæ verò redundare videbantur , cenſorio obelo transfixit . Hæc extitit totius reſtituendæ Septuaginta Verſionis ratio Adamantii , qua Sanctus Hieronymus ratus eſt opus illud effectum eſſe pulcherrimum , ùt ſcribit in Epiſtola ad Sunoiam , & Fretelam ſ. 2. „ Quæritis a me
„ rem magni operis , & majoris invidiæ , in qua ſcribentis non ingenium , ſed eru-
„ ditio comprobetur ; ut dum ipſe cupio de cæteris indicare , judicandum me om-
„ nibus præbeam : & in opere Pſalterii juxta digeſtionem ſchedulæ veſtræ ubicum-
„ que inter Latinos Græcoſque contentio eſt , quid magis Hebræis conveniat ,
„ ſignificem . In quo illud breviter admoneo , ut ſciatis aliam eſſe Editionem ,
„ quam Origenes , & Cæſarienſis Euſebius , omneſque Græciæ tractatores Κοινὴν
„ ideſt *Communem* appellant atque *Vulgatam* , & a pleriſque nunc Λνκι ceros
„ dicitur ; aliam Septuaginta Interpretum , quę in Ἑξαπλοῖς codicibus reperitur,
„ & a nobis in Latinum ſermonem fideliter verſa eſt , & Jeroſolimæ atque in
„ Orientis Eccleſiis decantatur . Super qua re & ſanctus filius meus Avitus ſæpe
„ quæſierat . Et quia ſe occaſio fratris noſtri Firmi Preſbyteri dedit , qui mihi
„ veſtram epiſtolam reddidit , duobus ſcribens , in commune reſpondeo , & me
„ magno amicitiæ libero fœnore , quod quanto magis ſolvimus , plus debemus ,
„ Sicut autem in novo Teſtamento , ſi quando apud Latinos quæſtio exoritur ,
„ & eſt inter exemplaria varietas , recurrimus ad fontem Græci ſermonis , quò
„ novum ſcriptum eſt Inſtrumentum ; ita in veteri Teſtamento , ſi quando inter
„ Græcos Latinoſque diverſitas eſt , ad Hebraicam confugimus veritatem ; ut
„ quidquid de fonte proficiſcitur , hoc quæramus in rivulis. Κοινὴ autem iſta ,
„ hoc eſt *Communis* Editio , ipſa eſt quæ & Septuaginta . Sed hoc intereſt inter
„ utramque , quod Κοινὴ pro locis & temporibus & pro voluntate ſcriptorum,
„ Vetus corrupta editio eſt . Ea autem quæ habetur in Ἑξαπλοῖς , & quam nos
„ vertimus , ipſa eſt quæ in eruditorum libris incorrupta , & immaculata Septua-
„ ginta Interpretum Translatio reſervatur . Quidquid ergo ab hac diſcrepat ,
„ nulli dubium eſt , quin ita & ab Hebræorum auctoritate diſcordet „ . Pſalte-

„ rium

rium vero Hexaplare erat, cujus autographum laudat a ſe viſum Com. in Pſal. IV.
„ ubi ait: „ *A fructu frumenti, & vini eorum repleti ſunt:* Id quod in pluribus
„ Codicibus invenitur, *& olei eorum*, cum vetuſtum Origenis exemplum Pſalterii
„ revolverem, quod ipſius manu fuerat emendatum, nec in Hebræo, nec in cæ-
„ teris editionibus, nec apud ipſos LXX. Interpretes reperi „. Hoc autem Exemplum maximè Hieronymo probabatur, quia nihil habebat, non modo multum, quod ipſe novandum putaret. Quare ad Eccleſiarum utilitatem egit, ut Codice Origeniano Latinam redderet LXX. Seniorum Editionem. Hinc orta illa Pſalterii translatio, quæ dicitur Gallicana, mirifica quidem, & tanto viro & Doctore maximo digna, quam primum vulgavit anno MDXXXI. obelis aſteriſciſque notatam Joannes Cochlæus unà cum Brunonis Herbipolenſis commentariis. Majus ſtudium majoremque in ea operam poſuit Venerabilis Card. Thomaſius, & poſt ipſum Domnus Martianæus in Sancti Hyieronymi Bibliotheca divina. Hanc autem Pſalterii Editionem Hieronymus condidit, cùm Urbe Roma relicta, & requieſcens a Summi Pontificis pulcherrimis muneribus, otium ſibi ſumpſit in Bethleemitico ſpecu, & a cœtu hominum frequentiaque diſcedens, tamquam in portum, in ſolitudinem ſe recepit. Intellexerat enim a Paula & Euſtochio Italam Verſionem, quam Romæ ad Græcam fidem *curſim* & leviter caſtigaverat, quæque nunc etiam obtinet apud Sacroſanctam Baſilicam Vaticanam, caniturque viciſſim in Eccleſiaſtica Divinorum Officiorum Pſalmodia, ſcriptorum vitio rurſus fuiſſe depravatam. Quare conſtituit ſecundis curis illam ad Origenis autographum emendare: & quoniam prima editio contemnebatur ab iis, qui ſe dicebant in Veteri latina legenda malle verſari; ne ſecundus ejus labor in novas reprehenſiones incurreret, & aliquibus diſpliceret, ſummo ſtudio curaque egit ut obelos, & aſteriſcos adjungeret, quibus latinorum Eccleſiis Origeniana editio puriſſima traderetur. Id autem fecit provocatus a laudatis ſanctiſſimis Fœminis, ut ipſe ſcribit in Prologo, qui cum in Bibliis Vulgatis non habeatur, hic eum integrum damus: „ Pſalterium Romæ dudum poſitus emenda-
„ tam, & juxta LXX. Interpretes, licèt curſim, magna tamen ex parte correxe-
„ ram. Quod quia rurſum videtis, o Paula & Euſtochium, Scriptorum vitio de-
„ pravatum, pluſque antiquum errorem, quàm novam emendationem valere, co-
„ gitis, ut, veluti quodam novali ſciſſum jam arvum exerceam, & obliquis ſul-
„ cis renaſcentes ſpinas eradicem, æquum eſſe dicentes, ut, quod crebro male
„ pullulat, crebris ſuccidatur. Unde conſueta præfatione commoneo, tam vos,
„ quibus forte labor iſte deſudat, quàm eos, qui exemplaria iſtiuſmodi habere vo-
„ luerint, ut, quæ diligenter emendavi, cum cura & diligentia tranſcribantur.
„ Notet ſibi unuſquiſque, vel jacentem lineam, vel radiantia ſigna, ideſt; vel
„ obelos, vel aſteriſcos; & ubicumque viderit virgulam præcedentem, ab ea
„ uſque ad duo puncta, quæ impreſſimus, ſciat in LXX. Tranſlatoribus plus ha-
„ beri. Ubi autem ſtellæ ſimilitudinem perſpexerit, de Hebræis Voluminibus addi-
„ tum noverit æque uſque ad duo puncta juxta Theodotionis dumtaxat Editionem,
„ qui ſimplicitate ſermonis a LXX. Interpretibus non diſcordat. Hæc ergo & vo-
„ bis, & ſtudioſo cuique feciſſe me ſciens, non ambigo multos fore, qui vel invi-
„ dia, vel ſupercilio malint contemnere videri præclara, quàm diſcere: & de tur-
„ bulento magis rivo, quàm de puriſſimo fonte potare. „ Editio Pſalterii Romana vulgo appellata eſt, utpotè Romæ Sancti Damaſi Papæ temporibus uſurpata; poſterior verò Gallicana, quia apud Eccleſiam Gallicanam primùm obtinuit. Hinc eſt, quod in præfatione in Pſalmos ex Hebræo converſos, ad Sophronium ſcribit, Tranſlationem latinam ex Græco factam *diligentiſſime emendatam ſe linguæ ſuæ hominibus olim dediſſe*. Et in Apologia II. in Ruffinum: „ Pſalterium certè emenda-
„ tiſſimum juxta LXX. Interpretes noſtro labore dudum Roma ſuſcepit. „ In Epiſtola tamen ad Sunniam & Fretelam monet, ſe „ *emendantem Pſalterium olim, ubicumque ſenſus idem, veterum Interpretum* (latinorum) *conſuetudinem mutare*

no-

noluiſſe, ne nimia novitate lectoris ſtudium terreret . „ Sed V. Cl. auteqnam „ pergam ad reliqua, ſileutio præterire non poſſum, inſiguiter errare VValtouum, „ & qui eum ſequitur, NatalemAlexandrum,qui ajunt,quater circa Pſalterium ela- „ boraſſe Hieronymum. Primo (inquiunt) ex hebræo iu latinum vertit, ut iu Epi- „ ſtola ad Sophrouium legimus. Secuudo, ex Editione τῶν O' græca, quæ in He- „ xaplis erat ſiucera & incorrupta, quamque aſteriſcis & obelis notavit, ut legi- „ tur iu Epiſtola 135. ad Sunniam & Fretelam. Tertio & quarto, ex Editione Lucia- „ nea, quæ Vulgata & Communis dicta eſt, & eadem erat cum LXX., ſed a Luciano „ quibuſdam correcta in locis & emendata: hauc enim prima vice emendavit, ut eſt „ in epiſtola ad Sophronium; & poſtea iterum emendavit additis aſteriſcis & obelis, „ ut ipſe affirmat in præfatione in Pſalterium ad Paulam & Euſtochium: Et hæc ejus „ edirio auctoritate Damaſi Romæ in uſu erat, teſte ipſo Hieronymo libro primo „ contra Ruffinum „. *Hæc illi*. Qui, ut advertit Hodius lib. 3. Cap. 2. cum in variis locis de una eademque Græca Editione Hierouymus ſit loquutus, eum infelici admodum coujectura de diverſis intellexeruut. Legerant nempe apud ipſum, Editionem Lucianeam a nonnullis dictam fuiſſe *Communem* ſeu *Vulgatam*, quæ Conſtantinopoli uſque Antiochiam Eccleſiarum erat iu uſu: legerant Hieronymum bis Pſalterium ex Græca Editione emendaſſe, atque hiuc oſcitanter intulerunt, Editionem illam fuiſſe Lucianeam. Et quia legerant etiam, Hieronymum ex Editione *Hexaplari* Pſalterium vertiſſe, ideo hanc Editionem Tertiam quandam fuiſſe, & ab illa utraque diverſam autumarunt. Sed per Græcam Editiouem, ex qna Hierouymus Pſalterium bis emeudaſſe legerant, non aliam debuerant iutelligere, quàm LXX Hexaplarem, quæ Hebræo, & Verſiouibus ceteris Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis oppoſita, LXX. ſiue addito ſæpiſſime nuncupatur. De his hactenus. Nunc autem, ut erudito ſæculi genio morem geram, & Codicem Veroneuſem aggrediar illuſtrare, conſtituam qualis fuerit duplex illa LXX. Seniorum Translatio, non quod id iguorare te arbitrer, ſed ut ratioue & via procedat Epiſtolaris hæc diſſertatio. Et ne ullus error exoriatur, totam rem de more aperiam ex illo reſtitutore & quaſi architecto genuinæ Τῶν O' Verſionis, Origeue, atque ex ejus interprete fido Hieronymo, ut demum jure definiam Κοινὴν Verſioni Codice contineri. Atque ut inde Epiſtolæ initium proficiſcatur, unde hæc omnis cauſa ducitur, ſtatuo duas fuiſſe Edirioues Verſionis Septuaginta-Viralis, nimirum alteram Κοινὴν, aſteriſcis obeliſque notatam; alteram verò puriorem, quæ germana Τῶν O'. Utramque putavit Uſſerius in Hexaplis ab Adamantio fuiſſe collocatam. Exinde autem id probare contendit, quia S. Hieronymus perſæpe teſtatur, aſteriſcos & obelos exſtitiſſe in Editione Vulgata. Sententiam Uſſeriauam improbavit ſimul, ac refutavit Cl. Heuricus Valeſius, qui docuit, Origenem Editionem Antiquam ſeu Vulgatam primum emendaſſe, atque collatis inter ſe multis exemplaribus, eam obelis & aſteriſcis diſtinxiſſe. Quamobrem (inquit) Editio illa, quæ in Hexaplis legebatur, partim erat Κοινὴ, partim nou erat: erat quidem Κοινὴ, quia deſumpta erat ex Editione Κοινὴ ſeu Vulgata; non erat autem propriè Κοινὴ, propterea quod & multis locis emendata fuerat ab Origeue, & ex Theodotione aliiſque interpretibus paſſim ſuppleta. Id non reſpondiſſet Vir doctus (inquit) Humfredus Hodius de Bibliorum textibus Origin. &c. lib. 3. Cap. 4. ſi modò auimadvertiſſet, ſolere Hieronymum LXX. Verſionem in genere, ut opponitur Hebræo, *Vulgatam* appellare; quia illa, nou Textus Hebræus, vulgari uſu recepta erat, ſive, ut ipſe loquitur lib. 18. Com. in Eſ., quia ea Editio *toto orbe Vulgata ferebatur*. Hauc conſuetudinem eſſe Hieronymi, ex nounullis probare conatur exemplis, quæ paſſim occurrunt, præſertim in Commentariis v. g. ad Eſ. 26. ad voces illas „ *Sed & ſpiritu meo in præcordiis meis*: Volu- „ mus(inquit) & hebraicum ſequi, & Vulgatam Editionem nou penitus præterire. „ Et hac rerum neceſſitate compellimur, diverſo ordine atque ſermone diverſas „ intelligentias quærere. Igitur quod dicitur *de nocte* juxta LXX. hujus Capituli (ut di-

„ (ut diximus) principium eſt, juxta Hebr. ſinis ſuperioris; licèt poſſit etiam
„ juxta LXX. in fine accipi ſuperioris teſtimonii, ut ſit ſenſus &c. „ Ad caput 30. „
„ Multum in hoc locu LXX. Editio, Hebraicumque diſcordant. Primum ergo
„ de Vulgata Editione tractabimus, & poſtea ſequemur ordinem Veritatis (*Heb.*) „
„ Alibi, ad eumdem Prophetam : „ quia multum inter ſe Hebraicum diſtat, &
„ Vulgata Editio, ideo utrumque poſuimus &c. „ Sic in Jer. lib.4. „ Utramque
„ editionem ex integro poſui, ut & Hebraica veritas, & difficultas Vulgatæ
„ Editionis facilius cognoſcatur. „ Præfatione in Ezechielem ex Hebræo tranſ-
„ latum : „ Sed & Vulgata ejus Editio non multum diſtat ab Hebraico. Unde
„ ſatis miror, quid cauſæ extiterit, ut ſi eoſdem in univerſis libris habemus Inter-
„ pretes, in aliis eadem, in aliis diverſa tranſtulerint „. Et libro 5. Com. in Eſ. ad
„ illa verba (Ne læteris Philiſtæa) Philiſtæos autem (*inquit*) Palæſtinos ſignificat :
„ quos alienigenas Vulgata ſcribit Editio. „ Per Vulgatam autem, ait Hodius, hìc
intelligi LXX. in genere, cum re ipſa liquet, tum ex eo quòd alibi S. Hieronymus
obſervat, LXX. *Palæſtinos* vocare *alienigenas*. Ibidem lib.6. „ Philiſtim, quos nunc
„ Palæſtinos vocant, & ſemper a LXX. ἀλλόφυλοι, ideſt *alienigenæ* transferuntur. „
In Ezech. Cap.16. „ Palæſtinos, quos indifferenter LXX. alienigenas vocant. „
Rurſus in Joel. 1. „ Videamus autem, quid Philiſtim, & Urbes ejus peccaverint,
„ quos LXX. ſemper alienigenas tranſtulerunt „. Ego equidem contra Uſſerium
unam extitiſſe ſolummodò in Hexaplis Origenianis Verſionem LXX. Seniorum,
(non autem duas eaſque diverſas inter ſe, atque diverſis columnis diſpoſitas,
ſcilicet alteram Κοινὴν, ſeu Communem, obelis atque aſteriſcis emendatam ;
alteram verò puriorem, quæ germana græca translatio τῶν Ο' dicebatur)
cum Humfredo Hodio equidem cenſeo, ſimulque defendo : id enim apertiſſimè
traditur ab Hieronymo, & à Scholiaſte libri III. Reg cap.3. ἐν τισι μὲν τῶν ἀντιγρά-
φων, τεσσαράκοντα κεῖται ἐν δὲ τῷ Ἑξαπλῷ καὶ τοῖς ἀκριβεστέροις ἑξήκοντα. „ à
Theodoreto, qui de unica Editione τῶν LXX. Hexaplari, eaque puriori lo-
quitur ad Pſalm. 64. 65 73. 100. & 118. verſ.59. ubi ait : „ *Hebræus habet*, vias
meas : *& ſic etiam cæteri Interpretes verterunt, & LXX. in Hexaplo*. „ Sed contra
ipſum Hodium viribus omnibus nerviſque probare contendo, VULGATÆ nomine
apud Sanctum Hieronymum (cum de LXX.Seniorum Translatione perſcribit) Κοινὴν
venire, non *Græcam in genere, ut opponitur Hebræo*. Nam ipſe in Præfatione
Com. in Danielem apertis verbis teſtatur, quòd *Origenes de Theodotionis Opere in
Editione VULGATA aſteriſcos poſuit, docens defuiſſe quæ addita ſunt ; &
rurſus quoſdam verſus obelo prænotavit, ſuperflua quæque deſignans* „. Et in
„ Ezechielem cap.16. „ Hoc quod ſecundo dicitur, VULGATA Editio non habet,
„ ſed de Theodotionis Editione additum eſt. „ Sed ne quis labefactare poſſit hæc
duo tam inſignia teſtimonia, plura adhuc referam ex ipſo Hieronymo, aliiſque ;
ut Hodius maximè convincatur, Κοινὴν, quam Origenes emendavit, Vulgatæ nomi-
ne fuiſſe antiquitùs appellatam. Ea verò, GORI Doctiſſime, tam clara mihi vi-
dentur, tamque perſpicua, ut mirer nonnullorum pertinaciam Chriticorum,
quos pudet id ſentire quod ſentiunt ceteri ; & præclarum quid ſe adeptos putant,
cùm veritati maximè adverſantur. Introſpice, quæſo, in ſcripta Hieronymi ; evolve
ejus literas, & Præfationes in Sacræ Scripturæ libros ; & amplius quod deſide-
res, nihil erit. Quæ omnia ſi legit Hodius, neſcio quo modo, id quod veriſ-
ſimum erat, ipſe non viderit. Inſignes namque ſunt Doctoris maximi loci, et niſi
qui fortè me fugiunt, hi ſunt reliqui. Primus habetur in Præfatione libri XVI.
Comment. in Eſaiam, in qua ait : *Omnes Græciæ tractatores, qui nobis erudi-
tionis ſuæ in Pſalmos Commentarios reliquerunt, hos verſiculos veru adnotant,
atque prætereunt, liquido confitentes in Hebraico non haberi, nec eſſe in LXX.
Interpretibus ; ſed in Editione VULGATA, quæ Græcè* Κοινὴ *dicitur, & in toto
Orbe diverſa eſt*. Poſt edita enim Origenis Hexapla, in quibus Editio Septua-

ginta-viralis aſteriſcis obeliſque notata erat, ſolebant multi, ut innuit idem Hieronymus, ea quæ in ſuis Codicibus Vulgatæ Verſionis deficere, aut redundare arbitrabantur, ad eorumdem exemplum ſub aſteriſcis ſupplere aut obelis confodere. Secundus, exſtat in laudata Epiſtola ad Sunniam & Fretelam, in qua ſcribit: *Breviter illud admoneo, ut ſciatis, aliam eſſe Editionem, quam Origenes & Cæſarienſis Euſebius, omneſque Græciæ tractatores* Κοινὴν, *ideſt Communem appellant atque VULGATAM, & a pleriſque nunc* Λουκιανὸς *dicitur, aliam LXX. Interpretum, quæ & in* Ἑξαπλοῖς *reperitur, & a nobis in latinum ſermonem fideliter verſa eſt*. Tertius verò in Præfatione in Quæſtiones Hebraicas: *De Adamantio autem* (inquit) *ſileo: hujus nomen, ſi parva licet componere magnis, meo nomine invidioſius eſt, qui cum in Homiliis ſuis, quas ad vulgum loquitur, Communem Editionem ſequatur, in Tomis, ideſt in diſputatione majori, hebraica Veritate ſtipatus, & ſuorum circumdatus agminibus, interdum linguæ peregrinæ quærit auxilia*. Origenis Exegematica Sacræ Scripturæ S. Hieronymus alibi in tria genera diſtinguit, ſcilicet in *Scholia*, *Homilias*, *ac Tomos*. Scholia fuerunt breviores adnotationes, quibus loca obſcuriora ſummatim illuſtrabat: Homiliæ vero Sermones ſeu Conciones, quibus quotidie & quaſi extempore Scripturas Populo enarrabat: Tomi denique ſive Volumina, majores erant Commentarii, in quibus, ab eruditis tantùm legendis, tota ingenii ſui vela ventis ſpirantibus dedit. Hieronymum hoc loco totum nobis pandere myſterium, cum Hodio exiſtimat VVetſtenius, qui in notis ad Origenis Epiſtolam ad Africanum, ſcribit: *En timidum Origenem! errantem ſeqnitur Verſionem Vulgatam coram populo, ac defendit eam præſenti Epiſtola, uni quidem inſcripta, ſed ſtatim omnibus publicata. Verùm, ubi vel ſolus eſt, vel cum doctoribus & eruditis verſatur, corrigit emendata; Hebræa præfert: adeoque aliàs deſtruit, quod aliàs ædificat*. Rectius tamen putavit Ludovicus Capellus Crit. Sac. pag. 531. in illo Tomorum Opere Origenem ad Hebraicam Veritatem, Judæorum causâ unicè, confugiſſe. Quartum denique teſtimonium ſumitur à noſtra Editione Vulgata, ſcilicet à libris Heſter, Danielis, & Hieremiæ, in quibus S. Hieronymus retinens additamenta Communis Verſionis, quæ deerant in Hexaplari, & in Textu Hebræo, hæc in notis, quæ adhuc in exſcuſſis ſuperſunt, literis conſignavit, ad finem Heſter: *Quæ habentur in Hebræo, plena fide expreſſi: hæc autem, quæ ſequuntur, ſcripta reperi in Editione VULGATA, quæ Græcorum lingua & literis continentur. Et interim poſt finem libri hoc Capitulum ferebatur, quod juxta conſuetudinem noſtram obelo, ideſt veru, prænotavimus*. „ Poſtea: „ *Hoc quoque principium erat in Editione Vulgata, quod nec apud ullum fertur Interpretum*: ſic alia alibi ejuſdem generis: „ *Quæ ſequuntur, in ſola Vulgata Editione reperimus .... Quæ ſequuntur, non habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur Interpretum ... Hæc quoque addita reperi in Editione Vulgata*. Ita quoque ante additamenta Danielis. *Quæ ſequuntur uſque ad finem libri, de Theodotionis Editione translata ſunt*. „ Ante Canticum vero trium Puerorum: „ *Quæ ſequuntur, in Voluminibus non reperi*. „ Et ad finem ejuſdem: „ *Hucuſque in Hebræo non habetur; & quæ poſuimus, de Theodotionis Editione translata ſunt*. „ Quid quod Origenes ipſe Editionis Κοινῆς, ſub Vulgatæ *nomine* meminit? ut diſcimus à S. Hieronimo in Epiſtola ad Sunniam & Fretelam, atque à lucubrationibus ejuſdem Origenis, quæ adhuc ſuperſunt, in quibus non raro comparat Vulgatam ſeu Κοινὴν cum Hexaplari Editione: & hanc ab illa diſtinguit ſimplici titulo, τῶν *Septuaginta*. De duabus Editionibus τῶν ο' loquitur etiam in Lament. I. apud Scholia Nobiliana: „ *Juxta Symmachum* (inquit) *& ſecundum aliam* ἔκδοσιν *ipſorum LXX.* „. Et clarius apud Scholion Codicis Barberini ad Zach. 12. V. X. ἀνθ᾽ ὧν κατωρχήσαντο) οὕτω μὲν οἱ ο'. ὁ δὲ Θεοδοτίων ἐποίησεν, καὶ ἐπιβλέψονται πρὸς μὲ εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. ἐσημειωσάμεθα δὲ ὅτι ἐπί τινων οἱ Ἀπόστολοι

τῇ

τὸ Ἑβραϊκὸν, καὶ οὐ τὸ ἐν τῇ ΚΟΙΝΗ τεθείκασι. *Sic habent LXX.*; *Theodotion vero fecit :* Et aſpicient in me quem transfixerunt : *Notavimus autem in quibuſdam locis Apoſtolos Hebraicum , & non quod in Vulgata eſt , ponere .* „ Item libro V. contra Celſum . καί τοι αὐτά γε μάλιστα ἡ Σεπφώρα, λαβοῦσα ψῆφον περιέτεμε τὸ παιδίον ἑαυτῆς. κατὰ μὲν τὰ ΚΟΙΝΑ, τῶν ἀντιγράφων λέγει ἀναγεγραμμένη τὸ, Ἔστη τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς τοῦ παιδίου μου κατὰ δὲ τὸ Ἑβραϊκὸν, αὐτὸ, Νυμφίος αἱμάτων σύ μοι. *Quod non ignorans Seppboras , crupo arrepto , circumcidit ſuum Filium , affata ſecundum Vulgata exemplaria ,* ſtetit Sanguis circumciſionis mei pueri : *Secundum Hebræum vero* :Sponſus Sanguinum tu mihi „ . Et hæc de Vulgatæ nomine τῶν ο' adverſus Hodium . Nunc vero eumdem aggredi cogor , qodd Cl Valeſium a veritate aberraſſe dicat , cum de Hexaplari Verſione Seniorum diſputans contra Uſserium (qui duplicem Editionem Verſionis LXX. ex teſtimonio Heſichii in Hexaplis falſo adſtruebat) hæc literis conſignavit : „ Editio LXX. (Origeniana) partim erat Κοινὴ,partim non erat &c. ut retuli pag.232.Valeſii ſententiam tota tuetur antiquitas . Nam , licèt ubique pannis , ex Theodotione præſertim aſsutis , corpus Κοινῆς integrius texuiſset Origenes ; attamen , ut etiam Κοινὴ ſarta tecta maneret , atque lectores nullo negotio poſsent,quæ,& ubi eſſent aliarumEditt.additamenta cognoſcere, ea omnia religiosa interjectione aſteriſcorum (quorum fines duobus punctis terminabantur) ubique aperire voluit : cauſamque probabilem afferebat , ut ſcilicet, qui Antiquam Vulgatam , ſeu Communem Verſionem in Hexaplis legere voluiſsent , ea , quæ ſub aſteriſcis erant poſita, omiſsa facerent. Arbitratus eſt nempe, hac ratione a Κοινῆς tenacioribus ipſam intactam putamque in Hexaplis lectum iri . Atque ut teſtimoniis, oſtendam Verſionem Veterem illam, a LXX. Senioribus ortam, Theodotionis additamentis ita Origenem ſuppleviſſe , ut ſi quis ejus ſtudio non teneretur addictus,& ab Hebræorum fontibus abhorreret, ea quæ ſub aſteriſcis erant, poſſet omittendo negligere,Origenem ipſum in medium afferam,qui in uno eodemque Exemplo novam Editionem doctis,& indoctis Veterem repręſentaſse docet in Commentasio in Matthæum.Ibi enim de ſe ſcribit,ea,quæ in LXX.redundabant,obelo confixiſse ,quia non eſt auſus ea penitus tollere;aliaque,juxta Hebræum addita,aſteriſcis illuſtraſse , ut de illis admittendis, pro arbitrio ſtatuerent alii . *Nonnulla quidem* (ſunt ejus verba) *in Hebræo non extantia obelo confiximus , cum ea penitus rejicere non fuerimus auſi ; aliqua verò cum aſteriſcis addidimus , ut perſpicuum ſit , ea nos è reliquis Editionibus , Hebræo conſonantibus , addidiſſe ;cum in LXX. Interpretibus minime reperirentur, & ut ea miſſa faciat , cui libitum erit . Quem autem offendit illum de illis admittendis , nec ne , pro arbitrio ſtatuat.* Sanctus quoque Hieronymus in epiſtola 89 ad Auguſtinum : *Miror* (inquit) *quomodo LXX. Interpretum libros legas non puros , ut ab eis editi ſunt , ſed ab Origene emendatos , ſive corruptos per obelos & aſteriſcos . Et Chriſtiani hominis interpretatiunculam non ſequaris : præſertim cum ea , quæ addita ſunt, ex hominis Judæi atque blaſphemi , poſt paſſionem Chriſti , Editione tranſtulerit . Vis amator eſſe verus LXX. Interpretum? non legas ea , quæ ſub aſteriſcis ſunt ; imo rade de voluminibus , ut Veterum te fautorem probes .* Item Præfatione in Joſue hæc habet *Quod ſi Vetus eis tantùm Interpretatio* (Κοινὴ) *placet , quæ & mihi non diſplicet , & nihil extra recipiendum putant ; cur ea , quæ ſub aſteriſcis & obelis vel addita ſunt , vel amputata , legunt & negligunt.* Paria habentur apud Ruffinum Invectiva II. adverſus Hieronymum . Et S. Auguſtinus lib. XVIII. de Civit. Dei cap. 43. loquens de Origeniana Septuaginta Seniorum correctione , ait : *Nonnulli Codices Græcos Interpretationis LXX. ex Hebræis codicibus emendandos putarunt ; nec tamen auſi ſunt detrahere , quod Hebræi non habebant , & LXX. poſuerunt* Nunc autem , quoniam patefeci Septuaginta-viralis Origenianæ , itemque Communis Verſionis aditum , dabis mihi , Vir Clariſſime, hanc etiam veniam , ut de Κοινῆς conditore , quæ nondum

attigi

attigi, ſcribam. Et ut demum in ejus rationis & naturæ cognitionem pene intimam pervenias, ne graveris breviter audire, quid de ipſa aliqui ſenſerint. Non enim inter ipſos omnis eſt controverſia, ut inter Hodium, in vocabulo tantùm, ſed in re poſita; quoniam exſtant nonnulli, etiam ex Antiquis, qui plus ingenio tribuentes, quàm res veritaſque concedat, de Κοινῆς Edit. falſa perſcribunt, ejuſque conditores, alios à LXX. fuiſse ariolantur. Sed quis non videat ex his, quæ paulo ante multis expoſui, veterem Verſionem illam (omni laude a tota antiquitate cumulatam) quæ Κοινὴ dicebatur, fuiſse Vulgatam τῶν LXX., nullibi Origenianis aſteriſcis vel obelis ad Hebraicæ Veritatis Editiones exactam? quæ, quamvis poſtmodum minori in gloria fuerit, quia, ut inquit Morinus, minus ſæculorum decurſu lectionum veritate excellebat; tamen Eccleſia, ea fovente & obſtetricante, nata eſt; atque tenella facta, nullo alio verbi Divini lacte, quàm ex hac Translatione expreſſo, potata eſt, & educata; nullo alio cibo ſuſtentata adolevit, brachiaque per univerſum Orbem porrexit. Sed diverſas Scriptorum ſententias jam exponam. Primo igitur Sanctus Iſidorus Hiſpalenſis Quintam Editionem ab Adamantio in Actæo littore inventam confundit cum Vulgata ſeu Κοινῇ, Originum lib. 6. Cap. 3. hæc ſcribens: *Fuerunt & alii Interpretes, qui ex Hebræa lingua in Græcum Sacra Eloquia tranſtulerunt, ſicut Aquila, Symmachus, & Theodotion, ſicut etiam Vulgaris illa Interpretatio, cujus auctor non apparet, & ob hoc ſine nomine apud Interpretes Quinta Editio nuncupatur. Pręterea Sextam & Septimam Editionem Origenes miro labore reperit, & cum cęteris Editionibus comparavit*. Eodem in errore verſatur Hugo de Sancto Victore, qui etiam falſo aſſerit, Sextam & Septimam ab ipſo Origene fuiſſe confectas: „ *Secundam* (inquit de Script. Cap. 9.) *& Tertiam & Quartam Translationem fecerunt Aquila, Symmachus, Theodotion. Quorum primus, videlicet Aquila, Judæus; Symmachus vero, & Theodotion Hebionitæ hæretici fuerunt. Obtinuit tamen uſus, ut poſt LXX. Interpretes Eccleſiæ Græcorum eorum reciperent exemplaria, & legerent. Poſt hæc acceſſit Quinta, quæ Vulgaris dicitur, quæ quodam tempore in Hierico reperta eſt. Sed quis auctor ejus fuerit, uſque hodie ignoratur. Sextam & Septimam Origenes fecit, cujus Codices Euſebius & Pamphilus vulgaverunt*. Secundo Franciſcus Junius male arbitratus eſt a LXX. Interpretibus Moiſis tantummodo Pentateucum, reliquos vero Sacræ Scripturæ libros ſub Herode Rege ab aliis ex Hebræo fuiſse translatos. Quamobrem Bellarm. Controv. I. lib. 2. cap. 5. ait: Κοινὴν fuiſse *eandem cum Herodiana*. Non defuerunt etiam, qui Heſychium Κοινῆς dicerent conditorem, eumque Interpretem nominarent, decepti ex quodam Sancti Hieronymi teſtimonio, cujus mentem non ſunt aſſequuti. Ipſum autem hoc eſt, in Præfatione in Paralip. ad Chromatium. *Nunc vero cum pro varietate regionum diverſa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque Translatio corrupta ſit atque violata, noſtri arbitrii putas, aut è pluribus judicare quid verum ſit, aut novum opus in veteri opere cudere, illudentibuſque Judæis cornicum (ut dicitur) oculos configere. Alexandria & Egyptus in LXX. ſuis Heſychium laudat auctorem. Conſtantinopolis uſque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat. Mediæ inter has Provinciæ Palæſtinos Codices legunt, quos ab Origene elaboratos Euſebius & Pamphilus vulgaverunt. Totuſque Orbis hac inter ſe trifaria varietate compugnat*. Ex quo illud unicè conficitur, Heſychium (ex Hebræo aliiſque Græcis Translationibus) *Κοινὴν* recenſuiſse, ut a Clariſſimo Monfauconio ſatis probatum videtur, utque ex altero Sancti Hieronymi loco apertè colligitur in Præfatione ad Damaſum in quatuor Euangelia. Multi demum recentiores, Lucianum Martyrem, Antiochenum Presbyterum, atque Heſychii æqualem, Veteris illius *Κοινῆς* ſive Communis Verſionis fabricatorem fuiſse ſcripſerunt. Sed apud imperitos iſto modo loquuntur. Nam eorum ſententia nullam

pror-

proſus habet ſpeciem veritatis ; cum in ſuperioribus ſatis amplè demonſtraverim ex Origene, Hieronymo, aliiſque, Κοινὴν fuiſſe putam putam Verſionem τῶν ο', quæ uſque ab ipſo Eccleſiæ naſcentis exordio Chriſtianorum manibus terebatur, & apud omnes Communis audiit & Vulgata, donec confectis abſolutiſque Hexaplis Origenianis, paulatim exſcribi deſiit ab Antiquariis, ac, vetuſtate, formæ ejus dignitas deſloreſcens, tandem minus æſtimari cœpit, ac penitus etiam extingui. Quod, maximum malum fuiſſe arbitror ; quia LXX. Senum Origeniana Tranſlatio, quamplurimis Theodotionis, aliorumque Interpretum lectionibus affluebat. Et quamvis Adamantii Opus laudandum putem, quod tanti fecit Hieronymus, ipſumque diligentiſſimè, ac fere totidem verbis interpretatus eſt ; nihilominus Editio illa, non ſolùm a primitivis LXX. Seniorum exemplaribus, quæ Apoſtolico ævo obtinebant, ſed etiam ab ipſomet puriſſimo fonte hebræo perſæpè judico diſcrepaſſe. Nam Aquilam, Symmachum, & Theodotionem nonnulla dolo malo vertiſſe non indiget probationibus ; cum totum iſtud concludi liceat ex ſexcentis Patrum teſtimoniis, & præſertim ex S. Hieronymo. Sed ad Lucianum redeamus. Hic autem, ſi Κοινῆς Pareus dici velit, quòd in eadem emendanda plurimùm inſudaverit, non longè abero ut credam. Ipſe enim Sacratum Literarum ſcientia conſpicuus, ut verbis Natalis Alexandri utar, (Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Sæculo II. Diſſertatione 11.) ſub Diocletiani perſequutione Martyr, viſis præcedentibus (Aquilæ ſcilicet, aliorumque Interpretum) Scripturæ Sacræ Editionibus, & cum hebraica veritate diligentiſſimè, & magno cum labore collatis, novam Editionem adornavit, ſive potius Editionem Septuaginta Interpretum recenſuit. De ipſo S. Hieronymus in Cathalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum ita loquitur : *Lucianus Vir diſertiſſimus, Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter, tantum in ſtudio Scripturarum laboravit, ut uſque nunc quædam Exemplaria Scripturarum Lucianea nuncupentur.* Sed Luciani, (ut etiam Heſychii) in Veteris Teſtamenti emendatione labores non admodum felices fuiſſe, in Novi autem Codicibus recenſendis infelices prorſus, idem S. Hieronymus teſtatur in præfatione in Euang. ad Damaſum : *Prætermitto* (inquit) *eos Codices, quos a Luciano, & Heſychio nuncupatos, paucorum hominum aſſerit perverſa contentio ; quibus utique, nec in toto Veteri Inſtrumento poſt Septuaginta Interpretes emendare quid licuit, nec in Novo profuit emendaſſe ; cum multarum gentium linguis Scriptura ante translata, doceat falſa eſſe, quæ addita ſunt*. Quoniam vero Κοινῆς Exemplaria, Lucianea a pleriſque dicta ſunt, hinc orta magna contentio. Legerant * in S. Hieronymo, ut etiam ſupra retulimus : *Breviter illud admoneo, ut ſciatis aliam eſſe Editionem, quam Origenes, & Cæſarienſis Euſebius, omneſque Græciæ Tractatores* Κοινὴν, *ideſt Communem appellant, atque Vulgatam, & a pleriſque nunc* λουκιανὸ *dicitur ; aliam Septuaginta Interpretum, quæ & in Hexaplis Codicibus reperitur, & a nobis in latinum ſermonem fideliter verſa eſt : & Hieroſolymæ, atque in Orientis Eccleſiis decantatur*. Legerant paulo poſt : Κοινὴ *autem iſta, hoc eſt Communis Editio, ipſa eſt, quæ & Septuaginta. Sed hoc intereſt inter utramque, quod* Κοινὴ *pro locis, & temporibus, & pro voluntate ſcriptorum veterum, corrupta editio eſt : ea autem, quæ habetur in Hexaplis, & quam nos vertimus, ipſa eſt, quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata Septuaginta Interpretum Tranſlatio reſervatur. Quidquid ergo ab hac diſcrepat, nulli dubium eſt, quin & ab Hebraica auctoritate diſcordet*. Sed ridiculus fit, ſi quis in ſtatuendo primo Κοινῆς editore, iſtis Hieronymi auctoritatibus abutatur. Nam id certum, ratum, firmum, fixumque eſt apud eundem Hieronymum, Κοινὴν a LXX. Senioribus ortam, & ante Luciani tempora, Antiquæ, Vulgatæ, atque Communis Verſionis nomine celebratam fuiſſe. Quare, ſi ipſa quandoque Lucianea vocabatur, id fieri conſuevit ab Eccleſiis tantùm Conſtantinopoleos, & Antiochiæ, apud quas

* In Ep. ad Sunn., & Fretelam.

(ut paulò ſuperius attigi) communi erant in uſu, ac moribus unicè recipiebantur illa Κοινῆς exemplaria, quæ laudatus Martyr ad fidem Hebraicæ Veritatis, aliarumque Editionum exegerat. Codices verò, qui Κοινὴν repræſentabant cum ſphalmatis ac nævis ſuis, & nondum paſſi fuerant Luciani cenſoris ferulam & correctionem, vix aut ne vix quidem ab ipſis Conſtantinopolitanis, & Antiochenis Eccleſiis agnoſcebantur. Igitur nulli amplius mirabile videri debet, in recitato loco Epiſtolæ ad Sunniam & Fretelam, Verſionem Communem τῶν ο' dici ab Hieronymo Lucianeam. Reſtat nunc, ut pro coronide ſcribam, quid adhuc de Luciano ab aliquibus noſtrorum temporum eruditis viris falſiſſimum afferatur, & quid verius ex antiquiſſimorum Scriptorum teſtimoniis a nobis ſit ſtatuendum. Ajunt ipſi, Luciani Editionem in Hexaplis exſtitiſſe; eamque cum Septima Jerichunte reperta ignaviter ac mirè confundunt; & novis offuſis tenebris (ne ſcintilla demum ulla ad aſpiciendum quænam fuerit illa Κοινὴ ſive Communis Editio lectoribus relinquatur) volunt lumen veritatis adimere. Sed ego ſtipatus auctoritatibus coævorum, obſtructum erroris aditum aperiam, & nihil prætermittam eorum, quæ hac in quæſtione dici poſſint. Igitur mihi videtur, a Scriptore Synopſeos (inter Opera Magni Athanaſii excuſæ) omnis falſitatis origo repetenda. Iſte enim perſonatus Auctor, poſtquam expoſuit, quæ ſibi probabilia videbantur de Hexaplis Origenianis, demum, ut Septimam eorundem Editionem proprio appellaret nomine (qui vel ab ipſo Origene propter obſcuri & incerti Parentis genus, penitùs ignorabatur, ad Apollinem cenſuit referendum. Scilicet uſus eſt vaticiniis; ſed infelici admodum præſagitione divinita ſunt illa, quæ protulit. Ea mihi nunc ad commemorandum ſunt neceſſaria. His autem verbis leguntur expreſſa: Ἑβδόμη πάλιν καὶ τελευταία ἑρμηνεία, ἡ τοῦ ἁγίου Λουκιανοῦ τοῦ μεγάλου ἀσκητοῦ καὶ μάρτυρος, ὅστις καὶ αὐτὸς ταῖς προγεγραμμέναις ἐκδόσεσι, καὶ ταῖς Ἑβραϊκαῖς ἐντυχὼν, καὶ ἐποπτεύσας μετὰ τῆς ἀκριβείας τὰ λείποντα, ἢ καὶ περιττὰ τῆς ἀληθείας ῥήματα, καὶ διορθωσάμενος ἐν τοῖς οἰκείοις τῶν γραφῶν τόποις, ἐξέδοτο τοῖς χριστιανοῖς ἀδελφοῖς: *Septima, & poſtrema Tranſlatio Sancti Luciani magni Religioſi & Martyris eſt, qui & ipſe cum in prædictas Tranſlationes, & Hebraicos libros incidiſſet, & diligenter, quæ vel veritati deerant, vel ſuperflua aderant, inſpexiſſet, ac ſuis quæque locis correxiſſet, Verſionem hanc Chriſtianis fratribus edidit.* Quæ ut quàm falsò dicta ſint luculenter oſtendam, Scriptoribus illis uti oportebit, qui Origenianæ ætati propius accedunt, Euſebio videlicet, Hieronymo, aliiſque magni nominis Hiſtoriographis, qui vel inſpectores Hexaplorum fuerunt, vel auctoritatis pondere ceteris antecellunt. Cum enim res a noſtra memoria remotas in antiquorum monumentis inquirimus, ratio ipſa in eam potiſſimum ſententiam ducit, ut exiſtimemus, veritatem a vicinioribus & oculatis teſtibus tradi. Quare nunc ordior recitare quid iſti ſcripſerint de ſeptima Origenis Editione, ut Synopſeos commentum (quod a pleriſque defenditur, & veriſſimum prædicatur) ac fabula Lucianea veritatis luce inclareſcat. Et ut breviter in hanc Epiſtolam concludam omnia, placet hic Euſebii verbis exponere, quid ipſe definiat: mox quædam (ſed veluti per tranſennam) inſpicere, a nemine hactenus, quod ego ſciam, oculis uſurpata, ut, Luciani Editione a Septima Hexaplari ſepoſitâ atque diſcretâ, Κοινῆς Tranſlationis notio tandem aliquando in Pſalmis ex Veronenſi Codice ſtatuatur. Inſignis Euſebii locus hic eſt in Hiſt. Eccleſiaſt. lib. 6. Cap. 16. *Origenes* (inquit) *aliorum quoque, qui præter LXX. Interpretes Sacras Scripturas interpretati ſunt, Editiones, nonnullas denique Interpretationes a tritis illis & Vulgatis, Aquilæ ſcilicet, ac Symmachi, ac Theodotionis, diverſas reperit:* ἃς οὐκ οἶδ' ὅθεν ἔκ τινων μυχῶν τὸν πάλαι λανθανούσας χρόνον ἀνιχνεύσας, εἰς φῶς προήγαγεν. ἐφ' ὧν διὰ τὴν ἀδηλότητα, τίνος ἄρ' εἶεν οὐκ εἰδὼς, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπεσημήνατο, ὡς ἄρα τὴν μὲν εὕροι ἐν τῇ πρὸς Ἀκτίῳ Νικοπόλει, τὴν δ' ἐν ἑτέρῳ, τόπῳ τοιῷδε.

ἔν γε

ἐν γε μὴν τοῖς Ἑξαπλοῖς τῶν ψαλμῶν μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρας ἐκδόσεις οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἑρμηνείαν ἐπὶ μιᾶς αὖθις σεσημείωται ὡς ἐν Ἱεριχοῖ εὑρημένης ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου; *quas quidem ille ex neſcio quibus angulis erutas, in quibus jamdudum delituerant, primus in lucem produxit. Et cum obſcurum, incompertumque haberet cujuſnam eſſent Auctoris, hoc ſolùm de ipſis adnotavit, alteram quidem a ſe repertam fuiſſe Nicopoli juxta Actium; alteram verò in alio quodam loco. Quin etiam in Hexaplis Pſalmorum exemplaribus, poſt inſignes illas quatuor Editiones, cum non Quintam modò, ſed etiam Sextam, ac Septimam apponeret Verſionem, rurſus in principio unius notavit, inventam illam fuiſſe Jericunthe in dolio temporibus Antonini, qui Severi filius fuit.* Pro οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην: lego cum Valeſio, οὐ μόνον πέμπτην καὶ ἕκτην, ἀλλὰ καὶ ἑβδόμην, *non modò Quintam, & Sextam, ſed etiam Septimam, & pro*, ἐπὶ μιᾶς αὖθις, *lego*, ἐπὶ αὐτῆς. Cum ergo antea de Quinta, & Sexta Editione ab Origene inventa, altera Nicopholi, altera in alio loco, loquutus ſit Euſebius; hoc amplius addidit, Origenem *in Hexaplis Pſalmorum, ubi non Quintam, & Sextam modò, verùm etiam Septimam appoſuit, in principio hujus notaſſe, inventam fuiſſe Jerichunte*. Porrò Zonaras ita Euſebium intellexit; ſcribit enim: καὶ τῶν ταύτας ἡρμηνευκότων συναγαγὼν τὰ συγγράμματα, τῶν οβʹ. δηλαδὴ τούτε Ἀκύλου καὶ τοῦ Συμμάχου, καὶ τοῦ Θεοδοτίωνος, καὶ δύο ἄλλων ἀνωνύμων ἑρμηνέων (ἠγνόηται γὰρ τὰ ἐκείνων ὀνόματα) ἐφιλοπόνησε τὰ τῶν ἑξαπλῶν λεγομένων συγγράμματα. Ἐν δὲ τοῖς ψαλμοῖς καὶ ἑβδόμης μέμνηται ἑρμηνείας, ὡς ἐν Ἱεριχοῖ εὑρημένης: *& colligens Editiones eorum, qui Scripturas Hebræas interpretati ſunt, videlicet LXXII., Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, & duorum aliorum Interpretum, quorum nomina ignorantur, Volumina, quæ Hexapla dicuntur, compilavit. In Pſalmis verò etiam Septimæ interpretationis meminit, tanquam Jerichunte repertæ*. Eadem ferè habet Nicephorus Calliſtus lib. 5. Cap. XI. qui rerum geſtarum narrationem ab eodem Euſebio eſt mutuatus: ἐν δὲ τοῖς Ἑξαπλοῖς τῶν ψαλμῶν, μετὰ τὰς τέσσαρας ἐπισήμους ἐκδόσεις, οὐ πέμπτην μόνον ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἑρμηνείαν ἐπισημαίνεται, ὡς ἐν Ἱεριχοῖ εὑρεθείσας ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου υἱοῦ Σευήρου. *In Pſalmorum autem Hexaplis, poſt quatuor celebriores Editiones, non Quintam ſolam, ſed & Sextam, atque adeo Septimam Translationem ſe appoſuiſſe oſtendit, Jerichunte in dolio temporibus Antonini Severi Filii repertas*. Sanctus Hieronymus quoque, ubi de Septima Editione ſermonem inſtituit, eam *ab Origene inventam*, atque auctoritatis pondus *ſine Interpretis nomine* conſequutam fuiſſe, teſtatur in libro de Script. Eccl. in Comment. in Epiſt. ad Titum Cap. 3. & in Præf. Chronici Euſebiani. Quomodo ergo illud Lucianeum Exemplar, quod ipſius manu exaratum, & Titulo Conditoris inſcriptum erat, nec Jerichunte, ſed Nicomediæ (ubi ſanguinem fudit pro Chriſto) temporibus Conſtantini Magni publicam lucem adſpexit, ab Auctore Synopſeos cum Septima Editione confunditur? Præſertim cum idem Auctor S. Luciani autographum Nicomediæ repertum fuiſſe, non inficientur. Ἥτις δὴ καὶ ἑρμηνεία μετὰ τὴν ἄθλησιν καὶ μαρτυρίαν τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Λουκιανοῦ, τὴν γεγονυῖαν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν τυράννων, ἤγουν τὸ ἰδιόχειρον αὐτοῦ τῆς ἐκδόσεως βιβλίον, εὑρέθη ἐν Νικομηδείᾳ ἐπὶ Κωνσταντίνου βασιλέως τοῦ μεγάλου παρὰ ἰουδαίοις ἐν τοίχῳ πυργίσκου περικεχρισμένῳ κονιάματι εἰς διαφύλαξιν: *Quæ ſane poſt ipſius certamen, & Martyrium, quod ſub Diocletiano & Maximiano Tyrannis ſuſtinuit, libro videlicet propria ipſius manu ſcripto comprehenſa Nicomediæ ſub Conſtantino Magno Imperatore apud Iudæos in pariete turriculæ calce circumlito, quo cuſtodiæ gratiâ poſita fuerat, inventa eſt*. Præterea (quod me fugiebat) laudatus Euſebius fidelibus oculis ſubjectam habuit anonymam illam Septimam Editionem, ab Origene ante annos quinquaginta in Hexaplis poſi-

poſitam, quam etiam in Demonſtratione Euangelica ad caput 2. Habacuc nominavit. Et Sanctus Hieronymus, qui in Cæſarienſi Bibliotheca ſedula conſultatione pervolvit archetypum Origenianum, in Epiſtola ad Suniam & Fretelam apertè nos docet, Κοινὴν a S. Luciano emendatam, in Hexaplis locum non habuiſſe; eamque univerſos Divinæ Scripturæ libros fuiſſe complexam; Septimam verò paucos tantummodo, eoſque præſertim, *qui apud Hebræos verſu compoſiti ſunt*, ut ex loco mox recitando * patebit. Sed quid opus eſt pluribus teſtimoniis, ubi utriuſque fragmenta hodieque loquuntur? Adeant, ſi volunt, Synopſeos (Athanaſio adſcriptæ) patroni Clariſſimum Montfauconium; adeant eruditum Morinum, quibus ſidem derogare non licet, cùm allegent utriuſque fragmenta, Luciani ſcilicet, ac Septimæ Origenis editionis. Horum primus in Præliminaribus in Hexapla hæc habet cap.9. pag.63. *In libro Pſalmorum præter ſex ſolitas columnas, tres alias ſuperaddidit Origenes, quæ Quintam, Sextam, & Septimam Editionem exhibebant. Quarum omnium lectiones multis partibus auctiores dedimus, quàm Druſius ediderat.* Alter verò Exercit.9. lib. 9. cap. ult. quorumdam meminit fragmentorum Bibliothecæ Thuaneæ, quæ Editionem Martyris Luciani ex aliqua parte ſuperſtitem, Veterum Translationum inquiſitoribus repræſentant. Facta autem collatione Septimæ, ac Lucianeæ, mirificæ varietates patebunt, atque oculis uſurpabuntur. Eadem differentia deprehenditur in pervetuſto Codice Barberino, ad cujus oram indicatur ſæpe Lucianus cum nota $\overset{\wedge}{\circ}$, ad loca, quæ ipſe ex Hebræo, aliiſque græcis Editionibus emendavit: exempli gratia, Malachiæ cap.3. verſ.10. ubi legitur, ἐν οἴκῳ ὑμῶν, ſcriptum eſt $\overset{\wedge}{\circ}$ ſuper ὑμῶν, ex Veteri Notariorum more, qui, ut Theodoretus tradit, in Sacrarum Scripturarum marginibus, *per litteras* $\overset{\wedge}{\circ}$, Luciani Martyris caſtigationes notabant. Firmum ergo fixumque ſit, Septimam Origenis Editionem a Lucianea fuiſſe diverſam; & Auctorem Synopſeos, ea, quæ ſibi explorata non erant & cognita, protuliſſe. Nunc verò, quia non bene proviſa, & diligenter explorata principia ab Humfredo Hodio ſunt poſita, qui in Septima Editione Prophetas Minores tantùm, *non autem librum Pſalmorum* fuiſſe contendit, ut id quod ſuſcepi perficiam, ea paucis aperiam, quæ hanc etiam dirimant quæſtionem. Sed ut poſſis, mi GORI, omnibus rationibus ejus auditis, cognitis etiam veterum Scriptorum locis, quos infelici admodum conjectura interpretatur; de tota controverſia judicare, accipe quæ ipſe concludat lib. 4. cap. 1. pag.593. *De cæteris græcis Verſionibus Origene Vetuſtioribus &c.* „ Tantum „ abeſt (*ſunt ejus verba*), ut Editio *Septima* fuerit Pſalmorum dumtaxat, „ (*ùt Valeſius, Huetius, & Voſſius putant*) ut non immerito dubitaveris, „ utrum *Pſalmos* omnino complexa ſit: licèt id conſtare videatur ex verbis Eu„ ſebii. Certè eam non fuiſſe *Pſalmorum*, ex eo colligi poſſe videtur, quod ab „ *Hieronymo*, nec in Epiſtola 135. ad *Sunn. & Fretel.* nec in 139. ad *Cypria*„ *num*, nec 140. ad *Principiam*, nec 141 *ad Marcellam*, nec 145. *ad Dama*„ *ſum*, in quibus ſæpè citantur ſex aliæ Editiones *Pſalmorum*, memoratur *Septi*„ *ma*. Sic etiam apud *Scholiaſten a Nobilio* in ſuis adnotationibus editum, „ ad Pſalmum 48. &c. 118. &c. 128. &c. Nec ab eo, nec ab ullo Commentato„ re citatur uſquam *Septima*. Quid quod, nec ab ipſo *Origene* in fragmento, „ quod profert Hieronymus Epiſt. 138. ad Marcellam, ubi aliæ ſex Verſiones de „ locis quibuſdam *Pſalmorum* citantur? Quin & nullam aliam Pſalmorum ex„ ſtitiſſe perſpicuè ibidem docet *Origenes* his verbis: *Atque ita cum talem uniuſ*„ *cujuſque Editionis opinionem reperiſſemus &c.* „ Hæc Hodius; qui in eodem errore verſatur pag. 597. & alibi, ubi agit de VII. Origenis Editione. Tibi quidem, Vir Clariſsime, ſatis erit Euſebium Pamphili conceptis verbis *de Septima Editione Pſalmorum* fuiſſe loquutum in Hiſt. Eccl. lib. 6. Cap.16. cujus verba paullo ante jam dedi. Nam ipſe, ut noſti unà cum Sancto Pamphylo Martyre Hexapla Ori-

* Comment. in Ep. ad Titum, cap.3.

Origenis edidit, ſcholia adjecit, manibus Exemplar authographum contrectavit.
Quare in Codice Renati Marchali Boiſmoræi, quem Eminentiſſimus Card.
Rupiſucaldus dono dedit RR. PP. Societatis Jeſu Collegii Ludovici Magni, hæc
ante Ezechielem habentur: *Deſumptus eſt ab Exemplari Patris Apollinarii Cœno-*
„ *biarchæ, in quo adjiciuntur, quæ ſequuntur*. Exſcriptus eſt ab Editionum He-
„ xaplis, & correctus, adhibitis Origenis ipſius Tetraplis, quæ etiam manu ejus
„ emendata ſunt, & ſcholiis illuſtrata. Ego Euſebius ſcholia adjeci. Pamphi-
„ lus & Euſebius correxerunt. „ Habeo quoque teſtem Hieronymum, qui
Veteris Legis libros, de Cæſarienſi Bibliotheca deſcriptos, ex ipſis Origenis authen-
ticis emendavit, ut narrat in Comment. in Epiſt. ad Titum cap. 3. verſ. 9. *Unde* (in-
quit) *& nobis cura fuit, omnes Veteris Legis libros, quos vir doctus Adamantius
in Hexapla digeſſerat, de Cæſarienſi Bibliotheca deſcriptos, ex ipſis authenticis
emendare; in quibus & ipſa Hebræa propriis ſunt characteribus verba deſcripta;
& Græcis literis tramite expreſſa vicino. Aquila etiam, & Symmachus, Sep-
tuaginta quoque, & Theodotio ſuum ordinem tenent. Nonnulli verò libri,
& maxime hi, qui apud Hebræos VERSU compoſiti ſunt, tres alias Editiones
additas habent: quam Quintam, & Sextam, & SEPTIMAM Tranſlationem
vocant: auctoritatem ſine nominibus Interpretum conſequutas. Hæc immortale
illud ingenium ſuo nobis labore donavit; ut non magnopere pertimeſcamus
ſupercilium Judæorum, ſolutis labiis, & obtorta lingua, & ſtridente ſaliva,
& raſa fauce gaudentium*. Quinam libri VERSU exarati fuerint idem Hieronymus
docet in Præfatione in librum Job ex Hebræo converſum, his verbis: „ A princi-
„ pio itaque Voluminis, uſque ad verba Job, apud Hebræos proſa oratio eſt.
„ *Porro a verbis Iob, in quibus ait:*
„ *Pereat dies, in qua natus ſum,*
„ *& nox in in qua dictum eſt, conceptus eſt homo,*
„ *uſque ad eum locum, ubi ante finem voluminis ſcriptum eſt:*
„ *Idcirco ipſe me reprehendo,*
„ *& ago pœnitentiam in favilla & cinere:*
„ hexametri verſus ſunt, dactylo ſpondæoque currentes: & propter linguæ
„ idioma crebro recipientes & alios pedes, non earumdem ſyllabarum, ſed
„ eorumdem temporum. Interdum quoque rythmus ipſe dulcis & tinnulus fer-
„ tur, numeris lege metri ſolutis, quod Metrici magis, quàm ſimplex Lector, in-
„ telligunt. A ſupradicto autem Verſu, uſque ad finem libri, parvum com-
„ ma quod remanet, proſa oratione contexitur. Quod ſi cui videtur incredulum,
„ metra ſcilicet eſſe apud Hebræos, & in morem noſtri Flacci, Græcique Pin-
„ dari, & Alcæi, & Sapho, vel PSALTERIUM, vel Lamentationes Jeremiæ,
„ vel omnia fermè Scripturarum Cantica comprehendi, legat Philonem, Joſe-
„ phum, Origenem, Cæſarienſem Euſebium, & eorum teſtimonio me verum
„ dicere comprobabit. „ Igitur Job ex parte, PSALTERIUM, Lamentationes, &
Cantica verſu metroque conſtabant, atque in Septima Origenis Editione,
teſte Hieronymo *, continebantur. Hodius verò, ut Euſebii ac Hieronymi
auctoritates explodat, argumentis inficialibus utitur, ſive abnutivis. Sed ne iſtis
quidem concludit. Nam quomodo Sanctus Hieronymus de Septima Editione
Pſalmorum ſilet (ut Hodio videtur unicè), cùm de ea ſit apertè loquutus
in Com. Epiſt. ad Titum, & alibi; ſicuti ex prolatione locorum, quos ſupra re-
citavi, ſatis ſuperque probatum eſt? Origeni verò nonne intercedit Euſebius,
qui ejus Hexapla unà cum ſancto Pamphilo Martyre primus in lucem edidit, &
aſſerendæ VII. Editionis Pſalmorum ſe auctorem, principem, ducemque præbuit?
Sed quoniam neutri fidem adhibere vult Hodius, nec eorum oculis eſt con-
tentus (quamvis authographum Adamantii Opus inſpexerint) ego cauſam am-
borum agam, ſed genere prorſus remoto ab uſu ſtrepentium judiciorum; quo-

* In Com. in Epiſt. ad Titum cap.

 niam

niam eam inquitendæ veritatis viam rectiſſimam eſſe duco, quam ſine odioſis putidiſque conviciis Evangelicæ paginæ nobis tritam reliquerunt. Igitur ad id totum, de quo diſſeritur, ut verbo reſpondeam, dico Editionem Hexaplorum Cl. Montfauconii eſſe ad eundam. Ipſa enim, quaſi involutum, evolvit id, de quo quæritur, & profert fragmenta Pſalmorum VII. Edit. ut non ſolùm auctoritatibus, ſed etiam ipſis exemplis Hodius maximè convincatur. Quibus quoque, Pyrrhonis more, ſi fidem non adhibeamus, ſuſtinenda eris nobis omnis aſſenſio in rebus etiam perſpicuis. Nam quid amplius percipi poterit, ſi ne teſtes quidem oculati vera nuntiant? ſi antiquiora etiam manuſcriptorum librorum monumenta nos fallunt? Ferres me, Vir Clariſſime, ſi cum Hodio eadem dicerem? Tu, ne ſi dubitarem quidem. Habent enim omnes probi Viri regulam, ut (ſi nihil obſit) ea vera judicent, quæ veteres primi ſubſellii Scriptores ſe vidiſſe tradunt, & Mss. Codicum auctoritas tuetur ac munit. Ab ea nemini licet tranſverſum (ut ajunt) digitum diſcedere; niſi Hiſtoriæ univerſæ offundere velimus tenebras, atque omnia ſus deque verſare. Sed quoniam, ut dixi, illo argumenti genere, quod negativum vocant, ab Hodio tota hæc cauſa comprehenditur, ut illud non ſolùm infirmum, ſed etiam vitioſum eſſe demonſtrem, operæ pretium erit, adhuc paululum in propoſita diſquiſitione verſari. Pergam igitur, & quid adhuc habeatur explorati, brevius exponam. Scilicet illum antiquum Græcum Scholiaſten a Nobilio editum allegabo, quem Hodius ſumma ſæpè cura pervolvit (ut videre licet in ejus Opere de Bibliorum Textibus Originalibus,) &, quoniam ad ſuam cauſam putabat pertinere, ipſum in hac controverſia tanquam judicem appellavit. Sed quoniam vult tenebras oculis noſtris obfundere, loca, quæ ſibi favere ait, ipſe non recitat; ſed, quaſi myſterium aliquod, celat. Sapienter quidem! nam ſibi adverſari Scholiaſten illum noverat, non favere. Nihil erit negotii hujuſmodi rem cognoſcere, ſi loca recitentur, quæ, ut ego arbitror, non perſuadent, ſed cogunt. Latinè ea tantum dabo, ne ſim longior. Qui Græcum Textum oculis uſurpare volet, Sixtinam Septuaginta Seniorum conſulat Editionem. Igitur ad Pſalmum 82. legitur. *Illud ę per additionem poſitum eſt in Verſione LXX. in Tetraſelido. In OCTASELIDO autem eſt.* Ad Pſalmum 87. *Apud LXX. in Tetraſelido poſitum eſt*, ſuper me, *ne fortè erratum ſit in OCTASELIDO*. Ad Pſalmum 131. *& requiem.*) *Hic verſus non eſt poſitus in Tetraſelido. Apud ſolum Theodotionem*, *pro* palpebris meis, *poſitum eſt* temporibus meis dormitationem. *In OCTASELIDO autem apud ſolos LXX. poſitus, eſt obelo notatus*. Et ad Pſalmum 136. *Sine titulo habet Hebræus. In libro Euſebii tantummodò inſcriptum eſt τῶ Δαυὶδ, & extra* (ſignificat fortè ad marginem, ait Nobilius) *ſine titulo apud tres illos. In OCTASELIDO item apud ſolos LXX. inſcriptum eſt illud τῶ Δαυὶδ*. Ruffinus quoque in Euſebii verſione ſive compendio lib. 6. cap. 13. hæc habet: *In Pſalterio autem, & aliis nonnullis, interſerit aliqua etiam de cæteris iſtis Editionibus, quas, quoniam ſine nomine auctorum repererat, Sextam, & Septimam Editionem nominavit*. Conſtat igitur ex tot inſigulbus teſtimoniis, atque ex ipſis fragmentis Origenianis, a doctiſſimo Montfauconio prolatis, Septimam quoque Editionem Pſalmorum Hexaplis acceſſiſſe. Hæc tibi longiora fortaſſe videbuntur, quàm neceſſe fuit. Attamen non loquacitas mea, ſed argumenti dignitas fecit Epiſtolam longiorem. Nunc demum, ut habeas, GORI Doctiſſime, claram atque perſpicuam Veronenſis Codicis notionem, utque ego perſuadere tibi non opinione ſolùm, ſed etiam ad veritatem planè poſſim, librum Pſalmorum ſecundùm *Communem* illam, ſeu Κοινὴν Verſionem, quæ *Antiqua* audiebat *& Vulgata*, & moribus recipiebatur ante Origenis tempora, eodem Codice (pluſquam millenariæ antiquitatis) contineri, tutiſſimam regulam quæram a Sancto Hieronymo, qui in inſigni Epiſtola ad Sunniam & Fretelam, quantum inter Κοινὴν & Hexaplarem Editionem intereſſet, edocuit; &, facta variarum lectionum utriuſque recenſione, omnibus ſatis amplè mon-

monſtravit. Atque, ut habeatur non errans & vaga, ſed ſtabilis & certa ſententia, colligentur hic ea loca, quæ recitat ex Verſione Κοινῆ & Hexaplari τῶν Ο'; & ea, quæ in tam prolixa Epiſtola diſperſa atque intermixta ſunt, ſub duplici columna ponentur, adhibitâ eâdem ratione, quam Hodius, & Armachanus adhibuerunt, ut ne videar illam deſeruiſſe viam, quæ ab ipſis ad *Communem* & *Hexaplarem* Editionem oſtendendam eſt inſtituta. Te verò judicem volo, an ſit unum uni tam ſimile tam par, quàm Veronenſe Pſalterium *Antiquæ Vulgatæ* ſit. Loca Exaplaris Editionis erunt a Κοινὴ ſepoſita. Quæ magis conveniunt cum Hebræo, aſteriſco (*); quæ autem magis cum Editione Romana, hac nota (†); quæ demum cum Codice Alexandrino veru decuſſato (:) ſignavimus. In columna ſecunda, quæ Κοινὴν exhibet Verſionem, non integra Pſalmorum loca, ſed illa tantùm verba ſunt poſita, in quibus ipſa Κοινὴ diſcrepat ab Hexaplari. Latina tandem, quæ adjiciuntur, ſunt juxta Sancti Hieronymi ſecundam ex Græco Translationem, quæ dicitur *Gallicana*, quæque ad normam Hexaplaris Editionis τῶν Ο' in Bethleemitico ſpecu, Paula & Euſtochio adnitentibus, fuit condita.

HEXAPLA. KOINH'.

Pſal.	verſ.	HEXAPLA.	KOINH'.
5.	6.	οὐ παροικήσει σοι πονηρός. Neque habitabit juxta te malignus.	πονηρευόμενος. : † & ita Pſalterium Græcum Veronenſe.
	9.	Κατεύθυνον ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου. * Dirige in conſpectu meo viam tuam.	σου τὴν ὁδόν μου : † & ita Pſal. Veron.
6.	11.	Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν σφόδρα πάντες οἱ ἐχθροί μου. Erubeſcant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei. * : †	σφόδρα deeſt, & ita in Pſal. Veron.
7.	9.	Κρῖνόν με, Κύριε, κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου. Judica me, Domine, ſecundùm juſtitiam meam. * : † & Gr. Veron.	σου. Sed hoc malè in nonnullis Codicibus, inquit S. Hieronymus; & omnes Interpretes, *juſtitiam meam*, tranſtulerunt.
16.	8.	φύλαξόν με ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ. Cuſtodi me, ut pupillam oculi * : † & Veron.	με, Κύριε. Ita aliquot Codices; ſed τὸ *Domine*, teſte S. Hieronymo, in nullo habetur Interprete.
17.	47.	Ζῇ Κύριος καὶ εὐλογητὸς ὁ θεός μου. Vivit Dominus, & benedictus Deus meus. * : † cum Veron. Hebr. autem hodiernus, *petra mea*.	μου, deeſt in nonnullis Codicibus; ſed tamen, non ſub aſterico, ſed ab ipſis Septuaginta, inquit S. Hieron. de Hebraica Veritate translatum eſt; & cuncti Interpretes in hac parte conſentiunt.
22.	5.	ποτήριόν μου. calix meus. *	σου : † & Græc. Veron.
30.	5.	σὺ εἶ ὑπερασπιστής μου. Tu es protector meus. *	ὁ ὑπερασπιστής μου Κύριε. : † & Græc. Veron. in quo tamen ſec. curis additur, *Quirie*.
31.	2.	Οὐδέ ἐστιν ἐν τῷ πνεύματι αὐτοῦ δόλος. Nec eſt in ſpiritu ejus dolus. *	στόματι αὐτοῦ : † & Pſal. Veron. & Symmachi Verſio.
36.	23.	Θελήσει, volet. * †	θελήσει σφόδρα : & Pſal. Ver. ſec. cur. Porrò vox σφόδρα addita eſt (ait S. Hieronymus); nec apud quemquam habetur Interpretum.
39.	14.	Κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες.	μοι σπεῦσον. :

Domi-

Pſal.	verſ.	HEXAPLA.	KOINH'.
		Domine in adjutorium meum reſpice * :Gr. Veron. „ Quirie is tu boetheſe my proſthes,„ſed apud Septuaginta πρόσχες, inquit Sanctus Hieronymus.	
40.	7.	Καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν. Et ſi ingrediebatur, ut videret. * †	εἰ deeſt etiam in Pſal. Veron.
41.	11.	Ὠνείδιζόν με, οἱ θλίβοντές με. Exprobraverunt mihi, qui tribulant me & Pſal. Veron. cum Septuaginta Interpretibus, teſte S. Hieron.	οἱ ἐχθροί μου. †
47.	5.	οἱ βασιλεῖς συνήχθησαν. Reges congregati ſunt. *	βασιλεῖς αὐτῆς † & : τῆς γῆς, ſic Pſal. Veron. & etiam Verſio Vetus Itala.
	9.	Ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ σου. In medio templi tui. *	λαοῦ σου : † & Pſal. Veron.
58.	12.	Μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ λαοῦ μου. Ne quando obliviſcantur populi mei. *	τοῦ νόμου σου, † : Et Pſal. Veron.
60.	6.	Ὅτι σύ, ὁ θεὸς εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου, Quoniam tu, Deus, exaudiſti orationem meam „ *, & Pſal. Veron. cum Septuaginta, auctore Hieronymo.	ὁ θεός μου : †
62.	2.	Ἐδίψησέ σοι ἡ ψυχή μου. Sitivit tibi anima mea. : † & Pſal. Veron. cum omnibus Interpretibus, ut ſcribit S. Hieronymus.	σε
67.	25.	Ἐθεώρησαν τὰς πορείας σου, ὁ θεός. Viderunt ingreſſus tuos, Deus. *	ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαι σου, ὁ θεός. : † & Pſal. Veron.
71.	18.	Εὐλογητὸς Κύριος ὁ θεός, ὁ θεὸς Ἰσραήλ. Benedictus Dominus Deus, Deus Iſrael. *	ὁ θεὸς Ἰσραήλ. : † & Pſal. Veron.
	19.	Καὶ εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. & benedictum nomen Majeſtatis ejus in æternum.*	εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. : † & Pſal. veron.
72.	7.	Ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. *	ἐξελεύσεται. : † & Pſal. Veron.
	11.	Πῶς ἔγνω ὁ θεός; quomodo ſcit Deus? * : † & Pſal. Veron. cum Septuaginta & omnibus Interpretibus, ut ſcribit S. Hieronymus.	ὁ θεὸς deeſt.
	28.	Τοῦ ἐξαγγεῖλαι πάντα τὰ ἀπαγγέλματά σου. Ut annunciem omnes prædicationes tuas.	πάσας τὰς αἰνέσεις σου. : † & Pſal. Veron.
73.	8.	Κατακαύσωμεν. Comburamus. *	καταπαύσωμεν quieſcere faciamus : † & Pſal. Veron.
	23.	Μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν ἐχθρῶν σου. Ne obliviſcaris vocis inimicorum tuorum *	τῶν ἱκετῶν σου. deprecantium te. : † & Pſal. Veron. in quo mendoſe geminantur hæc verba.
76.	6.	Ἔσκαλλον τὸ πνεῦμά μου. Scopebam ſpiritum meum. * : †	ἔσκαλλε τὸ πνεῦμά μου.

συνε-

Pſal. verſ.	HEXAPLA.	ΚΟΙΝΗ'.
76. 9.		συνετέλεσε ῥῆμα. In nulla alia Editione, hæc verba, ait S. Hieronymus comparuerunt: nec hodie comparent in Pſal. Veron.
77. 31.	Καὶ ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν. Et occidit pingues eorum. (Sic enim legendum apud Hieron) *:†	ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν. & ita Pſal. Veron.
72.	Ἐν ταῖς συνέσεσι. In intellectibus. *	ἐν τῇ συνέσει. † : & Pſal. Veron.
85. 15.	Ὁ θεὸς * : † & Pſal. Veron.	ὁ θεός μου. ſed vox, μου, ſuperflua eſt, non enim in Hæbreo habebatur, aut in Septuaginta, auctore S. Hieron.
88. 19.	Τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς ἁγίοις σου. Tunc lucutus es in Viſione Sanctis tuis. *	τοῖς υἱοῖς σου :† & Pſal. Veron.
89. 2.	Σὺ εἶ θεός. To es Deus. * :†	θεός, abeſt etiam à Pſal. Veron.
90. 2.	Ἀντιλήπτωρ μου εἶ. Suſceptor meus es tu. :† & Pſal. Veron. cum Septuaginta, teſte Hieron.	* μού σύ.
101. 10.	Ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς καὶ τοῦ θυμοῦ σου. A facie iræ & indignationis tuæ *	τῆς ὀργῆς σου. :† & Pſal. Veron.
104. 42.	Ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς Ἀβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraham puerum ſuum. * :† & Pſal. Veron. cum Septuaginta, ut ait Hieronymus.	αὐτοῦ, ὃν διέθετο πρός.
109. 2.	Ῥάβδον δυνάμεώς σου ἐξαποστελεῖ Κύριος. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus. Et ita Pſal. Veron. & Septuaginta, teſte Hieronymo.	δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι. † In : deeſt & σου & σοι.
109. 2.	Κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. Dominare inimicorum tuorũ. * †	καὶ κατακυρίευε. : & Pſalt. Veron.
118. 119.	Ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί μου Διαπαντός. Anima mea in manibus meis ſemper.	χερσί σου. † : & Pſal. Veron.
137. 2.	Ὅτι ἐμεγάλυνας ἐπὶ πᾶν τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον σου. * † Quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum.	ἐπὶ πάντας. : & Pſal. Veron.
138. 4.	Ὅτι οὐκ ἔστι λόγος ἐν γλώσσῃ μου. Quia non eſt ſermo in lingua mea *. In † & : legitur, λόγος ἄδικος.	ἔστι δόλος ἐν (ex Sexta Editione) In Veron. δόλος ἄδικος.

Sed antequam, Vir Cl. tollatur manus de tabula, placet, argumentum ejuſdem Epiſtolæ ad Sunniam & Fretelam, quod adhuc inexploratum videtor, lucemque deſiderat, Typographi currente rotâ, breviùs exponere; cùm ſtudia nihil proſint concludendi aliquid, niſi illud, quod eò quò intendas, ferat deducatque, cognoveris. Quare, quoniam mihi hoc non leve onus impono, dabo operam dili-

 gen-

genter, ut oſtendam, neminem adhuc noviſſe viam, quam ſibi aſciſceret, ad abſolutam Gallicanæ, & Κοινῆς Verſionis τῶν Ο' notitiam comparandam. Quamvis enim doctiſſimi Sancti Hieronymi Editores, majus quiddam animo complexi, plus multo in reliquis vidiſſe videantur, quàm quantum ingenioli mei acies videre poſſit; in hac tamen inquiſitione ego humi ſtratus altiùs fortè ſuſpexi. Apud te æqui bonique judicium eſto. Rem paucis narro, quia valde jam crevit Epiſtola. Sunnia & Fretela, viri Getæ, per literas ab Hieronymo petiverunt, qua de cauſa potiſſimùm fieret, ut Κοινῆς ſeu *Communis* græcæ Verſionis Exemplaria Pſalmorum, (quibus ipſi, atque eorum populares utebantur) tam mirificè diſcreparent ab illa Editione Latina, quæ ab eodem Hieronymo rogatu Paulæ & Euſtochii ex Græca LXX. Seniorum Verſione Hieroſolymis condita fuerat, & ad Getas uſque pervenerat. Et quoniam ſapienter putabant minimè dijudicari poſſe, utra utri varians Lectio anteferenda eſſet, niſi habitâ Hebraicæ veritatis ratione; idcirco enixis precibus eumdem Hieronymum rogaverunt, ut in dirimenda hujuſmodi controverſia Codicem Hebræum ſibi exemplar proponeret, atque illius judicium adhiberet. Sed, ne ingens Sunnianus liber Pſalmorum Verſionis Κοινῆς, (quod valde erat incommodum) ad ſpecum Bethlemiticum per latorem Epiſtolæ deferretur, omnia loca, in quibus inter Κοινὴν, & illam, quam *Gallicanam* dicimus, Editionem, aliqua vel levis differentia comparebat, in ſchedulam redegerunt, miſeruntque Hieronymo, ut ipſe per *Firmum Operis exactorem* ad rogata reſponderet. Hieronymus, piorum Getarum vota cumulatiſſimè explere volens, ad ſingula capita ejuſdem ſchedulæ (in Epiſtola, quam ipſis dedit, relatæ) ſummo ſtudio curaque reſpondit, ut, & id, quod Hebraica Veritas habebat, eis notum faceret; & id, quod ipſe geſſerat in conficienda ex Origenis Hexaplis libri Pſalmorum Editione, ab eiſdem minimè ignoraretur. Itaque, cum Hieronymiani fœtûs parens ac veluti procreatrix Verſio τῶν Ο' (quæ in Hexaplis erat correcta & emendata maximè, atque ad Hebræos Codices reliquaſque Verſiones a laudato Origene diligenter exacta) ipſis perſpecta non eſſet, & cognita, ſub Epiſtolæ initium ita conſcripſit: *Illud breviter admoneo, ut ſciatis, aliam eſſe Editionem, quam Origenes, & Cæſarienſis Euſebius, omneſque Græciæ Tractatores* Κοινὴν, *ideſt Communem appellant atque Vulgatam, & a pleriſque nunc* Λουκιανὸς *dicitur: aliam LXX. Interpretum, quæ in* Ἑξαπλοῖς *Codicibus reperitur, & a nobis in latinum ſermonem fideliter verſa eſt*. Quoniam verò judicium Hebraicæ Veritatis a Sunnia & Fretela quærebatur, ut S. Doctor oſtenderet, Κοινὴν eſſe vitiatam, contrà verò, ſummam æqualitatem in Gallicana Editione cum Hebræo fonte ſervari; primò fundamentum hoc ſtatuit: Κοινὴ *autem iſta, hoc eſt Communis Editio, ipſa eſt quæ & Septuaginta. Sed hoc intereſt inter utramque, quòd* Κοινὴ *pro locis & temporibus, & pro voluntate Scriptorum VETUS corrupta Editio eſt; ea autem, quæ habetur in* Ἑξαπλοῖς, *& quam NOS vertimus, ipſa eſt, quæ in eruditorum libris incorrupta & inmaculata LXX. Interpretum Translatio reſervatur. Quidquid ergo ab HAC diſcrepat, nulli dubium eſt, quin ita & ab Hebræorum auctoritate diſcordet*. Ad illam namque Septuaginta Seniorum Editionem Hexaplarem primò comparationem inſtituendam putavit, ut & Pſalterium à ſe conditum tueretur, & ex eadem (quæ ab Hebræis Voluminibus minimè diſcrepans erat) lectiones omnes Κοινῆς, a Gallicana Editione plurimùm abeuntes, (quas illi Getæ in ſchedula digeſſerunt) mendoſas eſſe concluderet; utpote ab Hebraica Auctoritate diſcordes, quoniam Hexaplorum lectionibus adverſabantur.

Secundò, ut omnes abſtergeret dubitationum maculas, protulit Hieronymus ipſum Hebræum exemplar, ut ex eo etiam meridianâ luce conſtaret, quantum Κοινὴ ab Hebraico fonte diſcederet, & Gallicana Editio quantum eidem par eſſet atque conformis. *Quis hoc crederet* (inquit) *ut barbara Getarum lingua Hebraicam quæreret Veritatem?* Judicium ergo tot inſignium Κοινῆς, & Gallicanæ

Edi-

Editionis differentiarum petitum eſt, cùm ab Hexaplis Origenianis, ad Hebraicam Veritatem exactis (ut Gallicanæ Editioni conſuleretur), tum a Codicibus Hebræis, ut Hieronymus ſuæ Editioni conſuleret, & Κοινῆς menda in claro lumine collocaret. Sed hoc duplex probationum genus, quoniam non fuit animadverſum, in cauſa extitit, ut in ſummo errore, atque in totius argumenti laudatæ Epiſtolæ ignoratione Clariſſimi Editores Sancti Hieronymi verſarentur. Quos inter ipſorum quoque noviſſimus Martianeus, Vir alioquin acris ingenii, & de Chriſtiana Republica optimè ſemper meritus, certe non vidit, quâ de re potiſſimùm quæreretur a Getis fratribus, vel in quo tota Hieronymi cauſa conſiſteret. Quare a veritate abhorret plurimùm, cùm *in adnotationibus in argumentum* Epiſtolæ de qua loquimur, inquit: *Variantes Lectiones Latinorum Græcorumque librorum, quas Sunnia & Fretela in ſchedula digeſſerant per ordinem, corruptam & contaminatam Pſalmorum interpretationem publicè prodebant*. Non equidem, ut ipſe putat, Sunnia & Fretela lectiones Κοινῆς, & Antiquorum Latinorum Interpretum Italæ Verſionis in ſchedulâ digeſſerunt per ordinem, ſed illa Κοινῆς, & Gallicanæ Editionis loca, in quibus inter utramque (factâ ab ipſis ſedulâ collatione) diſcrimen eſſe cognoverant. Et quamvis poſtulaverint a Hieronymo, vel flagitaverint potius, ut ad Hebraicam confugeret Veritatem, & quidquid de fonte proficiſcebatur, in rivulis quæreret; attamen non ambigebant, Sancti Doctoris opus eſſe pulcherrimum. Id unicè verebantur, ne ſcilicet in Getica Verſione Κοινῆς, quæ a Gallicanâ mirificè diſcrepabat, menda, aut lacunæ, vel aſſumenta cubarent: quapropter illum etiam atque etiam rogaverunt, ut puriſſimos fontes Hebræos, de quibus ipſi exiſtimare non poterant, vellet conſulere; atque reſcriberet, quidnam ab ipſis retorto calle deflexiſſe cognoſceret. Et ut lectiones omnes, in quibus inter Κοινὴν, & Gallicanam intererat Editionem, in parvum quendam & anguſtum locum concluderentur, eas in ſchedula digeſſerunt per ordinem. Firmum ergo fixumque ſit, a Sunnia & Fretela non Veterem illam Antiquam latinam Verſionem *corruptam & contaminatam* in ſchedulam fuiſſe redactam, ut Sancti Hieronymi Editores arbitrantur; ſed Κοινὴν, & è regione Gallicanam, quæ ex Origenis Hexaplis ab ipſo Hieronymo *in latinum ſermonem fideliter verſa fuerat, & Hieroſolymæ, atque in Orientis Eccleſiis decantabatur*, ut legenti & conferenti conſtabit. Hoc eſt laudatæ inſignis Epiſtolæ veriſſimum argumentum. Sed ne in iſta ſententia, quoniam princeps ego ſum ejus, atque auctor, quid reprehendatur, ſuſi in exquirendis vetuſtiſſimis Codicibus curioſus; & plures exſcripſi Titulos ejuſdem Epiſtolæ, qui mihi videbantur ad illius intelligentiam maximè pertinere. Sunt autem & ipſi, nuncii veritatis. Nam in Codice Palatino-Vaticano, ſignato numero 39. ita legitur: *Epiſtola Sancti Hieronymi ad Sunniam & Fretelam, quæ de LXX. Interpretum Editione corrupta ſunt. Dilectis fratribus &c.* Paria haberi in Codice Colbertino 455. author eſt Martianeus. Ego, ne te expleam, reliquos Vaticanos Codices prætermitto, & unum tantùm pro coronide profero ex Bibliotheca Reginæ Svecorum, item in Vaticanis pluteis aſſervatum, qui notatur numero XI. & eſt miræ antiquitatis, atque uncialibus literis exaratus. In ipſo namque (quod maximè eſt animadvertendum) ante Gallicanum Pſalterium, habetur Epiſtola ad Sunniam & Fretelam, tanquam tutiſſima regula, ac veluti lydius lapis ad notitiam capeſſendam univerſarum Varietatum, de quibus Sanctus Hieronymus fuerat ab utroque conſultus. Hujus inſignis Codicis, (qui geminam Sancti Hieronymi continet Verſionem, alteram ſcilicet ex Origenis Editione τῶν O', alteram verò ex Hebræo Codice latinè factam, volo Characterum ſpecimina, ære diligenter inciſa, ſacræ antiquitatis cultoribus dare, quæ ætatem voluminis figunt, & unius ejuſdemque librarii duplex fuiſſe ſcribendi genus haud inſolens, repræſentant. Integra utriuſque Pſalterii Editio in Tomo II. Operum Ven. Card. Tomaſii, quæ locupletiora damus, & vetuſtiſſimis rerum Liturgicarum monumentis media plus parte aucta, demum exſtabit.

XCV QUANDO DOMUSAEDIFICABATURPOST
CAPTIVITATEM CANTICV̄ HUIC DAVID
CANTATE DÑO CANTICUM NOVUM
CANTATE DÑO OMNIS TERRRA
CANTATE DÑO BENEDICITE NOMINEIUS
ANNUNTIATE DIEMDE DIE SALUTARE EIUS
ANNUNTIATE INTERGENTES GLORIAM EIUS
INOMNIBUS POPULIS MIRABILIAEIUS
QUO MAGNUS NUS DÑS ET LAUDABELIS VALDE
TERRIBILIS EST SUPEROMMES DEOS
QUO OMNES DIIGENTIV̄ DAEMONIA
ATUERO DÑS CAELOS FECIT
CONFESSIO ET PULCHRITUDO INCONSPECTU EIUS
SANCTIMONIA ET MAGNIFICENTIA INSANCTI
FICATIONE EIUS
AFFERTE DÑO PATRIAE GENTIUM
AFERTE DÑO GLORIAM ET HONOREM
AFFERTE DÑO GLORIAM NOMINI EIUS
TOLLITE HOSTIAS ET INTROITE INATRIA EIUS
ADORATE DÑM INATRIOSCŌ EIUS
COMMOVEATURAFACIEEIUS UNIVERSATERRA
DICITE INGENTIB: QUIADÑS REGNAVIT
ETENĪ CORREXIT ORBĒ QV̄ NON MOVIBITUR
IUDICABIT POPULUS INEQUITATE
LAETENTUR CAELI ET EXULTET TERRA
COMMOVEATURMARE ET PLENITUDOEIUS
GAUDEBUNT CAMPI ET OMNIA QUAE INEIS S̄T
TUNC EXULTABUNT OMNIA LIGNA SILUARV̄
AFACIE DÑI QUIA VENIT

Digitized by Google

Psalterium de Hebraeo translatum ab Eusebio Hieronymo Sancto Presbytero. in Betlehem

Codex Alexandrino-Vaticanus N.° 11 Pag 184.

XCV

CANITE DÑO CANTICUM NOUUM CANITE
DÑO OMNIS TERRA
CANITE DÑO ET BENEDICITE NOMINI EIUS
ADNUNTIATE DE DIE IN DIE SALUTARE EIUS
NARRATE IN GENTIBUS GLORIAM EIUS IN UNIUER
SIS POPULIS MIRABILIA EIUS
QUIA MAGNUS DÑS ET LAUDABILIS NIMIS
TERRIBILIS EST SUPER OMNES DEOS
OMNES ENIM DII POPULORUM SCULTILIA
DÑS AUTEM CAELOS FECIT
GLORIA ET DECOR ANTE UULTU EIUS ET FORTITUDO
ET EXULTATIO IN SANCTUARIO EIUS
ADFERTE DÑO FAMILIAE POPULORUM
ADFERTE DÑO GLORIA ET FORTITUDINEM
ADFERTE DÑO GLORIA NOMINI EIUS
LEUATE MUNERA ET INTROITE IN ATRIA EIUS
ADORATE DÑM IN DECORE SANCTUARII PAUEAT
A FACIE EIUS OMNIS TERRA

DICITE IN GENTIBUS DÑS REGNAUIT
SIQUIDE APPENDIT ORBE IMMOBILEM
IUDICABIT POPULUS IN AEQUITATE
LAETAMINI CELI ET EXULTET TERRA TONET MA
ET PLENITUDO EIUS (RE
GAUDEANT AGER ET OMNIA QUE IN EO SUNT TUNC
LAUDABUNT UNIUERSA LIGNA SALTUS
ANTE FACIE DÑI QUO UENIT

Sed jam ſatis multa de Codice. Ego cùm te ipſum, ex quo tempore Tu me Florentiæ anno Domini 1732. diligere cœpiſti, quotidie pluris feci, tùm acceſſit etiam commercium literarum, quod non mediocre vinculum mihi quidem attuliſſe videtur ad voluntates noſtras copulandas. Hoc verò ſtudium, quum mihi honorificum eſſe ducam, ſequitur illud, ut omnes exiſtimare velim, mihi magnæ curæ fore, atque eſſe jam, primùm ut ipſe, ſi mea me opinio feſellerit, me erudias; deinde etiam, ut ego teſtatum relinquam, me tibi eſſe amiciſſimum. Nemo unquam tanti quemquam fecit, quanti ègo te facio. Vale.

ERUDITISSIMO VIRO

PATRI JOANNI CHRYSOSTOMO

Scholarum Piarum

JOSEPH BLANCHINUS S. P. D.

QUOD grata tibi mea erga te ſtudia dicis eſſe, eruditiſſime Chryſoſtome, facis tu quidem abundantiâ quadam humanitatis tuæ, ut etiam grata ſint ea, quæ ſine inurbanitatis ſcelere prætermitti nullo modo poſſunt. Tibi autem adhuc notior atque illuſtrior meus in te animus ut ſit, de univerſa ratione hujus Editionis puto tibi a me ſcribi oportere; quoniam neque te prudentiorem quemquam novi, neque amantiorem mei. Hæc verò mea cogitatio, ne forte alicui inanis, aut ſine cauſa ſuſcepta videatur, illa me ratio movit, ut ſcirent omnes, te ejuſdem Operis naſcentis curæ dignitatique præfuiſſe. De Pſalterio Veronenſi ſcripſi pluribus; ut aut lectores in meam ſententiam adducerem, aut ſaltem apud ipſos teſtatum relinquerem, quid ego ſentiam. Nunc autem rogo te, ut ad ſingula mearum rationum momenta meditère; & ſic habeto, ſi a te hanc rem impetravero, me tibi maximè debiturum. Te etiam adhibere volo in conſilium; quum mihi qui melius dare conſilium poſſint, quàm ii, ad quos ſcribo, non facile inveniam. Quare hoc negotium, quod etiam atque etiam tibi commendo & trado, velim ſuſcipias, ut ſi eſſet res tua. Quærunt nonnulli, cur Græcum Pſalterium latinis characteribus decreverim evulgare. Ego verò id facio, quia id, cùm rectè, tum etiam tua auctoritate fieri puto. Equidem non eram neſcius, quom quæ LXX. Seniores græco ſermone literis conſignaſſent, ea in lucem ederem non nativis lineamentis ſuis, fore ut meus hic labor in varias reprehenſiones incurreret. Nam quibuſdam id totum diſplicet, quod barbaram ſapit vetuſtatem; quidam verò id non ſemper reprehendunt, ſed tantum ſtudium, tamque multam operam ponendam in eo non arbitrantur, ex quo nihil ferè adjumenti capi putant. Quare ſe dicunt in Græco Textu legendo Græcis elementis exarato operam malle conſumere, quàm in eodem latinè ſcripto ignaviâ Librariorum, qui ſequiori ævo ne græca quidem norant elementa ſæpe ſæpius effingere. Sed viri, qui ſummis ingeniis, exquiſitâque doctrinâ in hac literarum luce clareſcunt, mihi tecum unà auctores fuerunt, ut in ſententia perſiſterem. Quare, ne ipſorum odia moverem, nihil mutandum putavi. Quid enim liberali homini magis convenit, quàm aliorum voluntati parere? Quid etiam honeſtius ac tutius reperitur, quàm ab omni contentione abeſſe. Porro tot eruditis Viris graviorem injuriam fecero, & mihi minus conſuluero, ſi petitis eorum conſultationibus non acquieſcam. Præterea

terea in Epiſtola prima, quam ad Clariſſimum Abbatem Gabellium dedi, hocce Editionum genus ſatis ſuperque defenſum eſt; quum videatur juvare plurimum ad veteris ortographiæ notitiam comparandam. Delectantur enim Græcæ linguæ cultores, cum veterem pronunciandi rationem tenent; quæ ſi religiosè oculis ſubjiciatur, quum antiqui Codices evulgantur, ajunt, Editionem fieri pulcherrimam. Igitur quis erit tam invidus, qui ab ea me abducat? Latinè ſcripſit Antiquarius, non ex induſtria, ſed a Græcorum elementorum difficultate perterritus: id libens fateor. Sed ſunt plerique, & hi docti maximè, quos non offendit hujuſmodi ſcriptionis genus; quique Græca monumenta, latinis literis exarata, dicunt ſe velle agnoſcere ut a librariorum ſtylo formata ſunt, & voces è Græcis expreſſas non inviti latinè legunt, ſed contrà maximè oblectantur. Id præſtitit Adamantius, a quo Hebraicam Veritatem Græcis etiam elementis in ſecunda Columna Hexaplorum efficiam fuiſſe novimus: Id Venerabilis Cardinalis Thomaſius in Codice Sacramentorum Romanæ Eccleſiæ: * Id Clariſſimi veterum inſcriptionum Editores. In inſigni Bibliotheca Monaſterii Murbacenſis in Alſatia, teſte Montfauconio pag. 220. Palæographiæ Græcæ, habetur Græcum Pſalterium latinâ manu, & charactere unciali deſcriptum a Pſalmo I. ad LXX. Codex membranaceus eſt, in folio, & ad VII. Sæculum referendus. Aliud quoque Pſalterium Græcum latinis elementis exaratum exſtat Pariſiis in Bibliotheca Sancti Victoris Codice 484. Atque, ut omittam ab Urbe diſſitas Bibliothecas, quarum catalogum Mabillonius, Montfauconius, & Le-Long ediderunt, Vaticana, quæ omnium eſt facilè princeps, quamplures hujus generis Mss. libros cuſtodit, quos omnes amplo Chirographo mihi conceſſit evolvere Eminentiſſimus Princeps Angelus Maria Cardinalis Quirinus, Literariæ Reipublicæ inſigne Decus, atque præcipuum Ornamentum, opem ferentibus doctiſſimis humaniſſimiſque Præſulibus, Simonio Aſſemanno, & Joanne Bottari, a Bibliotheca. Hoc tamen mihi non ſumo, ut illorum Voluminum indicem texam. Res valdè moleſta eſt, neque Epiſtolaris officii brevitas id patitur. Unum ſolummodo commemorabo Bibliothecæ Palatinæ, ibidem aſſervatum ſub numerali nota 39. quod Pſalterium Gallicanum obelis & aſteriſcis ſignatum repræſentat. Librarius neſcio quis, quem illum Codicem aſſuit, eidem membranam inſeruit quanti vis pretii, cujus forma characterum proculdubio decimum Sæculum ſapit. Antiquarius tamen eam ex vetuſtiori pagina exſcripſit, quæ quòd ſemeſa eſſet & lacera, ex hiatu & interpunctione liquet. Ita autem in ea legitur:

* Libro 1. pag. 54. & ſeq.

. . . .

. . . .

. . . .

Verſus anteriores hic qui deſunt, meâ perditi ſunt negligentiâ.

. . . .

. . . .

. . . .

Quos ſibi Pontifices legit Conſtantia dives;
Præſul, & Abba ſimul, meritis electus opimis,
Scriptores cautâ varios indagine luſtrat,
Hoc eſt Pſalterium doctè collegit in unum,
Pandens Lectori ſtudioſo, mente ſagaci
Auctorum ſenſus vario ſermone ſecretos,
Pagina bis binis loquitur nam quæque columnis,
** Quæ ſtylus Hebraico veriſſima fonte refundat,*
Hieronymo hæc referante quidem ſermone latino:
*Græcus & hic * propriè ſenſus, ac ſermo pateſcit*

* Hic ordo verſionum invertitur, ut ex poſtremis verbis liquet.
* Cod. e
* Cod. propria.

Litterulis noſtris, noſtroque charactere ſcriptus,
Quem tamen ex Græco verſum ſermone latino,
(Quem dixi ſupra) retinet quoque pagina ſcripta.
Eccleſia hac etiam jugiter Romana frequentat:
Edicio Communis & hac, Vulgataque fertur.
Ex quibus Hebraica Interpres lingua venerandus,
Ut reprobanda notat, necnon retinenda figurat:
Sed tamen hac quartâ Tranſlatio ſcripta columnâ,
Eſt, quam præfatus benè LXX. ſecutus,
Ex græco in linguam transferre fideliter iſtam
Hieronymus ſtuduit, totâque fide reſeravit.
Hanc etiam populi pſallunt Orientis, & iſti
Gallia quos genuit, quos & Septentrio gignit.
Quadruplicem ergo precor cautè nunc inſpice, Lector,
Pſalterii formam vario ſermone coactam;
Ampliùs & noli quovis paradigmate falli,
Veridica ante oculos Auctorum dogmata cernens.
*Prima * quidem ſuprà folio deſcripta columna,* (* Editio Gallicana.)
Quæ recitant Galli, retinet ſermone fideli:
Horum Hieronymo, ceu dixi, Interprete fido.
Hac quicquid (1) cete diſcordat ab editione, (* Lege certè.)
Hoc & ab Hebraico pariter diſtare memento. ((1) Editio Romana.)
*Sed * Vulgata tenet minus & correcta ſecunda:*
Hac, & Romani pſallunt, Italique frequentant.
*Tertia * ſed verè Hebraico tranſlata magiſtro* (* Editio Hier. ex Hebr.)
Continet, & nobis melius hac omnia pandet.
Utimo (2) nam græco propria (3) ſermone notata, (* Editio Græca Κοινή. (2) Leg. ultima. (3) Leg. propriè.)
Quæ minùs, ut dixi, cum ſint Vulgata, probamus.

EXEMPLAR QUADRIPARTITI PSALTERII.

I.	II.	III.	IIII.
Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum.	Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum.	Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum.	*Macharios anir, os ue epireuthi en buli aſebon.
Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit.	Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit.	In cathedra deriſorum non ſedit.	Ce epi cathedra limon uc exathiſen.

* Hoc per ricopa mo- dis ſcaet.

Hoc quadruplex Pſalterium, ſic breviter expoſitum, non pluribus verbis eſt, atque auctoritatibus illuſtrandum; nam ità eſſe, ùt ſchedulæ author deſcripſit, jam ſatis multis oſtendi in Epiſtola, quam ad Cl. Gorium dedi. Carmina mihi mendoſiſſimè ſcripta videntur; attamen multa afferunt, quæ ſunt ſcitu digniſſima; & ea me inveniſſe triumpho & gaudeo. Sed ad rationem jam initam præſentis Editionis revertar; quam quoniam totam, & corpore, ùt dicitur, omni, vidèris velle cognoſcere, complectar nonnulla etiam, quæ fortaſſe non erunt minus neceſſaria. Video equidem, eruditiſſime Chryſoſtome, hanc primam ingreſſionem meam in aditus Sacrarum Scripturarum cùm antiquos, tum ſubobſcuros, aut reprehenſionis aliquid, aut certè admirationis habituram. Nam, vel mirabuntur nonnulli, quid ego afferre poſſim, ad dirimendam maximam in

rebus

rebus Polemicis controverſiam, cum ſim penè ignarus ac rudis, quibus, ut ſpero, ſatisfacient ipſa monumenta, quæ edentur in lucem, ut non ſine ſpe magni fructûs tandem prolata fuiſſe videantur; aut reprehendent, quòd ignotas majoribus vias ſequar, tritas relinquam. Ego autem me novâ viâ incedere intelligo, cùm pervetera & anecdota Volumina evulgo; ſed fateor me primum (quicumquè ſim) ex inſignioribus Italicarum Eccleſiarum officinis ad pugnandum hæc arma ſumpſiſſe, quia ea frangi debilitarique ab hoſtibus nequaquam poſſunt. Si Calvini, ac Lutheri gregales noſtram Latinam Verſionem, eâ qua par eſt reverentiâ ſuſciperent, atque authenticam profiterentur, eſſet egregium non quærere Vetera, atque Vulgatis Exemplaribus unicè eſſe contentos. Sed, quoniam Canonem Sacroſancti Concilii Tridentini durum, odioſum ac, intolerabilem eſſe dicunt, & nihil auctoritatis tribuunt noſtris Codicibus Latinis, longeque omnibus antefeſunt hebraicam veritatem, a nobis monendi ſunt iſti, quorum ſermo imperitus increbuit, ut mirentur eam Editionem maximè, quam tota colit Antiquitas, & Patres unanimes probaverunt. Hæreticorum judicio, ſi ſolum illud Dei Verbum purum haberi debet, quod in Hebræorum ciſternis diſſipatis, quæ amplius continere non valent aquas, hodieque aſſervatur, ne Origenis quidem Editio τῶν ό, a puriſſimis fontibus derivata, erit attingenda; cui, poſt Italam Verſionem, a Patribus illorum temporum primæ ſine controverſia deferebantur. Quæ autem eſt Hæreticorum tanta perverſitas, ut, inventis ſaluberrimis frugibus in obſignatis hortis Eccleſiæ, noxiâ glande veſci velint, pomiſque vitiatis. An ſacras Paginas ignarum Vulgus Hebræum, Crucique inimicum, ſartas tectas ſervare potuit, Catholica Eccleſia non potuit? Ea Verſio, quæ a Patribus Tridentinis accepit incorruptæ fidei, & venerabilis antiquitatis teſtimonium, nihil ferè abeſt ab Itala, nihil ab Hexaplari Editione τῶν Ό, nihil ab utraque Hieronymiana, ùt Clariſſimus Morinus oſtendit, atque ex noſtris Codicibus ſatis ſuperque conſtabit. Hoc ſi ipſis Editio noſtra perſuaſerit, non poterunt deinceps pergere, & obfirmato animo contrariæ inhærere ſententiæ.

Igitur hic ego, quantum Epiſtolâ efficere potero, ſummam faciam cogitationum mearum, eaſque tibi, erudite Chryſoſtomé, antequam reliqui Tomi edantur in lucem, paucis exponam. Tu de me optime ſemper meritus velim ad ſingulas mediteris; mea namque conſilia, ſi opus fuerit, conſiliis repudiabo tuis.

Sex erunt totius Operis partes, de quibus omnibus nunc ſcribere aggredior. Prima pars, non pauca Hexaplorum fragmenta antehac inedita complectetur. Secunda, Veteris Teſtamenti Libros a Sancto Hieronymo ex Origeniano LXX. Interpretum Exemplari in latinum ſermonem translatos, qui, vel nondum evulgati fuerunt, vel Codicum antiquorum penuriâ, ad eorundem fidem a nemine adhuc exacti. Tertia, ingentem variarum lectionum ſilvam ex Mss. libris optimæ notæ decerptam, quæ ſexcentis locis priſtinæ integritati reſtituet Canonem Hebræum, ſeu Veteris Teſtamenti Verſionem ex Hebræo ab Hieronymo latinè factam, & a Clariſſimo Martianeo Typis excuſam ſub titulo *Bibliotheca Divinæ*. Quarta, complures utriuſque Fœderis Libros ſecundùm antiquam latinam Italam Verſionem, quæ Sancti Auguſtini teſtimonio erat verborum tenacior, (Græcæ videlicet LXX. Seniorum Editionis) cum perſpicuitate ſententiæ. Quinta, aliquot Veteris Teſtamenti libros è Chaldaico in latinum ſermonem converſos, & jam multoties editos, ſed nunc primùm novis collationibus illuſtratos. Sexta demum, vindicias Canonis Sacrarum Scripturarum, quem Tridentini Patres Divino afflante Numine condiderunt Seſſione 4. celebrata die VIII. menſis Aprilis, MDXLVI.

Primo igitur, ne quis fortè cum hodiernis Voluminibus Hebræis, qui ſunt corrupti maximè, atque in ſumma lectionum varietate verſantur, magis quàm cum Hexaplari Editione τῶν ό Vulgatam noſtram conferendam putet, convertat animum ad SS. Patres, & eas Eccleſias circumſpiciat, apud quas inſigne Origenis Opus mo-

ribus recipiebatur; facillimè quanta in æſtimatione fuerit, judicabit. Quis enim ignorat, Hieronymum univerſam Origenis Editionem *τῶν ο'* latinam feciſſe, ac perſæpe Hexapla in Alexandrina Bibliotheca adiiſſe, ubi in aliqua obſcuritate ſententiæ, vel lectionum varietate morabatur? Quo etiam in genere tam multi ſanctiſſimi Viri exſtiterunt, ut nemo ferè ſtuduiſſe LXX. Senum intelligentiæ vehementiùs videatur, quin, quod Hexapla habuerint, ſit aſſequutus. Verè mihi hoc videor eſſe dicturus, ex omnibus iis, qui in Græcarum Scripturarum ſtudiis priſcâ ætate verſati ſunt, minimam copiam Virorum egregiorum exſtitiſſe, qui Hexapla in conſilium non adhiberent, ſtudioſeque non legerent. Quantum verò hoc Opere Eccleſiam demeruerit Origenes, quàmque illud fuerit gratum acceptumque, intelligimus ex vita Sancti Simeonis Sali Emeſeni, a Leontio Neapolis Cypri Epiſcopo conſcripta, ubi ingenium Origenis ob Hexapla elaborata tanquam divinum prædicatur, & Opus illud ab Eccleſiis fuiſſe ſuſceptum luculenter oſtenditur: *Cùm autem duo quidam Patres tunc in quodam Monaſterio propè Emeſam inter ſe quærerent, & perſcrutarentur, cur cecidiſſet Origenes hæreticus, qui tanto ingenio & tanta ſapientia a Deo fuerat ornatus; & unus quidem diceret, non fuiſſe a Deo eam, quæ ei aderat, ſcientiam, ſed fuiſſe quoddam donum naturæ & dexteri ingenii; nam cùm in lectione Divinæ Scripturæ & Sanctis Patribus maximè eſſet verſatus, acuit ingenium, & ideo ſuos libros conſcripſit; Alter verò contra diceret, neminem ex dono naturæ poſſe tales, quales ille edidit, habere orationes, & maximè eas, quæ ſunt de iis, quæ dicuntur Hexapla; quocirca ea vel in hodiernum diem ſuſcipit Eccleſia, tamquam neceſſaria.* At, quia totus hic locus fortè putabitur nimis recens, nonnulla inſignia & magis vetera teſtimonia ab Hieronymo mutuabor. Ipſe verò in Proëmio Commentariorum Danielis ait: *Cumque omnes Chriſti Eccleſiæ, tam Græcorum, quàm Latinorum, Syrorumque, & Ægyptiorum, hanc ſub aſteriſcis & obelis Editionem legant, ignoſcant invidi labori meo, qui volui habere noſtros, quod Græci in Aquilæ, & Theodotionis, ac Symmachi Editionibus lectitant*: Et Ep. 89. ad Auguſtinum: *Vis amator eſſe verus LXX. Interpretum? Non legas ea, quæ ſub aſteriſcis ſunt, immo rade de Voluminibus, ut Veterum te fautorem probes. Quod ſi feceris, omnes Eccleſiarum Bibliothecas damnare cogeris. Vix enim unus & alter invenietur liber, qui iſta non habeat.* Auguſtinus ipſe libro XVIII. de Civitate Dei Capite 43. ubi dicit, *nonnullos* Editionem LXX. Seniorum (Origenem, & Hieronymum deſignat) per aſteriſcos obeloſque *emendare* voluiſſe, ſubnectit, multos Codices has notas habentes uſquequaque diffuſos eſſe, Græcos & Latinos. Item S. Hier. præf. in Job ex Hebræo converſum, ait: *Quod ſi apud Græcos, poſt Septuaginta Editionem, jam Chriſti Evangelio coruſcante, Judæus Aquila, Symmachus, & Theodotio, judaizantes hæretici, ſunt recepti, qui multa myſteria Salvatoris ſubdolâ interpretatione celarunt, & tamen in* Ἑξαπλοῖς *habentur apud Eccleſias, & explanantur ab Eccleſiaſticis viris; quanto magis ego Chriſtianus, de parentibus Chriſtianis natus? &c.* In Ezram verò præfatur: *Porro aliud eſt, ſi clauſis, quod dicitur, oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Græcorum ſtudium ac benevolentiam, qui poſt LXX. Tranſlatores, jam Chriſti Evangelio coruſcante, Judæos & Ebionitas Legis veteris Interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curioſè legunt, & per Origenis laborem in* Ἑξαπλοῖς *Eccleſiis dedicarunt.* Demum præfatione in Joſue: *Nova* (inquit) *offero linguæ meæ hominibus (quos tamen noſtra delectant) ut pro Græcorum* Ἑξαπλοῖς, *quæ & ſumptu & labore maximo indigent, Editionem noſtram habeant; & ſicubi in antiquorum Voluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes inveniant quod requirunt.* Et paulo infra ibidem hæc habet: *Quod ſi Vetus eis tantùm Interpretatio placet, quæ & mihi non diſplicet, & nihil extrà recipiendum putant; cur ea, quæ ſub aſteriſcis,*

cis & obelis vel addita ſunt vel amputata, legunt & negligunt? Quare Danielem juxta Theodotionis Translationem Eccleſiæ ſuſceperunt? Cur Origenem mirantur, & Euſebium Pamphili, cunctas Editiones ſimiliter differentes? Igitur Hexapla, a Pamphilo & Euſebio evulgata, apud Græcas Latinaſque Eccleſias (ut ex recitatis Sancti Hieronymi teſtimoniis edocemur) non ſolum moribus recipiebantur, ſed etiam fere communi fuerunt in uſu, poſteaquam Palæſtinæ Eccleſiæ eorumdem ſtudio flagrare cœperunt. Sed ævi ſequioris incuriâ, inſigne illud atque improbi laboris Opus, quod immortalitate commendari debuerat, penè integrum deperiiſſe Chriſtianus Orbis conqueſtus eſt: nemo enim amplius in difficilioribus locis, aut ſubobſcuris, ad conſulenda Hexapla ſibi enitendum putavit. Erant plerique omnes, temporum infelicitate, totius Origenianæ rationis ignari; neque aliquam certam viam eſſe arbitrabantur adipiſcendæ obelorum aſteriſcorum, limniſcorum, & hypolimniſcorum cognitionis. Ingenium tamen Clariſſimi Montfauconii (ut etiam ex ejus editis libris poſſumus judicare) multùm ceteris hominibus hac in re præſtitit; ipſi namque jure primas tribuam & dabo, quoniam Hexapla, de quibus alii tenui quodam & exiguo ſermone diſputarunt, cum omni eruditione atque ſapientia explicavit. Non autem id ita dico, ut fragmenta Origeniana, quæ ipſe edidit, nova collatio Mſſ. Codicum limare non poſſit, ac etiam augere plurimùm; (etenim, erudite Chryſoſtome, non ignoras, & quæ bona ſunt, fieri meliora; & quæ ſemel cœpta, ab aliis perfici poſſe, ut optima demum reddantur:) ſed ſapientiſſimus Monachus, qui primus exſtitit tanti ædificii jam diruti reſtaurator & architectus, ſummis eſt nihilominus laudibus cumulandus; cùm ad decus & ornamentum ſenectutis ſuæ, ex tot diſperſis ruderibus Origenianæ molis corpus effecerit. Omnes ad cœnam vocavit, invitavitque. Igitur ego quoque ſymbolum dabo, & Codices proferam in altero Tomo hujus Editionis, qui antiquitatis laudem aliquibus quidem ab ipſo Montfauconio evulgatis fortè relinquunt, lectionum tamen veritate, atque Origenianorum characterum præſtantiâ nulli concedunt. Ne autem videar plus eis tribuere, quàm veritas ſinat, hoc ego præſtabo, ut eam viam, quam Humfredus Hodius poſt Uſſerium patefecit ad ſtudium cognoſcendæ percipiendæque genuinæ Hexaplaris Editionis τῶν Ό, intrem ac ſubeam, ut facillimè lector ad ea, quæ cupio, pervenire poſſit ab hoc aditu januâque patefactâ. Et quoniam fontem, unde hauriam, atque itinera ipſa putavi eſſe demonſtranda, inſignis Codex Chiſianus (quem Excellentiſſimus Princeps Auguſtus Chiſius, pietate prudentia atque antiquis moribus reverendus, mecum perhumaniter communicavit, rogatu Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Principis Dominici Card. Paſſionei ejus conſanguinei, Viri omnigenæ eruditionis, quem univerſa Eruditorum Reſpublica præſidium vocat, & decus Literarum, quemque ſecundi hujus Operis Tomi Mecenatem ampliſſimum fore confido) dux erit, qui Prophetas majores complectitur ſecundùm Septuaginta-Viralem Origenis Editionem. Ipſe enim, utpote ex Tetraplis Hexapliſque deſcriptus, commonſtrabit omnem viam, & ut fieri ſolet, digitum ad fontem intendet. Edidit Armachanus nonnullas inter puriſſimam Origenis Editionem Τῶν Ό, atque Κοινὴν, ſeu Communem & Vulgatam, differentias ex margine & textu Marchaliani Codicis Libri Eſaiæ Prophetæ; ſed (ut Hodio videtur) ordine inverſo eas lectiones marginales, quæ erant τῆς Κοινῆς, Editioni puriori; & textuales, quæ erant purioris, τῇ Κοινῇ malè paſſim adſcripſit. Quare idem Hodius libro IV. pag. 616. eas lectiones cum Hexemplari quoque Vaticano, & Alexandrino collatas, veriùs (ſi ipſi fidem adhibeamus) nobis repræſentavit. Quas ego ad laudatum Codicem Chiſianum, nec non ad Editionem doctiſſimi Montfauconii diligenter exegi, ut ex ſubjecta Tabula videre licet, quæ, ſi tibi homini eruditiſſimo probabitur, me non pœnitebit ad hoc ſpecimen evulgandum omne ſtudium atque operam contuliſſe.

HEXA-

Eſaias,	Verſ.	HEXAPLA EX CODICE MARCHALIANO.	ΚΟΙΝΗ'.
1.	29.	αἰσχυνθήσονται. †	καταισχυνθήσονται :.
2.	12.	Ταπεινωθήσονται. †:	Ταπεινωθήσεται.
3.	9.	ἀνήγγειλαν. †:	ἀπήγγειλαν.
	17.	ἀποκαλύψει. :	ἀνακαλύψει. †.
5.	2.	Σωρηχ. †:	ἐκλεκτήν.
	14.	τὸ στόμα αὐτῆς. * †:	τὸ στόμα.
	16.	ἐν κρίματι †:	ἐν κρίσει.
	28.	οἱ πόδες. : †	αἱ ὁπλαὶ.
6.	5.	κατανένυγμαι. †:	ἐσιώπησα.
9.	3.	κατήγαγες. †:	οὐκ ἐμεγάλυνας. *
	8.	θάνατον. דבר. †:	λόγον דבר.
10.	4.	ὁ θυμός. :	ἡ ὀργή. †
	24.	ἐπάξω. †: ἐπάγω.	ἐπαρεῖ.
	30.	Καϊσα.	Λαϊσα. * †
	33.	οἱ ὑψηλοὶ τῇ ὕβρει ταπεινωθήσονται.	οἱ μετέωροι ταπεινωθήσονται.
11.	4.	ταπεινοὺς τῆς γῆς. †:	πτωχοὺς τῆς γῆς.
	7.	ὡς βοῦς. †:	ὡς βουκόλιον.
14.	1.	γειώρας. גר. †:	προσήλυτος.
	17.	τοὺς ἐν ἀπαγωγῇ. †: ἐπαγωγῇ.	τοὺς δεσμούς.
16.	4.	ἐπὶ τῆς γῆς: ſed † ἀπό.	ἐκ τῆς γῆς.
18.	7.	ἀπὸ λαοῦ μεγάλου. †:	ἀπὸ λαοῦ φοβεροῦ.
21.	15.	διὰ τὸ πλῆθος τῶν φευγόντων:	διὰ τὸ πλῆθος τῶν πεφονευμένων. †.
22.	1.	πολέμου. : vel πολέμων. †	πολέμῳ.
24.	5.	διαθήκην. †:	διεσκέδασαν διαθήκην.
25.	1.	γένοιτο †:	πίστει.
26.	14.	οἱ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν, οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσωσι. †:	οὐ μὴ ἀναστάσωσιν οἱ νεκροί, οὐδὲ ζωοποιήσωσι.
29.	17.	μικρὸν †:	μικρὸν βραχύ. *
38.	6.	σώσω σε. :	ῥύσομαί σε. †
40.	4.	εἰς ὁδοὺς λείας. *:	εἰς τὰ πεδία †
41.	16.	λικμήσεις. †:	λικμ. αὐτούς. *
43.	23.	οὐκ ἐδούλωσας, : ἐδούλευσας.	οὐκ ἐδούλωσά σε (al. οὐ κατεδουλωσάμην σε) †
49.	10.	διψήσουσιν. †:	διψάουσιν:
	23.	οἱ ὑπομένοντές με. †:	οἱ προσδοκῶντές με.
	24.	ἐὰν αἰχμαλωτεύσῃ τις ἀδίκως, σωθήσεται. : †	αἰχμαλωτίζων δίκαιον περισωθήσεται.
50.	1.	ποῖον τοῦτο βιβλίον.	ποῖον τὸ βιβλ. †:
	2.	τί ὅτι ἦλθον. †:	διότι ἦλθον.
	9.	βοηθεῖ μοι. :	βοηθήσει μοι. †.
51.	12.	τίνα εὐλαβηθεῖσα ἐφοβήθης :.	τίς οὖσα ἐφοβήθης. †
	23.	τὰ μετάφρενά σου. :	τὰ μέσα σου. †
52.	12.	πορεύσεσθε. †:	ἀπελεύσεσθε.
57.	12.	ὠφελήσουσι. †	ὠφελήσει. †
59.	10.	ψηλαφήσουσιν. †:	διαψηλαφήσομεν.
	13.	ἀπὸ ὄπισθεν. :.	ὄπισθεν. †
62.	1.	σωτήριον μου. †:	σωτήριον αὐτοῖς. *
	8.	ὤμοσε Κύριος κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ. †:.	ὤμ. Κ. κατὰ τῆς ἰσχύος αὐτοῦ.
66.	8.	Εἰ καὶ ἐτέχθη ἔθνος; αἱ ἐτέχ.	ἢ καὶ ἐτέχθη ἔθνος. †

καταισχυνθήσονται.	Α. Σ. Ο. αἰσχυνθήσονται. Θ. καταισχυνθήσονται.
ταπεινωθήσονται.	Α. Σ. ταπεινωθήσεται. Ο. Θ. ταπεινωθήσονται.
ἀνήγγειλαν.	Α. Σ. Θ. ἀπήγγειλαν. Ο. ἀνήγγειλαν.
ἀνακαλύψαι.	Ο. ἀνακαλύψαι. Ἀλλ. ἀποκαλύψαι.
Σωρήκ.	Α. Ο. Θ. Σωρήκ. Σ. ἐκλεκτήν.
τὸ στόμα αὐτοῦ.	οἱ Γ. & Ο. τὸ στόμα αὐτοῦ.
ἐν κρίσει.	Α. Ο. ἐν κρίσει. Σ. Θ. ἐν κρίματι.
οἱ πόδες.	Ο. οἱ πόδες. Ἀλλ. αἱ ὁπλαί.
κατανένυγμαι.	Σ. ἐσιώπησα. Ο. κατανένυγμαι.
κατήγαγες.	Σ. οὐκ ἐμεγάλυνας. Ο. κατήγαγες. Θ. τὸ πλῆθος.
θάνατον.	Α. ῥῆμα. οἱ λοιποὶ λόγον. Ο. θάνατον.
ὁ θυμός.	Ο. ἡ ὀργή. Ἄλλος, θυμός.
ἐπάγω.	Σ. ἐπαρῶ. Α. ἀρῶ. Ο. ἐπάγω.
Λαϊσά.	Α. ἐν Λαΐς. Ο. Λαϊσα. Θ. ἐν λαΐς.
οἱ ὑψηλοὶ τῇ ὕβρει συντριβήσονται, καὶ οἱ ὑψηλοὶ ταπεινωθήσονται.	Α. Σ. Θ. οἱ μετέωροι ταπεινωθήσονται. Ο. καὶ οἱ ὑψηλοὶ ταπεινωθήσονται.
ταπεινοὺς τῆς γῆς.	Α. τοῖς πραέσι τῆς γῆς. Σ. πτωχοὺς γῆς. Ο. Θ. ταπεινοὺς τῆς γῆς.
ὡς βοῦς.	Α. Σ. ὡς βουκόλιον. Ο. ὡς βοῦς.
γειώρας.	Α. Σ. Θ. προσήλυτος. Ο. γειώρας.
τοὺς ἐν ἀπαγωγῇ.	Α. Σ. Θ. δεσμίους ∴ αὐτοῦ. Ο. τοὺς ἐν ἐπαγωγῇ.
ἐπὶ τῆς γῆς.	Α. Ο. ἀπὸ τῆς γῆς. Σ. Θ. ἐκ τῆς γῆς.
ἀπὸ λαοῦ μεγάλου.	Ο. ἀπὸ λαοῦ φοβεροῦ. Ο. ἄλλος ἀπὸ λαοῦ μεγάλου.
διὰ τὸ πλῆθος πεφονευμένων.	Α. Σ. Θ. μαχαιρῶν. Ο. πεφονευμένων.
πολέμων.	Α. Θ. πόλεμος. Σ. Ο. νεκροὶ πολέμου.
* διεσκέδασαν διαθήκην.	Α. ἠκύρωσαν. Σ. Θ. διεσκέδασαν ∴ Ο. διεσκέδασαν.
γένοιτο.	Α. πεπιστωμένως. Σ. πίστει. Ο. Θ. γένοιτο.
οἱ δὲ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν, οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσωσι.	Α. ἀποθνήσκοντες οὐ μὴ ζήσωσιν ῥαφαΐν. Ο οἱ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν, οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσωσι. Θ. οὐ μὴ ἀναστῶσιν οἱ νεκροί, οὐ μὴ ζωοποιήσωσι.
μικρόν.	Ο. μικρόν. Θ μικρὸν βραχύ.
ῥύσομαί σε.	Α. Ο. ῥύσομαί σε. Σ ἐξελοῦμαί σε.
εἰς πεδία.	Α. Σ. Θ. εἰς πεδίον. Ο. εἰς πεδία.
λικμήσεις.	Α. Σ Θ. λικμήσεις αὐτούς. Ο. λικμήσεις.
οὐκ ἐδούλωσά σε.	Α. Ο. οὐκ ἐδούλωσά σε, Σ. Θ οὐ κατεδουλωσάμην σε.
διψήσουσι.	Α. Ο. διψάσουσιν. Σ. Θ. διψήσουσι.
οἱ ὑπομένοντές με.	Α. Ο. Θ. οἱ ὑπομένοντές με. Σ. οἱ προσδοκῶντές με.
ἐὰν αἰχμαλωτεύσῃ τις ἀδίκως σωθήσεται.	Α. Θ καὶ οἱ αἰχμαλωτίζων δίκαιον σωθήσεται. Σ. ἡ αἰχμαλωσία δικαίου διασωθήσεται. Ο. ἐὰν αἰχμαλωτεύσῃ τις ἀδίκως σωθήσεται.
ποῖον τοῦτο τὸ βιβλίον.	Α. Ο. Θ. ποῖον τοῦτο βιβλίον. Σ. Ο. ἄλλως, ποῖον τὸ βιβλίον.
διότι ἦλθον.	Α. Σ. διότι ἦλθον. Ο. Θ. τί ὅτι ἦλθον.
βοηθήσει μοι.	Α. Σ. Θ. βοηθεῖ μοι. Ο. βοηθήσει μοι.
τίς οὖσα ἐφοβήθης.	Α. τίς σύ. Σ. τίς εἶ. Ο. Θ. τίς οὖσα.
τὰ μέσα σου.	Α. σῶμά σου. Σ. τὸν νῶτον σου. Ο. Θ τὰ μέσα σου. Ο. ἄλλος. τὰ μετάφρενά σου.
πορεύσεσθε.	Α. Θ. πορεύσεσθε. Σ. ἀπελεύσεσθε. Ο. πορεύσεσθε.
ὠφελήσει.	Α. Σ. Ο. Θ. ὠφελήσει.
ψηλαφήσουσιν.	Σ. διαψηλαφήσομεν. Ο. Θ. ψηλαφήσουσιν.
ὄπισθεν.	Α. Ο. ὄπισθεν. Σ. Θ. ἀπὸ ὄπισθεν.
σωτήριον αὐτῆς.	οἱ λοιποὶ τὸ σωτήριον αὐτῆς. Ο. σωτήριόν μου.
ὤμοσε Κύριος κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἰσχύος τοῦ βραχίονος αὐτοῦ.	Α. ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ. Ο. κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ. Θ. κατὰ τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ.
καὶ ἔτεκεν ἔθνος.	Ο. Α. Θ. ἢ καὶ ἐτέχθη ἔθνος. Σ. εἰ καὶ ἐτέχθη ἔθνος:

Nunc exiſtimo, erudite Chryſoſtome, gratum me tibi facturum, ſi Codices Marchalianum atque Chiſianum deſcripſero, quod puto, ad rem noſtram non minus quàm ad ipſum ſpecimen variarum Lectionum poſſe prodeſſe. Scribam ergo, quoniam iuſtitui; quamquam moderabor ipſe mihi; & ne, ut quidam magiſter, videar omnia a me prompſiſſe, teſtes mirificos oculatoſque conſtituam, qui omne ſtudium operam curam in utroque Codice poſuerunt. Atque ut effundam omnia, quæ de Marchaliano Exemplari dici poſſunt, Cl. Montfauconii verbis enuntiabo, quod ipſe ſcripſit in Palæographia: pauca tamen etiam ego requiram: In primiſque ea, quæ vel breviter ab ipſo percurſa ſunt, vel nullatenus etiam attacta: quæ ſi paulo latius dixero, explebo omnem expectationem diuturni deſiderii tui; & Lectores benevoli omnem viam ſecundi Voluminis editionis meæ nullo negotio cognoſcent. Ut autem de Marchaliano Codice ſum confeſſus, Chiſianæ Bibliothecæ Exemplari antiquitate præſtare, ſic illud affirmo, quod mihi perſuaſi, nullum fortè eſſe eidem Chiſiano germanitatis gloriâ comparandum. Sed perge, inquis. Tibi, Vir Clariſſime, libens aſſentiar. Atque ita efficiam, ut Marchaliani Codicis deſcriptionem ex laudato Montfauconio ante perſpicias; dein in Chiſiano, quæ maxime excellant, ea diligentiſſimè perſequar, tria proferens anecdota doctiſſimorum Hominum teſtimonia, ex quibus intelligi poſſit, a quo fonte Exemplar noſtrum proficiſcatur.

I. Igitur Clariſſimus Vir Domnus Bernardus de Montefaucon Palæographiæ Græcæ libro III. Cap. V. pag. 225. hæc literis conſignavit. „ Inter præſtantiſſimos omnium Codices jure numerandus eſt ille RR. PP. Jeſuitarum Collegii Ludovici Magni, qui olim fuerat viri nobilis Renati Marchali Boiſmoræi; deinde verò in manus Eminentiſſimi Cardinalis Rupiſucaldi devolutus, memorato Collegio ab eodem Eminentiſſimo Cardinali oblatus eſt. Formâ autem eſt non vulgari; cæteri quippe ejuſdem circiter ætatis, aut quadri prorſus ſunt, aut latitudinem longitudine parum excedunt; hic verò ſic oblongus eſt, ut ejus ſuperficies duo pene quadra complectatur. Membranæ ejus tenuiſsimæ, ac quibuſdam in locis pellucidæ ſunt. Character in literis E, O, C, multum deflectit a priſca rotunditate: in cæteris primigenia penè Codicum forma ſervatur. Accentus & ſpiritus ubique primâ manu notantur. Hinc fit, ut ipſum, cum prioris & poſterioris ævi Codicibus conferendo, octavo ſæculo libenter adſcribam. Initio Codicis habentur Vitæ & Epitomæ Prophetarum, primò Minorum, deinde Majorum, quarum titulum & ordinem aſſignare juvat. Titulos ſic habet ἐκ τῶν Εὐσεβίου περὶ τῆς τοῦ βιβλίου τῶν προφητῶν ὀνομασίας, καὶ ἀπὸ μέρους τί περιέχει ἕκαστος: Id eſt, *Ex ſcriptis Euſebii de Propheticorum librorum appellationibus, & ſummatim quid ſinguli complectantur*. Deinde ſequuntur Prophetarum epitomæ, præmiſſis quibuſdam de tempore, quo floruerunt, hoc ordine: Oſeæ, Amos, Michæas, Joel, Abdias, Jonas, Naum Elceſæi fil. Abbacum, Sophonias Chuſi fil. Aggæus, Zacharias Saddo fil. Malachias. Poſtea majores Prophetæ, Heſaïas filius Amos, Hieremias Chelciæ filius è Sacerdotibus; poſt ſequitur, *Cur Baruch librum inſcribit*; hinc, *Quare Lamentationes librum inſcribit*; poſt hæc, *Cur Epiſtola Hieremiæ dicitur*. Deinde Ezechiel Buſi Sacerdotis fil. Poſtea, *Cur Daniel vocatur*. Has quidem Prophetarum ſynopſes, in Codice olim Renati Marchali Boiſmoræi primâ manu deſcriptas, in fronte Procopii in Heſaiam edidit Joannes Curterius. Alterâ autem manu XII. Sæculi circiter, in ſpatiis vacuis interſeruntur Notæ quædam, & alicubi vita Eliæ Prophetæ; quæ omnia recentiora neglexit Joan. Curterius.

Prophetarum libri deinde ſcribuntur, præmiſsis Minoribus, Majoribuſque ſequentibus, ut ſupra. Quod autem Exemplar iſtud ſummoperè commendat, veterum Interpretum lectiones, nempe Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, paſſim & primâ manu ad marginem adnotantur. Adjectis hinc & inde notis aliis mi-

no-

noris pretii atque ætatis, XII. circiter ſæculi. De Notis autem prima manu adſcriptis hæc habet Joannes Curterius in Præfatione ad Procopium in Heſaiam, anno 1580. Pariſiis cuſum, ubi, de Origenis notis loquutus, ea, quæ pluribus in Hexaplis noſtris explanabuntur, ſic proſequitur: *Atque hæ quidem ſunt Origenianæ Notæ, earumque cum noſtris, id eſt, Codicis noſtri collatio & ſignificatio. Sequuntur jam aliæ hujuſce noſtri Exemplaris propriæ. Ubicumque enim ad dextrum marginem,* οἱ Ο', *reperies; nihil aliud certe quàm LXX. Interpretes ſignificare velle putandum eſt; ubi* C', *Symmachum; ubi* Θ, *Theodotionem; ubi* Α', *Aquilam; ubi denique* ΟΙΓ, *tres nomine carentes Interpretationes: quarum omnium mira eſt cum iis, quæ a Procopio inter explicandum ſæpe adſeruntur, & cum Hieronymo etiam, conſenſio. Sunt porro & aliæ duæ,* Π *ſcilicet &* ℘, *quæ paucis in locis adhibentur, & iis arbitror Pamphilum, Origenemque ſignificari; quorum labore & induſtria fuit emendatus Codex, a quo ille deſumptus eſt; unde Græca iſta Heſaiæ verba, variarumque interpretationum notas hauſimus. Cujus rei fides ut penes eos eſſet etiam, qui venerandum adeo Exemplar non ſunt intuiti, ejus etiam, a quo deſumtum eſſet, teſtimonium extare voluimus, quod in eo ante Eſaiam, & Ezechielem legimus. Reperies & hic etiam Origenis tomos, quotquot erant adhuc Euſebii ætate ſuperſtites, ad marginem notatos; ne fruſtra inter varias Interpretum notas adjectas putes. De* ΠΙΠΙ *autem, quod ad ſiniſtram marginem toties expreſſimus, quoties in Eſaia* Κύριος *nomen occurrit, nihil poſſum certe dicere aliud, quàm nobis tetragrammaton nomen videri; quod, ut ejus a cæteris Dei nominibus aliqua exſtaret differentia, literis forſan Hebræis ab Origene, vel alio expreſſum, cum pingere non valerent Græci, ſermonis illius rudes, ſuis illi, quantum poſſent, imitari conati ſunt; ne quid & illi, quod a tantis viris notatum eſſet, prætermiſiſſe viderentur: quorum ego religionem imitatus, ex magnorum virorum ſententia, & iſtâ etiam notâ lectorem carere non volui.*

Hactenus Joannes Curterius; qui notam illam οἱ γ' vel non intellexiſſe, vel non ſufficienter explanaſſe videtur, dum ait: „ Ubi C', Symmachum; ubi Θ, Theodotionem; ubi Α', Aquilam; ubi denique ΟΙΓ', tres nomine carentes interpretationes „. Adjicere debuit, tres illas interpretationes eſſe Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis; & illud οἱ γ' tum apponi, cùm tres illi, ſcilicet Aquila, Symmachus & Theodotio, ſimiliter interpretarentur. Teſtimonia autem illa, ſive Notas perinſignes Calligraphi, quæ in illo Codice olim Renati Marchali, jam verò RR. PP. Jeſuitarum, ante Heſaiam & Ezechielem prima manu deſcriptæ ſunt, hic prætermittere non licet; hinc enim Codicis dignitas ſummopere commendatur. Ante Heſaïam ergo legitur:

Μετελήφθη ὁ Ἡσαΐας ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ ἀββᾶ Ἀπολιναρίου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καθυποτέτακται ταῦτα· μετελήφθη ὁ Ἡσαΐας ἐκ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις ἑξαπλῶν· ἀντεβλήθη δὲ καὶ πρὸς ἕτερον ἑξαπλοῦν, ἔχον τὴν παρασημείωσιν ταύτην. Διώρθωνται, ἀκριβῶς πᾶσαι αἱ ἐκδόσεις· ἀντεβλήθησαν γὰρ πρὸς τετραπλοῦν Ἡσαΐαν ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἑξαπλοῦν. πρὸς τούτοις, καὶ ἄνω τῆς ἀρχῆς ἕως τοῦ ὁράματος Τύρου, ἀκριβέστερον διώρθωνται: ὑποσημειώσαντες γὰρ τῶ μέχρι τέλους τοῦ ὁράματος Τύρου, τόμους ἐξηγητικοὺς εἰς τὸν Ἡσαΐαν Ὠριγένους, καὶ ἀκριβῶς ἐπιστήσαντες τῇ ἐννοίᾳ καθ' ἣν ἐξηγήσατο ἑκάστην λέξιν, καθ' ὡς οἷόν τε, καὶ τὸν ἀμφίβολον κατὰ τὴν ἐκείνου ἔννοιαν διωρθωσάμεθα. πρὸς τούτοις συνεκρίθη ἡ τῶν ἑβδομήκοντα ἔκδοσις, καὶ πρὸς τὰ ὑπὸ Εὐσεβίου εἰς τὸν Ἡσαΐαν εἰρημένα, καὶ ἐν οἷς διαφωνοῦσι, τὴν ἐξήγησιν τὴν ἐννοίαν ζητήσαντες, πρὸς αὐτὴν διωρθωσάμεθα.

Deſumptus eſt Heſaias ab exemplari Abbatis Apolinarii Cœnobiarchæ, in quo hæc ſubjunguntur: Deſumtus eſt Heſaias ab Hexaplis ſecundùm editiones adornatis. Collatus autem eſt cum alio Hexaplo, hanc notam habente. *Accuratè editiones omnes correctæ ſunt: collatæ enim fuerunt cum Tetraplo Heſaiæ, & cum Hexaplo. Ad hæc, ab initio etiam uſque ad viſionem Tyri, accuratius emendatus eſt. Nacti enim Tomos Exegeticos Origenis in Heſaiam uſque ad finem viſionis Tyri, & ſedulo conſiderantes, quo ſenſu ſingulas dictiones ſumſiſſet, quantum potuimus, omne dubium ſecundùm illius ſenſum correximus. Præterea collata eſt etiam Septuaginta Interpretum editio cum iis, quæ in Heſaiam ſcripſit Euſebius: atque in quibus erat varietas, ex indagato explicationis ſenſu, eam ipſi quoque correximus.*

Dein-

Deinde verò ante Ezechielem hæc Nota legitur.

Μετελήφθη δὲ ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ ἀββᾶ Ἀπολιναρίου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καὶ ὑποτέτακται ταῦτα. μετελήφθη ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις ἑξαπλῶν, καὶ διωρθώθη ἀπὸ τῶν Ὠριγένους αὐτοῦ τετραπλῶν, ἅ τινα καὶ αὐτοῦ χειρὶ διώρθωτο, καὶ ἐσχολιογράφητο. ὁ Εὐσέβιος ἐγὼ σχόλια παρέθηκα. Πάμφιλος καὶ Εὐσέβιος διωρθώσαντο.

Deſumptus eſt (Ezechiel) *ab exemplari Abbatis* „ *Apolinarii Cœnobiarchæ, in quo hæc ſubjiciuntur*. Exſcriptus eſt ab Hexaplis ſecundùm editiones adornatis, & correctus ad fidem Tetraplorum Origenis, quæ etiam manu ejus emendata, & ſcholiis illuſtrata erant. Ego Euſebius ſcholia adjeci. Pamphilus & Euſebius correxerunt.

Hæ porro éximiæ notæ, quæ Exemplaris hujus excellentiam ſummopere commendant, hic accuratius ſunt exeplanandæ. Quis ſit Abbas Apolinarius, ad cujus duorum Codicum præſtantiſſimorum fidem Eſaiſas & Ezechiel deſcripti fuere, hactenus comperire non potuimus; ſi quando autem ope monumenti cujuſpiam id deprehendi valeat, inde Codicis, de quo nunc agitur, ætas notior evadet: quamquam vix dubitem, eſſe octavo circiter ſæculo conſcriptum. In priore autem nota binæ aliæ vetuſtiorum Exemplarium notæ continentur. Prior nota eſt Codicis Apolinarii Abbatis & Cœnobiarchæ, unde exſcriptus hic Marchalianus Heſaiæ textus fuerat; qui Hexapla Editionum complectebatur, & cum altero Hexaplorum Codice collatus fuerat. Hujus item poſtremi Hexaplorum Codicis nota ibidem altera deſcribitur; qua dicitur, hoc poſtremum exemplar magnâ accuratione emendatum fuiſſe, ad fidem nempe Hexaplorum, & Tetraplorum Origenis: itemque, ad fidem Commentariorum Origenis in Heſaiam, & ad fidem Commentariorum Euſebii in eumdem Prophetam.

In altera verò nota, ante Ezechielem poſita, continetur item vetuſtioris Codicis nota alia, qui poſtremus ipſius Euſebii Cæſarienſis manu correctus, & ſcholiis illuſtratus, quique item manu Pamphili, unà cum Euſebio ad id operam dantis, emendatus fuiſſe traditur. Hæc porro vetuſtioris Exemplaris nota, ipſius Euſebii Cæſarienſis manu deſcripta fuit, ut docemur his verbis;

„ *Ego Euſebius Scholia adjeci*: *Pamphilus & Euſebius correxerunt*. „ Codex igitur ille, partim Euſebii manu ſcriptus, atque Pamphili & Euſebii manu emendatus, penes Apolinarium Abbatem erat. Exemplar porro illud, Euſebii manu notatum & emendatum, ad fidem Origenis Hexaplorum & Tetraplorum, quæ ipſius Origenis manu ſcholiis illuſtrata & emendata fuerant, ut in nota fertur, deſcriptum fuerat. An verò etiam Hexapla & Tetrapla illa, Origenis manu emendata, & notis illuſtrata, penes Abbatem Apolinarium fuerint, neſcitur, neque in nota fertur ſuprà. Huc uſque Cl. Montfauconius.

Jacobus verò le Long in Bibliotheca Sacra Tom. I. pag. 168. edit. Pariſ. An. 1723. habet = Cod. Marchalianus de exemplari Vaticano exſcriptus videtur (juxta Jo: Morinum lib. 1. Exercit. Biblic. 9. §. I.): tantus adeo eſt utriuſque conſenſus. = *Ex* hoc codice textus Eſaïæ editus eſt à Joanne Curterio . . . & IV. priora capita Oſeæ Jo: Phelippeo in Comment. ſuper Oſeam. Extant quoque variæ lectiones ex eodem Codice, Tom. VI. Bibl. Polyglott. Londin.

Hujus Codicis meminit etiam Jacobus Uſſerius p. 101. Syntagm. de 70. Interpr. „ *Κοινὴν* verò, ſive Communem Editionem continebant Exemplaria a Pamphilo & Euſebio evulgata; cujuſmodi in Jeremiæ (vel Ezechielis, ut alii volunt) Prophetia Rupifucaldianum Codicem exhibuiſſe diximus. In eo ex eadem Editione, & Eſaias, & XII. Minores Prophetæ habentur. Eſaias quidem, & Jeremias ſcholiis marginalibus amplioribus, Minores verò rarioribus illuſtrati; in quibus & lectiones variantes, & interpretationes differentes, non ex Aquila ſolùm, Symmacho, & Theodotione; ſed ea etiam, quæ pura Editio LXX. habebatur, ſunt annotatæ. In *Daniele* enim, Theodotionis editio ſine ullis notulis aut ſcholiis hic habetur; in Ezechiele, editio ex Communi, & Theodotionis mixta; locis ſub aſteriſci ſigno ex illo ſuppletis, in ipſum contextum plerumque receptis, non, ut aliis, ad marginem tantùm appoſitis „.

„ Si quis autem exiſtimat (ait Dan. Huetius lib. 1. Origenianorum cap. 2. Sect. 1.) quæ in hoc Marchali Codice ad oram Ezechielis, aliorumque Prophetarum adjectæ ſunt adnotationes, ea ipſa eſſe Origenis ſcholia, multùm is ſanè errabit. Conſtant enim illæ, partim variis interpretationibus ex Aquila, Theodotione, Symmacho depromptis; partim lectionibus variis, vel circa lectionum varietatem obſervationibus „.

Humfredus Hodius lib. 4. cap. 2. pag. 619. ait: „ Eſaiæ Codex Marchalianus, ſive Rupefucaldianus (qui & Ezechielem, & alios Prophetas habuit) a Jo: Curterio unà cum Commentariis Procopii evulgatus eſt anno 1580. „ Quæ addita ſunt ſub aſteriſco, in margine exhibet: obeli verò omittuntur in honorem, ut creditur, Verſionis LXX. „ Et pag. 603. „ Origenem (inquit) „ Tetrapla in margine ſua emendaſſe, ſcholiiſque illuſtraſſe deprehendimus ex „ Notâ præfixa Ezechieli in Codice Marchaliano. In quibus ſcholiis quoties „ & quàm variè Editio Κοινὴ ab ea, quæ genuina τῶν LXX. cenſebatur, diſcederet, „ oſtenſum ab eo fuiſſe exiſtimat Uſſerius; qui etiam obſervat (proſequitur „ Hodius pag. 611.) in Communi Editione addita fuiſſe nonnulla ex ipſa LXX. „ ſub aſteriſcis. At locum iſtum, unde id probat, non rectè intellexit... Eſt „ ſcholion Codicis Marchaliani ad Eſ. 23. 13. τούτων τῶν ἀστερισμένων Ὠριγένης ὡς τῶν ὁ. μέμνηται ἐν τῷ κέ. τόμῳ τῶν εἰς Ἡσαΐαν; quod Uſſerius ſic vertit: „ *Horum aſteriſco ſignatorum, tamquam ex LXX. deſumptorum meminit Origenes in 25. Tomo eorum, qui in Eſaiam ab eo ſunt editi*. Scholiaſtes nihil „ aliud voluiſſe videtur, quàm quòd ea quædam verba, quæ aſteriſcis ſignata „ ſunt, in LXX. tamquam ex Theodotione invecta, Origenes ipſe in Com. Eſ. „ commemoret, tamquam ipſorum LXX. genuina verba.

Rem præterire non poſſum ſcitu digniſſimam, quæ in Marchaliano Codice legitur. Aliquibus Tetraplorum Exemplaribus, ut tu Cl. Chryſoſtome non ignoras, Aquilæ, Symmachi, LXX., & Theodotionis Editiones in quatuor columnis ſibi invicem è regione appoſitas continentibus, adjiciebatur etiam Quinta, ideſt Textus Hebræus, literis tamen græcis exaratus. Hinc a numero Columnarum quinario, non Tetraſelida, ſed Pentaſelida dicta ſunt. Mentio Pentaſelidorum habetur in margine laudati Codicis Marchaliani ad Eſ. 3. 25. οἱ γ'. στίχοι οἱ ὑποκείμενοι οὐκ ἔκειντο ἐν τῷ Πενταςελίδῳ, οὐδὲ Ὠριγένης ἐξηγούμενος τούτων ἐμνήσθη: *tres verſus ſequentes non ſunt in Pentaſelido, neque eorum meminit in ſua Enarratione Origenes*. Pentaſelidi formam repræſentat nobis margo antiquiſſimi Codicis Barbarini ad Hoſ. XI. 1.

Sed jam ſatis multa de inſigni Codice Marchaliano. Quare nunc calamum ad præſtantiſſimum Codicem Chiſianum Exemplar referre oportebit; de quo ſcribam ea, quæ Viri ſapientiſſimi atque doctiſſimi, Card. Bona, Leo Allatius, & alius neſcio quis, conſulti ab Alexandro VII. reſponderunt. Eorum Vota nondum lucem adſpexerant; quare ipſa, ex quibus mirè illuſtrabitur noſtra Editio anecdoti Codicis Chiſiani, tibi eruditiſſime Chryſoſtome, hìc ſubjicienda eſſe putavi. Equidem ſi ex ſcriptis meis cognoſci id ſatis aptè potuiſſet, minus hoc fortaſſe mihi putaſſem eſſe laborandum; ſed quoniam id aſſequi complectique non poteram, ſuperſedi. Et cùm immatura morte præreptus Summus Pontifex Alexander nihil admodum typis tradidiſſet, deberi hoc a me Chriſtianæ Reip. putavi, ut cùm etiam nunc tantorum virorum ſententias teneremus, eas immortales redderem, ſi poſſem. Igitur edo hæc iis cognoſcenda, qui Codicem non viderunt. Addam verò Cl. Mabillonii judicium; ut Chiſianum Exemplar, eorum, qui illud manibus contrectaverunt, quique omnibus cogniti ſunt, virtutis memoriâ teſte commendem.

LEONIS ALLACII

DESCRIPTIO CODICIS CHISIANI,

Qui edetur in lucem Tomo II. hujus Editionis.

„ IN HOC CODICE CONTINENTUR PROPHETÆ MAJORES:

Hieremias, p.1.
Baruch, p.112. Hic notatus eſt obelo ſecundùm Septuaginta, p.121.
Threni, ſive Lamentationes Hieremiæ, p.121. exſcripti ſunt ex Hexaplis, p.130.
Daniel ſecundùm Septuaginta, p.135. cap. 189.
Ex Prophetia Abacuc, p.170.
Iezechiel, p.126. ſecundùm Septuaginta exſcriptus eſt; ſecundùm Origenem, p.215.
Eſaias, p.216. in fine Eſaias verſuum 3808.
Hippolyti Epiſcopi Romani Viſionum Danielis, & Nabuchodonoſoris reſolutiones int. med. p.172.

Hic Hippolytus a nonnullis Portuenſis Epiſcopus, ab aliis, & antiquioribus Romanus dicitur, non quòd Romæ præſederit, ſed ob vicinalem cum Romanis uſum; licèt Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis aſſerat non potuiſſe ſcire Urbis nomen, cujus ille fuerit Epiſcopus. Scripſit multa, referente eodem Hieronymo, & præcipuè in Sac. Scripturæ libros Commentaria, ex quo ſua exſcripſit Honorius Auguſtudonenſis Presbyter. A latere etiam ſtatuæ marmoreæ in Bibliotheca Vaticana aſſignantur illi ſcripta in hunc modum exculpta.

. . . ΙΟΥC
ΝΙΑC ΙΝΟΥC
ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΟ-
ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΚΑΤΑ Ιω
ΑΝΝΗΝ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟ
ΚΑΛΥΨΕωC
ΠΕΡΙ ΧΑΡΙCΜΑΤωΝ
ΑΠΟCΤΟΛΙΚΗ ΠΑΡΑΔΟ
CΙC
ΧΡΟΝΙΚωΝ
ΠΡΟC ΕΛΛΗΝΑC
ΠΡΟC ΠΛΑΤωΝΑ
ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟC

*. . . * Imos*
** de cengaſtrimytho*
De ſecundum Joannem
Euangelio; & Apocalypſi.
De Donis.
Apoſtolica traditio.
Chronicorum.
Ad Gentiles.
Ad Platonem.
& de univerſo.

* Lege in Pſalmos.
* Lege, de Pythoniſſa.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟϹ ΠΡΟϹ ϹΕ-ΒΗΡΕΙΝΑΝ	*Protrepticus * ad Se-verinam.*
ΑΠΟΔΕΙΞΙϹ ΧΡΟΝωΝ ΤΟΥΠΑϹΧΑ	*Demonſtratio annorum Paſchatis,*
ΚΑΤΑ ΕΝ Τω ΠΙΝΑΚΙ	*ut eſt in tabula.*
ΚΑΙ ΕΙϹ ΠΑϹΑϹΤΑϹΓΡΑ-ΦΑϹ	*Et in omnes Scriptu-ras.*
ΠΕΡΙ Θ Υ ΚΑΙ ϹΑΡΚΟϹ ΑΝΑϹΤΑϹΕωϹ	*de Deo, & Carnis Reſurrectione.*
ΠΕΡΙΤΑΓΑΘΟΥ ΚΑΙ ΠΟΘΕ" ΤΟ ΚΑΚΟΝ.	*De Bono, & unde malum.*

*Id eſt: exhortatorius.

Illum facit Diſcipulum Irenæi Photius in Bibliotheca. De illius patria, & Epiſcopatu, quem dicit neſciſſe Hieronymus, Bignæus ſcribit: Sciendum eſt a Gelaſio Pontifice in lib. contra Eutychem, Arabum Metropolis Epiſcopum eumdem Hippolytum nominari; a Germano Conſtantinopolitano, ſicuti & ab aliis Hippolytum de Roma; a Zonara Annalium ſecundo Tomo Martyrem & Epiſcopum Romani Portûs, quem Centuriani oſcitantes Oſtiam eſſe ſcripſerunt. Et quidem Portuenſem Epiſcopum fuiſſe, qui Cyclum Paſchalem deſcripſit, indicat ſtatua illius marmorea, cujus meminit Marianus Victorius in ſcholio primo ad illius vitam in D. Hieronymi ſcriptorum Catalogo.

Hic ſi addes, non eſſe veriſimile Italum Epiſcopum, vel græcè ſcripſiſſe, vel fuiſſe tanta neceſſitudine cum Origene conjunctum; per me liceat, duo ſint Hippolyti, Latinus ille prior Portuenſis, Græcus verò alter, Auctor Orationis de conſummatione Mundi, & de Antichriſto. Sed hac ſua opinione fallitur Bignæus. Poſſem plures enumerare Italos, in Græcis, non tantum intelligendis, ſed ſcribendis etiam fuiſſe verſatiſſimos; ut de aliis ſileam, Ælianus Præneſte natus tantum in Græca oratione valuit, ut apis Attica inter Græcos a Græcis ipſis vocari meruerit.

Hujus Hippolyti edita eſt Oratio de conſummatione Mundi, de Antichriſto, & ſecundo Adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti Græcè, & Latinè Lutetiæ Pariſiorum 1557. *in* 8. *Interprete Joanne Pico, & alibi ſæpius; ac denique* 1576. *inſerta Bibliothecæ Sanctorum Patrum a Margarino Bignæo editæ. Ex ea citat Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus in rerum Eccleſiaſticarum contemplatione*

tione. In hac Homilia notantur nonnulla, quæ ſunt cautè legenda, nempè, Corpus Antichriſti futurum phantaſticum: Joannem Theologum futurum tempore Antichriſti; *& nonnulla alia.*

Hæc Oratio diverſa eſt a Commentario hoc in Danielem, quod interponitur inter hos Prophetas, quod videtur legiſſe Photius in Bibliotheca, quem ob definitum Mundi finem calidioris animi Hyppolitum accuſat; Pleraque verò veteri more, non ùt poſtea fuerunt excuſſa, recenſet; quamquam eorum ipſum reddere rationem, æquum non eſt. Deus enim ab iis, qui principium ſcientiæ alicujus ſtatuerunt, non repoſcere rationem eorum, quæ præterierunt, ſed contentum eſſe potius conatu ipſo, & iis, quæ quatenus licuit, e conſiderandis aſſecuti ſunt. Cæterum, quod Antichriſti adventum, quando etiam Mundi hujus expectabilis interitus ſequetur, quem ne Diſcipulis quidem rogantibus manifeſtavit Chriſtus, Hippolytus hìc quingenteſimo poſt Chriſtum anno adſcribere auſus ſit, quaſi a prima Mundi conſtitutione ſex millibus annorum tum decurſis, ejus interitus inſtaret, hoc ſanè calidioris, quàm par ſit, animi eſt. Verùm hæc ejus aſſertio humanam ignorantiam, quàm cœleſtem aliquam inſpirationem arguit. Genus ejus dicendi clarum in primis acperſpicuum, quod Interpretem ſatis decet, etſi atticas revera leges valde repudiat.

Scripſit præterea Libellum contra Hæreſes, auſpicatus a Doſitheanis uſque ad Noeti & Noetianorum hæreſes; quas refert Irenæo diſſerente argumentis profligatas, horumque argumentorum ſummam colligentem ſe libellum hunc conſcripſiſſe. Hunc legit Photius, notatque, eum in hoc libello, non in omnibus, accuſatum fuiſſe, tanquam qui inter alia tenuerit, Epiſtolam ad Hebræos non eſſe Pauli. Subdit Photius, eum Origene familiariſſimè uſum, & ita ſcriptorum illius fuiſſe admiratorem, ut eum ad Divinam Scripturam Commentariis illuſtrandam impulerit, additis illi ſuo ſumptu ſeptem Notariis, qui dictata exciperent; & hæc ſubminiſtrantem Hippolytum ſine remiſſione ſolitum exigere opus, quod elaboraſſet Origenes; atque hinc etiam operis exa-

exactorem ἐργοδιώκτην *epiſtolâ quadam ab eo nominari. Niſi id ſit memoriæ lapſus in Photio, cùm id Euſebius lib. 6. cap. 16. Hiſtor. Eccleſ., & ex eo Hieronymus de Scriptoribus, Nicephorus item Calliſtus lib. 4. cap. 31. & Svidas Ambroſio tribuant, illi nempe, quem ex Marcionis hæreſi Origenes convertit.*

Hinc valde probabile ſit, lucubrationes illas de Theologia & Incarnatione contra Beronem & Hilicon, a Franciſco Turriano latinè e Græca redditas, quaſque inſeruit Henricus Caniſius Tomo quinto Antiquæ lect. erutas eſſe ex ejuſdem Opere contra hæreſes.

Ejuſdem Hippolyti Martyris Demonſtrationem contra Judæos, ab eodem Turriano Latinam factam, edidit Antonius Poſſevinus in Apparatu ſacro, in Hippolyto, ſed ſine mutilam.

Superioribus annis reperti ſunt Baſileæ Commentarii quidam in Apocalypſi Hippolyto adſcripti, de quibus ob eruditionis & ſtyli copiam, ùt inquit Sixtus Senenſis, ambigitur.

Baronius, & ex Baronio Caniſius, de Hippolyto res dubias ita conciliat: Hippolytus, qui vivebat anno Domini 229. fuit Metropolitanus Arabiæ, qui Romam ſub Calliſto Pontifice veniens, vel, ùt refert Euſebius lib. 5. cap. 26. ſub Aniceto, honoratur ab eo Epiſcopatu Portuenſi. Scripſit, quemadmodum teſtatur Euſebius, Commentarios in Examecron &c. Poſt quæ Martyrium paſſus eſt ſub Alexandro Imperatore.

III. *Commentarius Hippolyti, qui in hoc Codice eſt, dignus eſt, qui converſus in linguam latinam, græcè & latinè in lucem prodeat, ne tantę vetuſtatis Eccleſiaſticæ monumentum tandiù in tenebris lateat, cùm ad hęc tempora ineditus ſit.*

Fuit ante hunc Portuenſem alter Hippolytus vetuſtiſſimus Scriptor, & Apoſtolis familiaris, cujus librum citat Palladius in Hiſtoria Lauſiaca cap. 148. qui ſcripſit Virginem quandam, ſigno Crucis munitam, ex proſtribulo, quo fuerat adacta, illæſam evaſiſſe.

Tertius Hippolytus longe eſt ab his diverſus, quem homonymia deceptus Nicephorus Calliſtus lib. 2. Hiſtoriæ

Eccleſiaſticæ, atque alii recentiores cum Portuenſi confundunt. Cùm hic tertius floruerit tempore Simeonis Metaphraſte, qui Sanctorum reliquit hiſtorias ſub Leone Sapiente Baſilii Macedonis F. Meminere hujus Hippolyti Thebani Glyſas tertia parte Annalium, & Franciſcus Turrianus Apologia pro Domo Lauretana, adverſus calumnias Vegetii.

Hujus ex Chronico Commentario fragmentum de cognatione Virginis tam græcum quàm latinum cum notis quibuſdam edidit Henricus Caniſius Tom.3. *Antiq. Lect. Ex hoc fragmento, ſcribunt Epitomatores Geſneriani, Joannem Sambucum deſumpſiſſe, & concinnaſſe libellum de Ortu & Cognatione Virginis Mariæ, editum Patavii apud Gratioſum Pertachinum* 186. *Vide de eo judicium, & cenſuram Antonii Poſſevini in Apparatu ſacro.*

Codex eſt antiquiſſimus, correctiſſimus, & abſolu-
1200 *tiſſimus, & ùt ipſe judico, ante milleſimum & ducenteſimum ſcriptus. Auro contra carior, & patera aurea, gemmis gravi pretioſior exiſtimandus.*

Leo Allatius.

Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Signore mio Padrone Colendiſſimo.

IL Libro manuſcritto Greco, & aſſai anticho, di N. Signore contiene li quattro Propheti Maiori Eſaià, Jeremia, Ezechiele, & Daniele, cavati dalli Exapli d'Origene, dove erano varie interpretationi della Scrittura Sacra. Coſa rara per la ſicurezza del Teſto, dove ſi vede il Teſto di Settanta puro e netto. E queſto è deſiderabile; perchè li copiatori dopo Origene a ſuo piacere da tutti quelli, che aveano fatte interpretationi, & eſſo Origene haveva poſti inſieme, Eſſi ſecondo la volontà loro pigliavano hor una hor altra, e ne facevano una, d'onde poi è avvenuto che da queſti Miſchiamenti ne ſiano nati più altri teſti, li quali paſſando ſotto nome di Settanta ſiano tanto varii. Sichè mentre queſto Codice profeſſa d'eſſere deſcritto da quelli

quelli Exapli, ci veniamo aſſicurare del puro teſto di ſettanta. E' vero che fra queſto vanno inſerte alcune coſe della Verſione di Theodotione, mà ſolo vengono notate quelle coſe che non ſi trovavano nell'Hebreo, ne ſapevaſi dove quelle ſe li aveſſe cavate, ma queſte ſono trà alcune linee o ſegni frapoſti, ſichè in un ſubito il Lettore ſe ne può corgere: le quali ſaranno avertiti, che ſiano ancora notati nelle ſtampe.

Hora per uſcire la coſa più plauſibile io da un altro Codice antiquiſſimo manuſcritto ho cavato quaſi tutte le variazioni, che ſi trovano in queſti Profeti di Simmaco, Aquila, e Theodotione, varianti da quella delli Settanta, e poſtili nella margine. E ſarà coſa curioſa, perchè in quella editione di Siſto in ogni Capitolo quando ſe ne trovano tre, e quattro è aßai, & in queſto ſaranno quaſi tutti.

Vi s'aggiungerà di più in Ieremia una eſpoſitione compendioſiſſima delle parole non ancora ſtampata. L'Autore è antiquo aßai, e coevo quaſi di S. Gio. Chriſoſtomo, chiamuſi Olimpiodoro di Patria Aleſſandrino. Trovanſi di queſta Interpretatione alcuni framenti nelle catene ſopra detti Profeti, mà dell'Opera intiera non s'ha notitia.

Sopra Daniele vi anderà una ſpoſitione di Santo Hippolito Martire, che ancora non è ſtampata, e così ſeguitarà nel reſto. e ſarà ſempre attento d'aggiungere quello che comanderà N. Signore per fare l'Opera più coſpicua, non mancando molte coſe a propoſito. E' vero che ſtampandoſi a Parigi biſognerà per facilitare l'Opera allo Stampatore, biſognerà per me qualche fatica di più, ma con qualche poco di tempo mi ſpedirò. Et io ſempre, & in perpetuo all'amorevolezza di V. S. Illuſtriſſima, e Reverendiſſima

Devotiſſimo & obbligatiſſimo Servitore
Leone Allacci.

CARDINALIS BONÆ JUDICIUM.

Utinam haberemus integra Origenis Tetrapla, Hexapla, & Octapla, non tot quæſtiones exortæ fuiſſent de Græcis Sacræ Scripturæ editionibus, earumque fide & ſinceritate. Sed quandoquidem illa perierunt, & nunc emer-

ſit

ſit hoc fragmentum continens IV. Majores Prophetas juxta Verſionem LXX. *Interpretum ex ipſis Hexaplis Origenis tranſcriptos, operæ pretium fore exiſtimarem, ſi typis evulgarentur.* Nam Origenes Textum LXX. *ex Authographo Alexandriæ reperto deſcripſit, ejuſque puram Editionem exhibuit, quæ ab omnibus, atque etiam ab ipſo S. Hieronymo, pro ſincera habita fuit. Quia verò poſt Verſionem* LXX. *quam ante Chriſtum annis* CCLXXVIII. *factam fuiſſe docet Petavius, tres aliæ ſequutæ ſunt, nimirum Aquilæ Pontici, ex Chriſtiano Judæi, circa annum Chriſti* CXXX. *Theodotionis Epheſii, ex Chriſtiano, & Ebionita Judæi, circa annum* CLXXXV. *& Symmachi Samaritani ex Judæo Chriſtiani, & Ebionitæ, circa annum* CC., *has unà cum translatione* LXX. *per columnas diſpoſuit, & Tetrapla appellavit. Adeptus poſtea linguæ hebraicæ cognitionem addidit Textum hebraicum, characteribus in una calumna Hebraicis, in altera Græcis, unde Hexapla. Demum repertis quinta, & ſexta Translationibus, illa Hiericunte in doliis ſub Caracalla, hac Nicopoli ad Actium promontorium tempore Alexandri Severi, eas cæteris adjunxit, & Octapla nominavit. Commendant hunc Origenis laborem Hieronymus, & Epiphanius, tametſi ipſi infenſi, hic lib. de Ponderib. & menſuris, ille in cap.* 3. *Epiſt. ad Titum: & de eo differit ipſemet Origenes tract.* 8. *in Matth. & Epiſt. ad Julium Africanum. Cum autem Hexapla nonniſi magnis ſumptibus deſcribi poſſet, Euſebius Cæſarienſis, & Pamphilus Martyr ſolam Verſionem* LXX. *ex ipſis Hexaplis emendatiſſimè deſcripſerunt, quæ pura & immaculata in Eccleſiis Orientalibus conſervata eſt, teſte D. Hieronymo Epiſt. ad Suniam & Fretelam, qui etiam de hac re legi debet Epiſtola* 107. *ad Chromatium. Conſtat hinc evidenter, hunc Codicem quantivis pretii eſſe, tum ob raritatem, tum quia credendum eſt textum* LXX. *purum hic & ſincerum ex Hexaplis exhiberi.*

ANO-

ANONYMI JUDICIUM.

SEptuaginta, ùt vocant, Verſionem magni ſemper habitam fuiſſe, a nemine, quod ſciam, rerum illarum perito in dubium revocatur. Utrùm verò modò extet illa Verſio, nonnulli dubitant; longè tamen probabilius eſt, illam etiam num extare; a Veteribus enim multa illius loca citantur, quæ in noſtris Codicibus Græcis hodienum legimus; non negarim tamen, multa in eam vitia irrepſiſſe, tum ex ignorantia & negligentia Scriptorum, tum ex Hæreticorum malitia, ita ut latinos, & Hebraicos Textus, auctore Bellarmino lib. 2. de Verbo Dei cap.6. ex Græcis Codicibus emendare jam tutum non ſit: nec mirum, ſi prædicta Verſio vitiata ſit hoc ſæculo, quam D. Hieronymus a mille ducentis quinquaginta annis corruptam eſſe pronunciavit, Præfat. in Paralip. & Eſdr.

Inde autem, opinor, errores in eam irrepſerunt, quod cum multæ Verſiones eſſent, commixtæ deinde inter ſe, atque adeo valde confuſæ manſerint: nam præter Verſionem LXX. fuerunt tres aliæ, Aquilæ ſcilicet, Theodotionis, & Simmachi, Judeorum vel Hæreticorum hominum; ex quibus Origenes Tetrapla ſua compoſuit, quibus addidit Hiericuntinam, & Nicopolitanam, ut jam non Tetrapla, ſed Hexapla eſſent; ſed tandem Octapla evaſerunt, addito Hebraico Textu literis Græcis, & Hebraicis. Alia item Verſio ex prædictis ab Origene compilata fuit, ſeu compacta, ùt teſtatur Hieronymus Epiſt. 89. ad Auguſtin: cui acceſſerunt tres aliȩ, Luciani ſcilicet Martyris, Heſychii, & Hieronymi ex latino in græcum verſi, teſte ipſomet Hieronymo in libr. de Vir. Illuſtr. in Sophronio, & lib. 2. contra Ruffinum: addi poſſet alia, quam κοινὴν ſeu Communem vocant; niſi fortè eadem ſit cum alia prædicta ab Origene compacta, quam idem Auctor ſuis aſteriſcis & obelis diſtinxerat, qui tamen temporum injuria, & ſcriptorum incuria exciderunt.

Anno verò elapſi proximè ſæculi 1587. juſſu & auctoritate Sixti V. Verſio LXX. edita fuit ex Codice Vaticano antiquiſſimo, cum multis aliis ſumma diligentia collato, cui alius omnino ſimilis ex magna Græcia in Urbem

delatus eſt, qui deinde penes Antonium Caraffam S.R.E. Cardinalem remanſit, cujus præſertim curæ & induſtriæ dicta editio commiſſa fuerat; quo factum eſt, ut antiquo ſere nitori reſtituta, ſaltem ut Auctor in præfatione teſtatur, prodierit.

His præmiſſis de Codice Chigiano dicendum reſtat, qui cum ab Editione Sixtina, de qua ſupra, in nonnullis diſcrepet; quæ tamen ex antiquiſſimo Codice Vaticano, ante Hieronymi ætatem, ut ajunt, exarato, ac proinde ſinceriore, excerpta eſt, non nemo fortè putaret, aliud quidpiam eſſe a LXX. *verſione; accedit, quod cum Vulgata noſtra in multis conſentit, non modò ſecundùm verborum contextum, verùm etiam ſecundùm capitum ordinem, in quo convenit cum Vulgata, differt a Sixtina, ut videre eſt in Jeremia, & Daniele.*

At certiſſimum eſt, Codicem ex ipſiſmet Hexaplis exſcriptum eſſe; cum hoc expreſſè legatur fol. 130. *pag.* 1. *fol.* 167. *p.* 1. *fol.* 135. *p.* 1. *fol.* 315. *p.* . *& alibi, ac ferè ſemper idem ſit verborum, & ſententiarum tenor, quem in Sixtina obſervamus; nec obſtat aliqua diverſitas, tum verborum, tum etiam ordinis rerum & capitum; quia cum certum non ſit, Codicem Vaticanum ſinceram* LXX. *Verſionem continere, certum etiam non eſt, Chigianum ab ea diverſum eſſe, quamvis alioquin a Vaticano in multis diſcrepet; nec obeſt diſcrimen Ordinis ſeu diſpoſitionis, hæc enim in antiquis manuſcriptis varia eſt.*

Cum verò in hoc Codice maximam aſteriſcorum & obelorum ſylvam habeamus, quibus ea deſignantur, quæ in Vaticano, ſeu Sixtina Editione deſiderantur, quæ tamen legimus in noſtra Vulgata, immò addita illa ſignis præfixis eundem aliquando ſenſum aliis repetant verbis, cujus rei luculentum exemplum extat fol. 112. *pag.* 1. *in fine Jeremiæ; inde fortè conjicere poſſumus, hunc Codicem complecti antiquam illam Vulgatam Græcorum, ab iis* κοινὴ *dictam, quam Origenes contexuit, ut ſupra diximus; nempe Origenes poſtquam Hexapla, & Octapla edidiſſet, ut ſumptibus parceret, ſolam* LXX. *Verſionem emendatam ex iis excerpſit, additis, quæ deerant, ex Theodotione, aliiſque Verſionibus,*

præfi-

Digitized by Google

præfixis aſteriſcis, atque obelis; eamque edidit ad inſtar novæ Verſionis.

Hanc autem non receptam modò, & in omnes Bibliothecas admiſſam, verùm etiam maximopere probatam fuiſſe, teſtatur Hieronymus Epiſt. 89. ad Auguſt. imo idem Hieronymus præfat. lib. 16. in Iſaiam dicit, eandem eſſe cum illa Communi ſeu Vulgata, quam Græci κοινὴν vocant; & licèt aliter ſentire videatur in Epiſt. ad Suniam & Fretellam his verbis: Sciatis, inquit, aliam eſſe Editionem, quam Origenes, & Cæſarienſis Euſebius, omneſque Græci Tractatores κοινὴν appellant atque Vulgatam, & a pleriſque nunc Λουκιάνειος dicitur, aliam LXX. Interpretum, quæ in Ἑξαπλοῖς Codicibus reperitur; ex quibus non nemo forte deduceret, diverſam ab ea fuiſſe, quam Origenes contexuit; cùm Origenes illam pro diverſa habere videatur: hoc tamen non obſtat, quia Origenes ex Hieronymo non dicit, aliam eſſe ab ea, quam ipſe compoſuit, ſed a Verſione LXX. loquitur autem hoc loco Hieronymus de Pſalterio illo communi ſeu vulgato; quod, inquit, Origenes emendarat, & poſt eum Lucianus Martyr; itaque, teſte Hieronymo, certum eſt, antiquam illam κοινὴν Græcorum eandem eſſe cum illa, quam Origenes ex Verſione LXX. emendata, additis multis ex aliis Verſionibus, compoſuit. Conjectura autem in eo fundatur, quod cum Verſione LXX. emendata, alia etiam ex aliis Verſionibus conjuncta ſint, ſuis aſteriſcis & obelis deſignata, tum in prædicta Verſione Origenis, tum in Codice Chigiano. Quod verò addita illa in vulgata noſtra legantur, adeo mirum non eſt; nam cum Vulgata noſtra ſit Hieronymi, quod longè veriſimilius eſt, vel antiqua illa, quam Auguſtin. lib. 2. de Doctr. Chriſt. cap. 15. Italam vocat, & aliis omnibus præferendam eſſe judicat, ab Hieronymo deinde ex Hebraico textu, ac præſertim ex Theodotionis Verſione emendata, nil mirum, ſi ea, quæ præfixis aſteriſcis in Codice Chigiano notata fuerunt, & LXX. Verſioni ex Theodotione aliiſque addita, in Vulgata noſtra legantur.

Reſtat igitur, ut dicamus, in hoc Codice LXX. Verſionem contineri, Sixtinæ tamen diſſimilem, in iis ſcilicet, in quibus ab Origene, poſt Hexapla edita, emendata fuit,

multis

multis ex Theodotione, & Hebraico Textu additis, & aſteriſco vel obelo ſignatis, quæ in Vulgata noſtra leguntur; quia hæc, ùt dixi, vel eſt Hieronymi, ac proinde ex Textu Hebraico; vel antiqua illa Itala, ab eodem Hieronymo ex Hebraico emendata, & fortè ex antiqua illa Græcorum Communi, de qua ſupra; unde, meo judicio, rectè dicitur Chigianus Codex ex Tetraplis vel Hexaplis exſcriptus, ex quibus etiam ultima Verſio Origenis excerpta fuerat, multis licèt additis aucta, aſteriſco ſignatis, quæ in hoc Codice iiſdem ſignis notata, ùt & in Vulgata noſtra lègimus.

Ex his manifeſtum fit, quanti faciendus ſit Chigianus Codex, qui nobis aperit primos illos fontes, ex quibus Vulgata noſtra, quam Concilium Tridentinum authenticam declaravit, ſi non prodiit, ſaltem emendata fuit, ac proinde Codici Vaticano impar eſſe non videtur, immo fortè illi anteponendus; quia certi ſumus, illum ex ipſis Hexaplis excerptum fuiſſe: non ita fortè Codicem Vaticanum.

Codicis antiquitas probari poteſt ex aſteriſcis & obelis, item ex characteribus & charta; denique in fine Iſaiæ notatur hic numerus ςτωη'*, qui videtur eſſe annus æræ vulgaris inter Græcos ab Orbe condito, quo amanuenſis voluerit conſignare tempus deſcriptionis hujus; ſive difficultas eſt in tertia litera, quæ non poteſt eſſe* ω*; hæc enim litera nota eſt centenarii octavi, cùm tamen in hac penultima ſede requiratur nota alicujus denarii; ſcriptum igitur a librario videtur per errorem, aut calami lapſum* ω *pro* π*;* π *autem ſignificat octoginta; ſi hoc ſequamur, numerus hic erit 6388, ex quo ſi detrahamus 5508. qui eſt annus Chriſti nati ab Orbe creato ſecundùm Græcos, reſiduus 880. erit annus Chriſti, quo hæc ſcripta eſſe dicuntur; conſpectus porro ipſe chartæ, & manus hanc ætatem hujus ſcripturæ facile ſuadet.*

Omittendum non eſt, in hoc Codice contineri præter IV. Prophetas Majores, ùt vocant, a fol. 171. ad fol. 188. breve Commentarium in Somnium Nabucodonoſor a Sancto Hippolyto Martyre Epiſcopo Portuenſi compoſitum, cujus meminit Hieronymus in lib. Script. Eccleſiaſt. Euſebius item, & alii; dicit enim Hieronymus, Hippolytum præter alia

His notis deſignantur στίχοι ſeu verſus Iſaiæ non annus ſcripti Codicis, ut legenti, ac intelligenti patebit.

alia multa ſcripſiſſe in Danielem. Hoc opus in lucem huc uſque editum non fuit, cui ſimile in Vaticana aſſervatur.

Denique operæ pretium fore putarem, hunc Codicem Typis mandari, adhibita peritiſſimorum induſtria, quæ omnino neceſſaria eſſe videtur ad emendationem, & collationem.

CL. MABILLONII JUDICIUM.

Addam pro coronide, eruditiſſime Chryſoſtome, jam recitatis Allacii, Bonæ, & Anonymi teſtimoniis, inſigne atque mirificum doctiſſimi Mabillonii judicium, qui paginâ 9. Itinerarii Italici, loquens de Codicibus Mss. Bibliothecæ Chiſianæ, hæc literis conſignavit: „ Omnibus præſtat Codex Græcus inſignis,
„ ab annis minimùm octingentis ſcriptus, continens quatuor Prophetas Majores,
„ item breve Commentarium in Somnium Nabuchodonoſoris, a Sancto Hyppo-
„ lito Martyre & Epiſcopo compoſitum. Hic Codex videtur EX IPSISMET
„ ORIGENIS HEXAPLIS EXSCRIPTUS . . . . Appoſiti ſunt paſſim aſteriſci
„ & obeli. Huic ſimilis eſt alter Codex in Bibliotheca Vaticana. Denique in fine
„ Iſaïæ apponuntur quidam numeri, quibus tempus ſeu annum ſcripti Codicis
„ deſignari quidam ab Alexandro VII. conſulti exiſtimarunt; at numerum ver-
„ ſuum his notis ſignificari non dubitamus. „


Cl. Montfauconius Chiſianum Codicem, de quo loquimur, non inſpexiſſe videtur, cum ad Excellentiſſimi Principis Auguſti Bibliothecam acceſſit. Nam in Diario Italico, quod ipſe ſcribit, id ſatis aperte nunciat. Omnia, quæ tantus Vir retulit, in literis meis adjungam: nihil occultabo.

„ Prophetæ (inquit pag. 237.) omnes Græcè cum Comment. Origenis & He-
„ ſychii, ac epiſtolis, præfationibuſque antiquis: Codex X. ſæculi, eximiæ notæ
„ membranaceus, Romæ in Biblioth. Ghiggiana. Codex bombycinus alius,
„ Prophetas item omnes complectens cum obelis & aſteriſcis, ac quibuſdam
„ Hexaplorum lectionibus ad marginem. Alius Codex recens, cum multis
„ Hexaplorum lectionibus. „


Situm eſt ante oculos ſpecimen characterum Codicis Chiſiani in Præfatione Generali pag. xxiii. & xxiv. ſed etiam huic Epiſtolæ volo adjungere, & paucis illuſtrare. Etenim nemo unquam ætatem Mss. librorum, qui eduntur in lucem, aſſequi poterit, niſi eorumdem formas intueatur. Eas ſi rerum anecdotarum Editores legentium oculis exhiberent, multo ipſorum Opera eſſent præſtantiora; in quibus (quod mihi quidem perquam inutile videri ſolet) nunc interdum, ut de pleriſque frondoſis arboribus ruſtici dicunt, in ſumma foliorum luxurie, paginarumque ubertate, ineſt pauperies quædam temporum conſignandorum, quæ in hoc lumine literarum Chriticos eſurientes dimittit, non depaſcit ſucco uberiore. Monumenta vetera, cum evulgantur, hæc duo ſemper docenda forent: Primum, quæ ſint; deinde, ex quibus Exemplaribus proferantur; ut altero, in quo editoris ingenium virtuſque cernitur, ea non falſis aut incertis parentibus tribuamus; altero verò, quod ſapientiæ eſt penè mediocris, tametſi Artis Diplomaticæ regulas normamque requirat, ut ætas Antiquariorum haud temerè ſtatuatur; ac de ea facilè poſſit unuſquiſque judicare, intuens tabulas characterum, quas ære diligenter inciſas Editio nitida Lectoribus repræſentat. Codices quemadmodum illuſtrentur, præſto ſunt Maurini Patres, qui nos omnes docere poſſunt, quique hoc fere primi in artis typographicæ mores induxerunt.

Atque ego (dicam, non verens aſſentandi ſuſpicionem) nullos eſſe hujus generis libros illuſtriores arbitror, neque latinos, neque græcos, quos ætas noſtra tulerit, illis, quorum alterum *de Re Diplomatica* Mabillonius, alterum *de Palæographia* Montfaucon typis conſignaverunt. Utinam hoc utrumque exemplar eruditæ Antiquitatis cultores ſibi ad imitandum proponerent; exprimerentque nobis antiquorum Codicum formam, figuramque ſcribendi, ſicut præcipit ratio & ſtudium veritatis. Porro, qui diverſa incedunt via; ſæcula decantant, quæ volunt; & pro antiquiſsimis venditant libros recenti manu exaratos, de quibus fides eſt penes auctores. Tempus membranæ definiat ſpecimen characterum, cui jus & norma docendi eſt. Nam cum plura Exempla tenemus, in contrariis lectionibus ſi quis hæreat, ut probetur ea, quæ ſeligitur, ac germana habeatur, ſapientis eſſe arbitror Editoris, uniuſcujuſque Codicis ætatem videre, & a vetuſtioribus, ſi nihil obſit, judicium arceſſere. Quare hanc ſpartam, quoniam, ſemel ita etiam tibi, religioſe Chryſoſtome, placuit, non recuſabo, quominus ornem: probè enim intelligo ex genere characterum totam pendere cauſam antiquitatis. Itaque ego ſic ſtatuo, inſigne Origenianum Exemplum Bibliothecæ Chiſianæ ad X. ſæculum referri oportere. Tu, an idem exiſtimes, ex tribus tabulis, quas hic ſubjicio, nullo negotio judicabis.

Pagina 167




Pagina 315



Specimen characterum insignis Codicis Chisiani, in quo Jeremiae, Danielis, Ezechielis, et Isaiae habetur Exemplum secundum genuinam Versionem τῶν LXX. descriptum ex Tetraplis, et Exaplis Origenianis.

pagina 230.



Ioann. Petroschi inc.

In prima tabula ære inciſa ad normam paginæ 130. Codicis Chiſiani, col. 2. linea 7. ita legitur: θρῆνοι Ἱερεμίου. ἐγράφη ἐκ τῶν ἑξαπλῶν. ἐξ ὧν καὶ παρετέθη: ideſt, *Threni Jeremiæ. Scriptus eſt ex Hexaplis, ex quibus & appoſitus eſt*. In ſecunda verò, deſcripta ex pag. 167. extat hæc inſignis nota, eruditione pleniſſima: Δανιὴλ κατὰ τοὺς ο'. ἐγράφη ἐξ ἀντιγράφου ἔχοντος τὴν ὑποσημείωσιν ταύτην. ἐγράφη ἐκ τῶν τετραπλῶν ἐξ ὧν καὶ παρετέθη: nempe, *Daniel ſecundùm LXX. ſcriptus eſt ex exemplo habente hanc ſubſcriptionem:* SCRIPTUS EST EX TETRAPLIS, EX QUIBUS ET APPOSITUS EST.„ In tertia demum, expreſſa ad regulam paginæ 315. hæc habentur: Ἰεζεκιὴλ κατὰ τοὺς ο' ἐγράφη κατὰ ϛ' ἐξ ὧν καὶ παρετέθη: ſcilicet: *Jezechiel ſecundùm LXX. ſcriptus eſt juxta ϛ', ex quibus & appoſitus eſt*. Nunc autem, erudite Chryſoſtome, quoniam omnis cura mea debet in eo verſari, ut luminis aliquid his notis afferam, id pro tenuitate ingenioli mei libenter præſtabo. Igitur ex prima nota illud unice aſſequor, ut Threni Jeremiæ ex Origenis Hexaplis deſcripti dicantur. In ſecunda verò nota exponenda, magis ſedulâ inquiſitione opus eſt, & videndum, quid Antiquarius enunciet. Nam ſunt plerique, ducti opinione Doctiſſimi Mabillonii, qui Codicem Chiſianum ex ipſo authographo Origenis deſcriptum putant. Ego arbitror, ea verba: *Scriptus eſt ex Exemplo habente hanc ſubſcriptionem*: Scriptus eſt ex Tetraplis, ex quibus & appoſitus eſt, ejuſdem Codicis origenem non obſcuram, & unà ſimul Chiſiani apertam ſatis intelligentiam nobis dare. Id autem oſtendam brevi; & probe intelliges, eam ſubſcriptionem tantâ potentiâ eſſe, ut ejuſdem ſuffragio omnis controverſia dirimi videatur. Et quamvis ad meæ Editionis commodum referre potuiſſem quæcumque de Chiſiano Cod. a ſapientiſſimo Rei Diplomaticæ Magiſtro literis mandata ſunt; liberalis tamen hominis, & nudæ veritatis amatoris non eſſe putavi, tueri atque diſendere ea, quæ minime perſuadent, & falſa eſſe noſcuntur. Veritatem, cujus ſtudio teneor, non poſſum ſilentio præterire, ſive quid mecum ipſe cogitem, ſive aliquid ſcribam. Sit igitur hoc jam a principio omnibus perſuaſum, Codicem Chigianum apographum eſſe alterius apographi, ex ipſo tamen Origenis Exemplari authographo exſcripti. Porrò ejuſdem originem non ſciſcar altiùs: ſed nihilominus iſthæc origo proxime accedit ad illam, quæ Mabillonio ſummopere probatur, atque uno tantùm ab ejus calculis gradu diſtare cognoſcis. An id dubium eſt? Rem narro, & quid effectum fuerit, expedio ex illa inſigni nota, quam recitavi, & eſt ad calcem Danielis appoſita. In ea Chiſianus Liber (ineunte ſæculo X.) dicitur exaratus ex alio „ *habente eam ſubſcriptionem*: ſcriptus eſt ex Tetraplis, ex quibus & appoſitus eſt; Igitur Codex ille, ex quo Chiſianus deſcriptus eſt, non erat authographum, ſed exemplum Origenis Tetraplorum: quod certo argumento eſt Chiſianum Codicem, unius exempli interjectione, ab ipſo Tetraplari fonte manaſſe. Id ipſum de Marcaliano quoque Volumine dicendum eſſe, jam ſatis multis probavi; nam illud etiam, utpote ab exemplo Abbatis Apollinarii deſcriptum, non recto tramite, ſed vicino ex Authographo Origeniano proceſſit. Amborum hic ſchemma ſubjiciam, ut veritas in pleno lumine collocetur.

1. Authographum Origenianum; ex quo deſcriptus eſt	1. Authographum Origenianum; ex quo deſcriptus eſt
2. Codex Hexaplaris Abbatis Apollinarii; ex quo	2. „ Codex ille, *qui habebat eam* „ *ſubſcriptionem*; Scriptus eſt ex „ Tetraplis, ex quibus & appo- „ ſitus eſt „ ex quo
3. Codex Marchalianus Cardinalis Rupiſucaldi.	3. Codex Excellentiſſimi Principis Auguſti Chiſii.

Ut igitur Cardinalis Rupifucaldi antiquiſsimus Codex (ſæculi VIII.) exemplum erat alterius, Abbatis Apollinarii; quod ipſe Abbas de Hexaplis authographis Adaman-

Adamantii deſcripſerat; ita Chiſianus (X. ſæculi) fuit literis conſignatus ex quodam apographo, quod Librarius juxta archetypa Origenis Tetrapla Hexaplaque digeſſerat, *ex quibus & appoſitus eſt*; ſeu, quod idem ſonare videtur, adjectus Codici, quem exaravit. Demum in tertia nota ſpeciminis characterum Codicis Chiſiani ita habetur: *Jezechiel ſecundùm LXX. ſcriptus eſt juxta* ꝭ, *ex quibus & appoſitus eſt:* nempe ſcriptus eſt juxta *Origenis* Tetrapla vel Hexapla: nam eam notam ita exponendam eſſe, pro certo habeo; cum in Marchaliano Codice poſita reperiatur in eadem ſignificatione, ùt docet Curterius in Præfatione ad Procopium in Heſaiam, atque Cl. Montfauconius, cùm in Palæographia Græca pag.225. (cujus verba jam retuli pag. CCLIV.) tùm in Præliminaribus ad Hexapla Origenis cap.X. *de Notis*, *ad Hexapla & Tetrapla ſpectantibus* pag.66, ubi ait: „ Π. Hæc littera ſignificat πάντες, ideſt omnes Interpretes, qua de re „ nulla jam poteſt eſſe difficultas; ſiquidem, ubi Codex Baſilienſis Π. habet e „ Coislinianus paſſim expreſsè refert. Johannes Curterius in Procopium putat „ legendum Πάμφιλος, *Pamphilus*, nempe Martyr ille, qui cum Euſebio He„ xaplis emendandis & illuſtrandis vacavit. Et quidem negare non auſim, hanc „ litteram Pamphilo indicando nonnunquam deputari, ut ΩΡ. *Origenem* ſigni„ ficat; ſed nullum adhuc ea de re perſpicuum exemplum occurrit mihi; „ quamobrem res in dubio verſatur. „ Paria habet pagina 68. eodem capite X. „ „ ꝭ, Heſaiæ 14. v. 6. & alibi ſæpe, ſignificat Origenem; ùt diximus Pa„ læographiæ Græcæ pag. 225. Joannes Curterius illam ſiglam expreſſit per litte„ ram φ, quòd notam Codicis Marchaliani, nunc RR. PP. Jeſuitarum, non in„ telligeret. Nam ibi ſic notata depingitur, ùt eam hìc expreſſimus. „ Quare idem Cl. Editor Fragmentorum Origenianorum, in notis ad dictum caput 14. Heſaiæ eadem recinens, inquit: „ Ἀλλ. ἐπάταξον. Sic legit Origenes, ùt notatur „ ad marginem Codicis Jeſuitarum. Nam ſigla ꝭ *Origenem* haud dubiè ſignifi„ cat. Curterius hìc rectè poſuit; alibi φ. ponit, ſed perperam. „ Quæ Cll.VV. judicia non conjecturâ tantùm probabilia ſunt, ſed certa comprobantur. Hæc autem indicia colligi poſſunt ex tribus tabulis ære inciſis, quas paullo ſupra, benevole Chryſoſtome, tuis oculis datâ operâ ſubjicere volui; in quibus ꝭ *Origenis*, *& Tetraplorum Hexaplorumque* vocabula expreſſa videbis cum eâdem notâ, *ex quibus & appoſitus eſt*. Porro illius ſiglæ ꝭ. quæ ducta ab authographo Origeniano, in Marchali, & Chiſii Codicibus adhuc permanſit, nulla ſuperſunt in reliquis Origenianis Exemplis veſtigia: quod maximum argumentum eſt, non emanaſſe illa a fonte puriſſimo, ùt gemini laudati Codices, Marchalianus ſcilicet & Chiſianus emanaverunt. Inter præſtantiſſimos Regiæ Bibliothecæ Codices jure accenſendus eſt ille Pedanii Dioſcoridis Anazarbenſis num. 2130., qui vetuſtate non multis Dioſcoridianorum Exemplarium, depictarum ſtirpium, arborumque elegantiâ nulli concedit: in fine autem illius libri ita legitur:

Δ I ꝭ

Videtur Montfauconio lib. 3. Palæographiæ Græcæ lib. 3. cap.8. pag. 256. Calligraphi nomen deſcribi, ac legendum eſſe Διοδώρος, *Diodorus*. Penes eruditos judicium eſto, an ita legendum ſit. Ego quidem multùm addubito.

Sed quid plura de prima Parte mei reliqui Operis ſcribo? Sæpe, Vir Sapientiſſime, Tibi ea narravi; ſæpe mihi conſilium dediſti tuum. Veniam ergo ad Secundam, quæ complectetur *Veteris Teſtamenti Libros, à S. Hieronymo ex Origeniana LXX. Interpretum Editione in latinum ſermonem translatos, qui vel nondum evulgati fuerunt, vel Codicum antiquorum penuriâ ad eorumdem fidem a nemine adhuc exacti: itemque* (quod me fugiebat pag.253. cum exordium Epiſtolæ naſceretur) *Novi Teſtamenti vindicias, ſeu antiquiſſimis Codicibus teſtatam conſignatamque Vulgatam N.T. Verſionem, quam idem S. Hieronymus ad Græcam originem conedit & emendavit*; quamque univerſæ Latinorum Ec-

 cleſiæ

cleſiæ mirâ poſtmodum conſenſione moribus uſibuſque receperunt. Doctorem Maximum ſic tota honoravit antiquitas, ut Origenes Latinus audiret, atque ab ejus ore germanæ intelligentiæ Divinarum Scripturarum oracula peterentur. Teſtis eſt S. Damaſus, qui Summo Sacerdotio præditus Chriſtianam Rempublicam divina auctoritate regebat. Ipſe namque primò decrevit, ut quatuor Sacroſancta Chriſti Euangelia Antiquæ Latinæ Italæ Verſionis ad Græcorum Mss. librorum fidem S. Hieronymus caſtigaret, ne fidelium hominum mentes propter librariorum dormitantium incuriam præſumptorumque imperitorum audaciam a Religionis integritate ad errorem abducerentur. Teſtis etiam eſt Auguſtinus, qui in Epiſt. olim 10. nunc 71. gratias agit Hieronymo, quod Euangelium ex Græco fideliter fuerit interpretatus. Primum autem Bibliorum Opus, quod ex S. Hieronymo prodiit, fuiſſe hanc Translationem, ſeu potiùs emendationem Euangeliorum ex Græco, *apparet* (inquit doctiſſimus ac pientiſſimus Vir, Eminentiſſimus Dominus Fr. Vincentius Ludovicus Gotti, Ordinis Prædicatorum decus, & S. R. E. Cardinalium ornamentum, Tomo II. Veritatis Religionis Chriſtianæ cap. 6. §. 2. num. 5. pag. 126.) *tum quia, cum Auguſtinus eum hortaretur ad vertendum vetus Teſtamentum in Latinum ex Græco LXX. jam perfecerat interpretationem Euangelii ex Græco, de qua ei gratulatur: tum quia Euangeliorum Editionem agreſſus eſt juſſu Damaſi Papæ (ut patet ex ejus Præfatione) qui anno* 384. *fato ceſſit: correctionem verò Verſionis LXX. Interpretum poſt annum* 403. *agreſſus eſt: Epiſtola enim hortatoria Auguſtini* præfata, *ſcripta cenſetur an.* 403.

Igitur S. Hieronymus in lingua Græcorum apprimè verſatus, ut puriſſimos latices Euangelici fontis hauriret, Veterum Exemplarium inquiſitioni ſe tradidit. Totius rei geſtæ rationem verba ab eo poſita in Præfatione declarant. „ Novum
„ Opus (*inquit Præf. in IIII. Euang. ad Damaſum Papam*) me facere cogis ex
„ Veteri, ut, poſt Exemplaria Scripturarum toto Orbe diſperſa, quaſi quidam ar-
„ biter ſedeam; &, quia inter ſe variant, quæ ſint illa, quæ cum Græca con-
„ ſentiant veritate, decernam. Pius labor, ſed periculoſa præſumptio, judicare
„ de cæteris ipſum ab omnibus judicandum; ſenis mutare linguam, & cane-
„ ſcentem jam Mundum ad initia retrahere parvulorum. Quis enim doctus pa-
„ riter, vel indoctus, cum in manus Volumen aſſumpſerit, & a ſaliva, quam ſe-
„ mel imbibit, viderit diſcrepare quod lectitat, non ſtatim erompat in vocem,
„ me falſarium, me clamitans eſſe ſacrilegum, qui audeam aliquid in Veteribus
„ libris addere, mutare, corrigere? Adverſus quam invidiam duplex cauſa me
„ conſolatur, quod & Tu qui Summus Sacerdos es fieri jubes, & verum
„ non eſſe, quod variat, etiam maledicorum teſtimonio comprobatur. Si enim la-
„ tinis Exemplaribus fides eſt adhibenda, reſpondeant, quibus? Tot enim ſunt
„ Exemplaria penè, quot Codices. Sin autem veritas eſt quærenda de pluribus,
„ cur non ad Græcam originem revertentes, ea, quæ vel a vitioſis Interpretibus
„ male reddita, vel a præſumptoribus imperitis emendata perverſiùs, vel a li-
„ brariis dormitantibus aut addita ſunt aut mutata, corrigimus? Igitur hæc
„ præſens Præfatiuncula pollicetur quatuor tantùm Euangelia . . . . Codicum
„ Græcorum emendata collatione, ſed veterum, nec qui multùm a lectionis
„ latinæ conſuetudine diſcreparent. Ita calamo temperavimus, ut, his tantùm,
„ quæ ſenſum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, ut fue-
„ rant. „ Scilicet in tanta Latinorum Codicum diverſitate id egit Hieronymus, ut genuinam lectionem ope Græcanicæ auctoritatis veluti poſtliminio revocaret. Italam verò, ne novam Editionem ſubrogando, obliteraret, quadam prohibitus eſt religione: & ad græcam originem ire juſſus, ubi lectio Veteris Translationis recto tramite ab ipſo fonte manabat, eratque conveniens cum græcis antigraphis primitivis, eam nunquam amore novitatis abraſit, nunquam expunxit. Tam utile

utile magnumque Opus, lapſu & curſu ſuo ad univerſæ Eccleſiæ Latinæ ſinum brevi profluxit: & adhuc in vivis agente Hieronymo, Damaſus Romæ, Hipponæ-Regii Auguſtinus hos puriſſimos haurire fontes, atque eos deducere curaverunt: a quibus etiam illa admirabilis atque authentica Vulgatæ noſtræ Evangeliorum Verſionis facta deductio eſt. Eadem exſtitit reliquæ Novi Teſtamenti partis origo: & tandem infallibilem auctoritatem præ Veteri Hieronymiana N. T. Editio ſeu recenſio eſt conſequuta; quandoquidem neque illâ quidquam pulchrius, neque ejus ædificatore præſtantius. Facillimum mihi erit, in conquiſitione rationum pro aſſertâ propoſitione, demonſtrationis exordium a nonnullis vetuſtiſſimis Codicibus mutuatum, quibus majores noſtri, fere duodecim ſæculorum memoriâ, in Eccleſiarum cœtibus uſi ſunt. Eorum ut rarum genus in antecesſum patefaciam, & Lectores benevoli ad reliquæ Editionis meæ cognitionem ſummâ voluptate ſtudioque omni rapiantur, volo hic duo ſaltem ſpecimina illorum Codicum, quibus uti oportebit ad oſtendendum Vulgatam Novi Teſtamenti Verſionem, Hieronymi fœtum eſſe, (ſi nonnullas variantes Lectiones excipias, quæ ex antiquo Interprete contra S. Doctoris mentem in Vulgatis Exemplaribus remanſerunt) tibi, erudite Chryſoſtome, ante oculos ponere; ut ipſius ſecundæ Verſionis originem, & molitionem novam Hieronymi monumentis ejus ætati proximis quamſimillimam intuearis. Primum Codicem, qui paginâ cclxxxii exhibetur, inſigne Capitulum Illuſtriſſimorum ac Reverendiſſimorum Canonicorum Peruſinæ Eccleſiæ, tanquam theſaurum, cuſtodit. Ejus Exemplum meum perhumaniter communicavit nobilis atque eruditiſſimus Vir Dominus Franciſcus Menicomus; cujus promeritis laudibus parcere juſſus cogor, ne ſingularem ejus modeſtiam, ſin minus violare, ſaltem hac epiſtola ſollicitare videar. Tantæ vetuſtatis Monumentum in membranis purpurâ tinctis exaratum fuit, quæ XII, omnino ſæculorum ætate confectæ, nunc cærulei coloris ſpeciem præſeferunt, ac ſenii edacitate tabeſcunt. Eamdem ſunt paſſi fortunam duo venerabiles illi Codices Evangeliorum Italæ Verſionis, Veronenſis ſcilicet, & Brixianus, (de quibus alibi ſcribam) qui, purpurâ in cæruleum, eumque opacum colorem tranſeunte, nonniſi in claro lumine legi exſcribique potuerunt. Ex hiſce purpureis pigmentis, unde nova antiquitatis argumenta ſumuntur, licebit in Operis proſequutione Codicum laudationem ornare. Hoc loco tamen, ne qua ſit admiratio, ſi illorum, qui adhuc ſuperſunt, nulla a me Exempla ponantur, de aliquibus breviter ſcribam. Succi purpurei uſus (in conſcribendis Voluminibus ſacrarum Scripturarum) vel ipſo S. Hieronymi ævo moribus recipiebatur, ut ipſe palam nos docet Præfatione in Jobum, hæc ſcribens: *Habeant, qui volunt, veteres libros vel in membranis PURPUREIS auro argentoque deſcriptos, vel UNCIALIBUS, ùt vulgo ajunt, literis, onera magis exarata quàm Codices; dummodo mihi meiſque permittant, pauperes habere ſchedulas, & non tam pulchros Codices, quàm emendatos*. Perinſignis Codicis Græci Bibliothecæ Cæſareæ Vindebonenſis ſpecimen profert Lambecius *, eumque ita deſcribit: *Secundus Codex Ms. Theologicus Græcus, eſt antiquiſſimus, membranaceus, PURPUREUS, aureis & argenteis literis majuſculis, abſque accentibus, ante mille & trecentum annos exaratus, conſtatque foliis 26. quorum 24. prioribus fragmenta Geneſeos continentur*. Exſtat quoque in Bibliothecæ S. Germani à Pratis Epiſtolarum Canonicarum liber antiquiſſimus Græco-Latinus Italæ Verſionis, in membranis Purpureis exaratus, cujus literarum formam edidit Mabillonius in Opere *de Re Diplomatica* pag. 347. Et, teſte Fabricio Tom. IV. Biblioth. Græcæ, etiam Codex Evangeliorum ex Verſione Gothica Ulphilæ membranis Purpureis, atque aureis literis conſtat, quem videre ac mirari ipſi contigit Upſaliæ in Blioth. inſignis Academiæ. Jacobus quoque Le-Long doctiſſimus Pariſinus Tom. I. *Bibliothecæ Sacræ* cap. IV. nominat illuſtre illud Bibliorum Monumentum, membranis

* Lib. II. Bibl. Vindic. ſub initium.

branis Purpureis conſignatum, quod circa an. 790. ſibi deſcribi fecit Theodulphus, tunc Monachus & Abbas Floriacenſis, deinde Epiſcopus Aurelianenſis: itemque alterius meminit punici coloris (quem *Sancti Mauri* appellant) exarati tempore Karoli Calvi, circa annum 876. & a Karolo V. qui Sapiens dicitur, Monaſterio Sancti Dionyſii in Francia dono dari. Nonnulli demum hujus generis libri purpurâ tincti in Corbejenſi, in Neapolitana S. Joannis de Carbonaria, & in Vaticana Bibliotheca ſervantur, a quibus allegandis abſtineo, ne longior ſim.

Secundus Codex, cujus (pag. CCLXXXIII.) ſpecimen characterum daturum me tibi promiſi, eſt Bibliothecæ Sereniſſimæ Chriſtinæ Scotorum Reginæ, in Vatic. Bibl. ſervatus ſub numero IX. Nullus profecto, eorum quidem, qui ſunt mihi noti, in pluteis Pontificii grammatophilacii cuſtoditur, qui magis quàm iſte omni ex parte perfectam & puram putamque Paulinarum Epiſtolarum Editionem a S. Hieronymo elaboratam repræſentet. Forma literarum eſt ad VI. vel VII. ſæculum referenda. Verſus Hieronymiano more diſtincti, cum impreſſis in Editione Martianei minimè cohæreſcunt: neque ex eo genere ſunt, qui ejus Bibliothecæ Divinæ adjuvent cauſam. Quocirca mihi ſic cerno eſſe faciendum, ut eorumdem ſumma, donata nobis antiquarii munere, hîc exhibeatur. Equidem eam difficile eſt fortaſſe probare Doctoris Maximi numerandi rationi in omnibus eſſe conformem; ſed tamen ipſa multa afferre poteſt ſcitu digniſsima, & quæ animadvertendo notentur. Igitur ordiar a Sticometria Codicis Vatic. ut poſtmodum ſpecimina characterum ejuſdem, & Peruſini melius obſervari poſſint; quæ ſunt inventa artis mirifica ad vetuſtatem repræſentandam rerum oculis minimè ſubjectarum.

In Cod. Reg. Vatic. IX. Verſus ita numerantur.

Explicit Epiſtula ad Romanos ſcribta de Corintho. V. N. DCCCCXI.
Explicit ad Corinthios I. ſcribta de Philippis V̄. N. *DCCCLXX.*
Explicit Epiſtola ad Corinthios II. miſſa a Troade.
Incipit ad Galatas ſcribta a Macedonia.
Explicit Epiſtula ad Galatas miſſa ad (ſic) *Epheſo per Titum* V̄. N̄. *CCXCIII.*
Explicit Epiſtula ad Epheſios ſcribta de Roma per Tithycum. V̄. N̄. *CCCXLIII.*
Explicit ad Philippenſes ad (ſic) *Urbe Roma ſcribta per Ephafroditum* (ſic) V̄. N̄. *CCL.*
Explicit ad Theſſalonicenſes I. miſſa ab Athenis V̄. N̄. *CXCIII.*
Explicit ad Theſſalonicenſes II. ſcribta ab Athenis V̄. N̄. *CVIIII.*
Explicit ad Coloſſenſes miſſa ab Vrbe Roma de carcere per Thiticum Diaconum, & Onesimum Acolitum. V̄. N̄. *CCLXVIIII.*
Incipit ad Timotheum I (manca eſt in Codice)
Explicit Epiſtula II. ad Timotheum V̄. N̄. *CLV.*
Explicit Epiſtula ad Titum ſcribta de Nicophólim V̄. N̄. *XCVIIIII.*
Explicit ad Philemonem V̄. N̄. *XLV.*
Incipit ad Hebræos (Finis hujus Epiſtolæ deeſt in Codice)

Clariſsimus Martianeus in Sancti Hieronymi Bibliotheca Divinæ Prolegomeno IV. *de Titulis & Capitulis, Verſibus & Metris ſacrorum Bibliorum*, ad manifeſtandas eorumdem diſtinctiones, antiquas, & recentiores, Numerum Verſuum, quem ſinguli divinarum Scripturarum libri continent, in Tetraplis exhibet, ut ſic uno intuitu diverſas hujuſmodi diſtinctiones quilibet ſtudioſus liquido habeat perſpectas. Secunda Tetraplorum Martianeorum Columna, Verſuum enumerationem ex Mss. Codicibus Verſionis Hieronymianæ ita in Paulinis Epiſtolis repræſentat.

Epiſtola Beati Pauli ad Romanos habet Verſus 911.
Epiſtola I. ad Corinthios Verſus habet 980.
Epiſtola II ad Corinthios habet verſus 292.
Epiſtola ad Galatas habet verſus 213.
Epiſtola ad Ephesios habet Verſus 317.
Epiſt. ad Philippenſes habet Verſus 350.
Epiſt. ad Coloſſenſes habet Verſus 208.
Epiſt. I. ad Theſſalonicenſes habet Verſus 213.
Epiſtola II. ad Theſſalonicenſes habet Verſus 108.
Epiſt. I. ad Timotheum habet verſus 230.
Epiſtola II. ad Timotheum habet Verſus 172.
Epiſtola ad Titum habet Verſus 67.
Epiſt. ad Philemonem habet verſus 34.
Epiſtola ad Hebræos habet Verſus 700.

Vides quantopere illhæc Martianei ſupputatio varia ſit, quàmque a Codice Vaticano diſſentiat in ratione Hieronymianæ ſtichometriæ. Id librariorum vitio non dubium eſt contigiſſe; de qua re quoniam alibi ſcribetur a me diligentiùs, nunc ſatis ſit, primis, ùt dicitur, labris tantam deguſtaſſe quæſtionem. De antiquis Sacrorum Bibliorum Capitulis illud affirmandum eſſe arbitror, quod de Tranſlationibus Latinis Sac. Scripturarum SS. Hieronymus & Auguſtinus docuerunt; nempe tot penè fuiſſe genera hujuſmodi diviſionum, quot erant Codices. Quinam fuerint earumdem diviſionum ſive Capitulorum authores, ſub judice lis eſto. Ex antiquiſſimis certe majoribus noſtris ſectiones illæ ſunt proculdubio cenſendæ, ipſeque per ſe ſtylus (ùt inquit Ven. Card. * Thomaſius) antiquiora ſæcula refert, ut facilè, qui in Veterum ſcriptis ſunt verſati, dijudicaverint. Id quod vetus firmat uſus Eccleſiæ Romanæ, qui ſecundum has priſcas Capitum ſectiones citare ſolebat Epiſtolas S. Pauli. Extat namque in Bibl. Vaticana Codex Palatinus ſignatus num. 487. (quem Deo dante edam in lucem in auctario Operum Thomaſianorum) Ordinem Romanum breviſſimum æquè ac vetuſtiſſimum continens in plures libellos diſtinctum, prout ſæculo ſaltem nono is Ordo in uſu erat ejuſdem Eccleſiæ, mirè conſentiens iis, quæ ex Romani Ordinis libellis Amalarius Metenſis primùm Diaconus, mox Presbyter, ejuſdem ſæculi ſcriptor, in ſuis libris haud raiò profert. Fragmenta aliquot illius Codicis edita ſunt hac in Urbe in Appendice ad Antiphonarium, & Reſponſoriale Sancti Gregorii ann. 1686. ubi pag. 394. hæc videre licet: *Feria quinta*: *Cœna Domini*. *Tres lectiones de Apoſtolo, ubi ait ad Corinthios cap. LVII. Ego accepi a Domino, quod & tradidi vobis*. Feria ſexta Paraſceve. *Tres Lectiones de Apoſtolo, ubi ait ad Hebræos cap.*V. (ſcribendum arbitramur VIII. cum facilis in numericis deſcribendis notis error contingat) *Feſtinemus ergo egredi*. Tituli, numero pauciores, remotiſſimam ſapiunt antiquitatem. In laudato Cod. Regio-Vaticano IX. cujus paginâ cclxxxiii. ſpecimen Characterum evulgo, hic extat numerus ſectionum.

* In lib. de Sacrorum Bibl. Titulis, ſive capit. part. II. in Præf.

Epiſtola ad Romanos, habet Titulos XII. Epiſtola I. ad Corinthios, XI. Epiſtola II. ad Corinthios, VI. Epiſtola ad Galatas, V. Epiſtola ad Epheſios, VI. Epiſtola ad Philippenſes, V. Epiſtola I. ad Theſſalonicenſes, VI. Epiſtola, II. ad Theſſalonicenſes, II. Epiſtola ad Coloſſenſes, III. Epiſtola I. ad Timotheum, VI. Epiſtola II. ad Timotheum, III. Epiſtola ad Titum, II. Epiſtola ad Philemonem *caret Titulis*. Epiſtola ad Hebræos, XII. Hujuſmodi lectiones indiſcriminatim ac promiſcue *Tituli, Breves, & Capitula* vocantur apud Veteres. Id multis probat Martianeus in Prolegomeno IV. Divinæ Bibl. num. 2. & confirmatur ex noſtro Codice in quo Lemmata Epiſtolæ ad Epheſios, ad Timotheum II. & ad Hebræos, *Breves* Antiquarius appellat: in ſecunda verò ad Corinth. ac in ſequenti ad Galatas ſcribit: *Incipiunt Capitula*; *Expliciunt Breves*. Et hæc de utroque Cod. dicta ſint ſatis. Ad ſpecimina veniamus.

Codex Evangeliorum in membranis puniceis, qui scriptus videtur saeculo VI. et asservatur in Archivo Ill.[mi] *ac R.mi Capituli Cathedralis Ecclesiae Perusinae*

EXIERUNTER
GODAEMO
NIAABHOMI
NE
ETINTRAUE
RUNTINPOR
COS
ETIMPETUABI
ITGREXPER
PRAECEPS
INSTAGNUM
ETSUFFOCA
TUSEST
QUODUTUIDE
RUNTFACTŪ
QUIPASCEBANT
FUGERUNT
ETNUNTIAUE
RUNTINCIUI
TATEMETIN
UILLAS
EXIERUNTAU
TEMUIDERE
QUODFACTŪ
ESTETUENE
RUNTADIHM̄
ETINUENERUNT

HOMINEM
SEDENTEM
AQUODAEMO
NIAEXIERANT
UESTITUMETSA
NAMENTE
ADPEDESEIUS
ETTIMUERUNT
NUNTIAUERUNT
AUTEMILLIS
ETQUIUIDE
RANT
QUOMODOSA
NUSFACTUS
ESSETALEGI
ONE
ETROGAUERUNT
ILLUMOM
NISMULTITU
DOREGIONIS
GERASENO
RUM
UTDISCEDERET
ABIPSIS
QUIATIMORE
MAGNOTENE
BANTUR

Ioh. Petroschi f.

EXP AD CORINTHIOS I

SCRIBTA
DE PILVPPIS
V NO CCCL xx
INCP AD EOS DE
INC ARGVM

I POSTACCEPTAMPAE
NITENTIAM CONSO
LATORIAS SCRIBIT
EISATROADAE ET CON
LAUDANSEOS HORTA
TURADMELIORA

EXP ARGVMENT
INCP CAPITVLA

I DEPRESSURANOSTRA
QUAE FACTAESTINASIA
SUFFICITHOMINI
CORREPTIOQUAE
AMULTISFIT
NETRISTITIAOBSOR
UEATEUM
ETPOSTEADEBERE
EIDONARIPROPTER
UINCENDAOPERA
DIABOLI

II QUIAXPISUAUISODOR
SUMUS · EPISTULA
ESTXPIMINISTRA
TAPERNOS
LITTERAOCCIDIT
SPSUIUIFICAT
PERSECUTIONEMPAS
SISEDDNODERELICTI
IGITURSIQUAINXPO
NOUACREATURAEST
ECCETEMPUSACCEP
TABILEECCEDIESSALU
TIS · NONCOANGUS
TAMINIINNOBISCORINTHI
SEDINUISCERIB · UESTRIS
QUAECONUENTIOXPI
ADBELIAL · SECUN
DUMDMTRISTITIA
PAENITENTIAMINSA
LUTEMOPERATUR
MUNDITRISTITIA
MORTEMOPERATUR

III GRATIAAUTEMDIQUAE
DATAESTINECCLESIIS
MACEDONIAE QUOD
SEIPSOSTRADIDERUNT
DO · NEALIISREFRIGERIU

Reliqui Codices, quibus utar ad probandum Novi Teſtamenti Vulgatam Editionem S. Hieronymi fœtum eſſe, quoniam, amice Chryſoſtome, bene tibi noti ſunt, mihi ad commemorandum non neceſſarii. Ex ipſis illa utilitas percipi poterit, quæ a me initio (ni fallor) eſt explicata dilucidè, ſcilicet Canonis Sacroſancti Concilii Tridentini tuta defenſio: ſtabit illud quidem, quod controverſiam inter Catholicos & hæreticos maximè continet, ſcilicet Vulgatam noſtram *Authenticam* eſſe, & ejus auctoritate Eccleſiam ritè gubernari in Religionis morumque negociis; nihilque in ea perperam eſſe conjectum, nil interpolatum, nihil additum, nihilque detractum, aut librariorum vitio, aut Interpretum inſcientiâ.

Univerſos Novi Teſtamenti libros S. Hieronymum ad Græcam originem recenſuiſſe, non autem ſola Euangelia, ipſe apertè nos docuit in Catalogo Script. Eccl. ubi ait: *Vetus Teſt. juxta Hebraicum tranſtuli, Novum Græcæ fidei reddidi.* Item in reſponſione ad S.Auguſtinum*: *Si me, ut dicis,in Novi Teſtamenti emendatione ſuſcipis, exponiſque cauſam, cur ſuſcipias, quia plurimi linguæ Græcæ habentes ſcientiam, de meo poſſent opere judicare; eandem integritatem debueras etiam in Veteri credere Teſtamento, quod non noſtra confinximus, ſed ut apud Hebræos invenimus, divina tranſtulimus.* Puriſſima hæc Novi Teſt. Verſio (ſeu Antiquæ Latinæ Italæ Verſionis emendatio) hodienùm extat in antiquiſſimis XII. & amplius ſæculorum Codicibus Mss., noſtræ Vulgatæ omnino conformibus, necnon in ipſius Doctoris Maximi Commentariis, ut in Secunda Parte reliqui Operis luculentiſſimè oſtendam. Nunc ergo de Veteri Teſtamento, quod S. Hieronymus ex Græca Hexaplari Editione LXX. Seniorum latinè interpreratus eſt, atque recenſuit, ſcribendum puto: quoniam ratio & methodus plane præſcribunt, ut ego de ſingulis libris, ab ipſo Hieronymo ex Græco Exemplari converſis vel emendatis, proſequar (ut cœpi hac Epiſtola) per ordinem temporum agere. Igitur poſt Novum Teſtamentum a S. Doctore ex Græco fonte correctum, primo loco, an numerandæ ſint duæ illæ Pſalterii Editiones, de quibus jam multis ſcripſi in literis, quas ad Cll. VV. Philippum Abb. Garbellium, & Antonium Franciſcum Canonicum Gorium ſupra jam dedi. Pſalterium namque latinum Italæ Verſionis ad Græcam originem ſemel & iterum S. Hieronymus emendavit. Quod canitur Venetiis, & in Sacroſancta Baſilica Vaticana in primæ recenſionis numero ponendum eſt; in ſecundæ verò, quod obtinet in Vulgata. Illud namque iterum Scriptorum vitio depravatum, Paulâ & Euſtochio adnitentibus, S. Hieronymus ad Origenianum Exemplum τῶν LXX. reſtituit, atque correctum dedit, addens juxta Origenem ſub aſteriſcorum notis, quæ deerant in Græco; & obelo jugulans, quæ redundare videbantur relatè ad Hebraicam veritatem. Nullum dubitationis locum hac de re eſſe patitur Epiſtola ad Sunniam & Fretelam, quæ noſtris literis illuſtrata nunc patet. Id autem etiam confirmant quamplures Codices antiquiſſimi, in quibus Vulgata Verſio habetur cum obelis & aſteriſcis. Sed ne poſſit de conditore ejus Verſionis Pſalmorum, quæ cum cum locis a Hieronymo recitatis in Epiſt. ad Sunn. & Fret. mire concordat, & obelis atque aſteriſcis illuſtrata reperitur Vulgatæ noſtræ omnino conformis, ulla eſſe dubitatio, quamplures Codices in Secunda Parte Operis allegabo, in quibus eadem Vulg. Editio libri Pſalmorum & Hieronymiana dicitur eſſe, & obelis & aſteriſcis notatur ab Antiquariis.

Sed abeamus à Pſalterio: cæteros libros a Hieronymo converſos videamus. S. Hieronymus poſt editum duplex Pſalterium, Romanum ſcilicet & Gallicanum, reliquos Veteris Teſtamenti libros juxta Origenianum Exemplar LXX. Seniorum, vel integros latinos fecit, vel (Italam Verſionem repurgans) priſtinâ integritate donavit. Quod Opus ſane mirificum (ſi Pſalterium, & Jobum excipias) ab univerſis Scriptoribus rerum Hieronymianarum penitus deperditum aſſeveratur. Quamobrem quis Chriſtianæ lætitiæ habere modum poſſit? cum pars non modica tanti theſauri a me reperta fuerit in pluteis inſignium Bibliothecarum

* Epiſt. ad Auguſtinum.

earum (dum evolvendis Sacrarum Scripturarum Codicibus operam darem) quæ cum Hexaplari Editione τῶν ο' mirificam conſenſionem habet, & ab ea defluxiſſe certiſſimis indiciis demonſtratur. Meum lucrum ſibi votis omnibus augurabatur doctiſſimus Martianeus, qui in Admonitione in geminas S. Hieronymi Præfationes in librum Paralipomenon, & libros Salomonis juxta LXX. hæc literis conſignavit: „ Præter Volumina Jobi, ac Davidis, a nobis jam edita, periere cæteri
„ Libri Sacri, quos Hieronymus de Græco diligentiſſimè emendatos, additis in-
„ ſuper *obelis & aſteriſcis*, linguæ ſuæ ſtudioſis hominibus, ideſt Latinis, tri-
„ buerat. Superſunt tantùm duæ Præfatiunculæ, quæ libris Paralipomenon, ac
„ Salomonis erant affixæ ad declarationem ejus, quod Hieronymus præſtiterat in
„ hujuſmodi Tranſlationibus ex Græco latinis. Faxit Deus, ut æqualem ha-
„ beant illi Libri ſortem cum Jobi Volumine, quod, exceptâ ejuſdem Præfatione,
„ ineditum ad nos uſque jacebat in tenebris; nunc autem integrum ac imma-
„ culatum in lucem prodiiſſe gaudemus. Idipſum equidem de Paralipomenis
„ & Operibus Salomonis ſperare nobis liceret, ſi plures eſſent, ac diligentes Scrip-
„ turarum indagatores, qui labore improbo vetera Sacrorum Bibliorum evol-
„ verent Monumenta in antiquis Eccleſiarum Archivis ac Bibliothecis. Horta-
„ mur itaque etiam atque etiam ſtudioſos omnes, at, ſi qui ſint penes ipſos Mss.
„ Codices ſacri, diligenter cum editis eos conferre non graventur. Ex hac
„ enim contentione facilè deprehenditur, ſuperſint etiamnum, nec ne, Hie-
„ ronymi Verſiones Latinæ juxta LXX., maximè ſi intra ſacrum contextum ſigna
„ *obelorum & aſteriſcorum* legentibus occurrerint. O felicem ætatem noſtram,
„ ſi poſt editum Canonem Hebraicæ Veritatis Tranſlationes quoque univerſæ ab
„ Hieronymo concinnatæ ad Codices Græcos in integrum reſtituerentur! Quæra-
„ mus igitur, quicumque utilitatis publicæ curioſi ſumus; aperiet forſan the-
„ ſauros adhuc reconditos ille, qui dixit: *Quærite, & invenietis*.

Quid S. Hieronymus in Jobo edendo ex LXX. Interpretum Tranſlatione præſtiterit, ejus Præfatio ſatis aperte nos docet: *Beatum Job, qui adhuc apud Latinos jacebat in ſtercore, & vermibus ſcatebat errorum; integrum immaculatumque gaudere. Quomodo enim poſt probationem atque victoriam duplicia ſunt ei univerſa reddita, ita ego in lingua noſtra (ut audacter loquar) feci eum habere, quæ amiſerat. Igitur & vos, & unumquemque lectorem ſolitâ Præfatione commoneo, & in principiis librorum eadem ſemper adnectens, rogo, ut ubicumque præcedentes virgulas videritis, ſciatis ea, quæ ſubjecta ſunt, in Hebraicis Voluminibus non haberi. Porro, ubi ſtellæ imago præfulſerit, ex Hebræo in ſermone noſtro addita ſunt. Necnon & illa, quæ haberi videbantur, & ita corrupta erant, ut ſenſum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi*. In Præfatione in eumdem Jobum, ex Hebræo textu latinè converſum, ait, antea ſe librum illum e Græco latinum feciſſe: *Utraque autem Editio, & LXX. juxta Græcos, & mea juxta Hebræos in Latinum meo labore tranſlata eſt . . . . Cæterum apud Latinos ante eam Tranſlationem, quam ſub aſteriſcis & obelis nuper edidimus, ſeptingenti fermè, aut octingenti Verſus deſunt, ut decurtatus & laceratus corroſuſque liber, fœditatem ſui publicè legentibus præbeat*. In Epiſtola verò ad Pammachium: *Tranſtuli* (inquit) *nuper Job in linguam noſtram, cujus exemplar a S. Marcella, conſobrina tua, poteris mutuari. Lege eumdem Græcum, & Latinum, & Veterem Editionem noſtræ Tranſlationi compara: & liquidò pervidebis, quantum diſtet inter veritatem, & mendacium*. Scilicet tranſtulit Origenianam LXX. Interpretum Editionem, obelis aſteriſciſque notatam. Item lib. 2. Apol. adverſus Rufinum: *Tranſibo ad librum Job, quem poſt LXX. Interpretum Editionem, quam Origenes obelis aſteriſciſque diſtinxit, ante annos plurimos Latino ſermone datum, cum rurſus juxta Hebræum verterem &c.* Demum S. Auguſtinus in Epiſt. ad Hierony-

 mum

mum: *Hoc addo, quod poſteà didicimus, ex Hebræo Job a te interpretatum, cum jam quandam haberemus Interpretationem tuam ejuſdem Prophetæ ex Græco eloquio verſam in latinum, ubi tamen aſteriſcis notaſti quæ in Hebræo ſunt, & in Græco deſunt: obelis autem, quæ in Græco inveniuntur, & in Hebræo non ſunt, tam mirabili diligentia, ut quibuſdam in locis ad ſingula verba ſingulas ſtellas videamus, ſignificantes eadem verba eſſe in Hebræo, in Græco autem non eſſe. Porro in hac poſteriore Interpretatione, quæ verſa eſt ex Hebræo, non eadem verborum fides occurrit. Nec parum turbat cogitantem, vel cur in illa prima tantâ diligentiâ figantur aſteriſci, ut minimas etiam particulas orationis indicent deeſſe Codicibus Græcis, quæ ſunt in Hebræis; vel cur in hac altera, quæ ex Hebræis eſt, negligentiùs hoc curatum ſit, ut non eædem particulæ ſuis locis invenirentur?*

Hanc S. Hieronymi Translationem, quam primus omnium publici juris fecit Cl. Martianeus, ad aliorum Mss. Codicum fidem redigere ſtatui, ut Editio pulcherrima tandem fiat, quæ nondum videtur optima, & numeris omnibus abſoluta. Etenim non eſt cunctandum profiteri, Editionem illam Jobi ſumma quidem diligentiâ conſtitutam; ſed ſecundas curas, novaſque collationes deſiderare, ut omni ex parte perfecta demum evadat. Recte ne unum tantùm aut alterum codicem omni vitio carentem dicemus? Unus profecto ſufficiet, ſi omni ſtudio curaque omni is ab Antiquario factus ſit ad exemplar. Sed rara admodum ſunt apographa ab omni Librariorum vitio prorſus immunia, rariora illa ex authographis ipſis expreſſa, rariſſima demum in omnibus paria atque ſimillima. Igitur collatione multorum Voluminum opus eſt, ut ex his, quæ conferuntur, quammaxime illa melioris notæ habeantur, quæ antiquitate præſtant cæteris, nec a ſcriptoris mente recedunt. Quando autem plurium Codicum comparationem fieri contingat, qui antiquior eſt, utì primus auctoritate, ita is recentiori comparetur, viciſſimque medius cum extremo: ſed is, qui medius eſt, ſi nihil obſit, minoris ponderis, quàm primus erit; majoris, quàm poſtremus. Hanc ergo habebo rationem in edendo Jobo, ut ſcilicet Hieronymiana Translatio ex Græca Verſione τῶν ο', integra & perfecta (ſi modo fieri poſſit) ex collatione aliorum veterum Codicum abſolvatur.

In Libris quoque Paralipomenon S. Hieronymus non correxit tantùm Antiquam Latinam Italam Verſionem; ſed eam integram ex Græca Origeniana LXX. Seniorum Editione convertit, & obedientem etiam fecit Hebraicæ Veritati. Fuit namque talis illa Translatio. Græcum principio exemplar præ oculis habuit; deinde inſtituit Hebræum Codicem etiam conferre, atque ita Græcum Hebraico accomodans compulavit; ut nihil ab optimo & præſtantiſſimo Editore melius effici potuerit; quippe qui utrâque linguâ adjutus, cùm Translationem dificillimam deprehenderet, diſcernebat quid foret mendoſum, quidque cuique loco vel nomini magis aptum, omnia dijudicans, conferens, atque componens. Id clarius ex ejus Præfatione diſcendum eſt: quare ne in eo, quod attingendum fuit, manca videatur Epiſtola, laudatam Præfationem hìc integram evulgabo. Habebis ex ea, prudens Chryſoſtome, undique expletam & perfectam Hieronymianæ Translationis formam & rationem, ad quam adornandam Judæo quodam, de Tiberiade accito, adjutore uſus eſt.

Incipit Præfatio Hieronymi Presbyteri in Librum Paralipomenon juxta Septuaginta Interpretes.

Euſebius Hieronymus Domnioni & Rogatiano ſuis in Jeſu Chriſto, ſalutem.

Quomodo Græcorum hiſtorias magis intelligant, qui Athenas viderint, & tertium Virgilii librum, qui à Troade per Leucaten, & Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad Oſtia Tiberis navigarint; ita Sanctam Scripturam lucidius intue-

intuebitur, qui Judæam oculis contemplatus eſt, & antiquarum urbium memorias, locorumque vel eadem vocabula, vel mutata cognoverit. Unde & nobis curæ fuit, cum eruditiſſimis Hebræorum hunc laborem ſubire; ut circumiremus provinciam, quam univerſæ Chriſti Eccleſiæ ſonant. Fateor enim, mi Domnion & Rogatiane chariſſimi, numquam me in divinis Voluminibus propriis viribus crediſiſſe, nec habuiſſe magiſtrum opinionem meam; ſed ea etiam, de quibus ſcire me arbitrabar, interrogare me ſolitum: quanto magis de his, ſuper quibus anceps eram? Denique, quum à me nuper litteris flagitaſſetis, ut vobis Paralipomenon Latino ſermone transferrem, de Tiberiade legis quemdam Doctorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, aſſumſi; & contuli cum eo à vertice, ùt ajunt, uſque ad extremum unguem, & ſic confirmatus, auſus ſum facere quod jubebatis. Liberè enim vobis loquor, ita & in Græcis & Latinis Codicibus hic Nominum liber vitioſus eſt, ut non tam Hebræa, quàm Barbara quędam & Sarmatica nomina congeſta arbitrandum ſit. Nec hoc Septuaginta Interpretibus, qui Spiritu Sancto pleni, ea, quę vera fuerant, tranſtulerunt, ſed ſcriptorum culpa adſcribendum, dum de inemendatis inemendata ſcriptitant; & ſæpe tria nomina, ſubtractis è medio ſyllabis, in unum vocabulum cogunt, vel è regione unum nomen propter latitudinem ſuam in duo vel tria vocabula dividunt. Sed & ipſæ appellationes non homines, ùt plerique exiſtimant, ſed urbes, & regiones, & ſaltus, & provincias ſonant; & oblique ſub interpretatione & figura eorum quædam narrantur hiſtoriæ, de quibus in Regnorum libro dicitur: Nonne ecce hæc ſcripta ſunt in libro verborum Dierum regum Juda? quæ utique in noſtris Codicibus non habentur. Hoc primùm ſciendum, quod apud Hebræos Paralipomenon liber, unus ſit; & apud illos vocatur DABREIAMIM, id eſt Verba Dierum: qui propter magnitudinem apud nos diviſus eſt, quod nonnulli etiam in Bruto, Ciceronis dialogo, faciunt, ut eum in tres partes ſecent; cùm unus à ſuo auctore ſit editus. Deinde etiam illud attendendum, quòd frequenter nomina, non vocabula hominum, ſed rerum, ùt dixi, ſignificantias ſonent. Ad extremum, quod omnis eruditio Scripturarum in hoc Libro continetur; et hiſtoriæ, vel quæ prætermiſſæ ſunt in ſuis locis, vel perſtrictæ leviter, hic per quædam verborum compendia explicantur. Orationum itaque veſtrarum adjutus auxilio, miſi Librum benevolis placiturum; tamen invidis diſpliciturum eſſe non ambigo. Optima enim quæque, ùt ait Plinius, malunt contemnere & invidere plerique, quàm diſcere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, ſuam conſcientiam recolat, videat ordinem textumque ſermonis; & tunc noſtro labori, ſi potuerit, detrahat. Ubicumque ergo aſteriſcos, id eſt ſtellas ※ radiare in hoc Volumine videritis, ibi ſciatis de Hebræo additum, quod in Latinis Codicibus non habetur. Ubi verò obelus, tranſverſa ſcilicet virga ÷, præpoſita eſt, illic ſignatur quid Septuaginta Interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus Sancti auctoritatem; licèt in Hebræis Voluminibus non legatur.

Editionem hanc Paralipomenon a S. Hieronymo elaboratam fuiſſe ante Damaſi Papæ mortem, mihi non dubium eſt. Anonymus ſcriptor vitæ S. Hieronymi eam ſubobſcurè in lucem editam dicit ſub Pontificatu Liberii: *Commorans igitur Hieronymus Romæ, mentis corporiſque virginitatem, & delictorum pœnitentiam cuſtodiens, fidelibus prædicabat. Multaque juxta LXX. librorum Volumina, atque Pſalterium emendavit, Apoſtolicæ Sedis Liberio gerente Pontifice.* Obiit autem Liberius diem ſuum an. 366. cùm annos tantùm 37. natus eſſet Hieronymus.

Editionis quoque librorum Salomonis ex LXX. parens effectorque fuit Hieronymus; idque ex ejus Præfatione, in nonnullis Codicibus adhuc ſuperſtite, confirmatur, in qua omnis ratio laboris ab eo ſuſcepti ita traditur.

Inci-

Incipit Præfatio Hieronymi Presbyteri in libros Salomonis juxta Septuaginta Interpretes.

TRes Libros Salomonis, ideſt Proverbia, Eccleſiaſten, (1) *Canticum Canticorum, Veteri Septuaginta Interpretum* (2) *auctoritati reddidi, vel antepoſitis lineis ÷ ſuperflua quæque deſignans; vel, ſtellis * titulo prænotatis, ea, quæ minus habebantur, interſerens, quò plenius, o Paula & Euſtochium, cognoſcatis quid in libris noſtris minus ſit,* (3) *quid redundet. Necnon etiam illa, quæ imperiti translatores male in linguam noſtram de Græco ſermone verterant, obliterans* (4) *& antiquans, curioſiſſima veritate correxi. Et ubi præpoſtero ordine atque perverſo ſententiarum fuerat lumen ereptum, ſuis locis reſtituens, feci intelligi quod latebat. Porrò in eo libro, qui à pleriſque Sapientia Salomonis inſcribitur, & in Eccleſiaſtico, quem eſſe Jeſu filii Sirac nullus ignorat, calamo temperavi: tantummodo Canonicas Scripturas vobis emendare deſiderans; & ſtudium meum certis magis, quàm dubiis* (5) *commendare.*

(1) Codex Vallicellanus noſtræ Bibliothecæ ſignatus literâ B. num. 10. 2. noni ſæculi, legit: *& Canticum Canticorum.* (2) *auctoritate.* (3) *quidve.* (4) *& antiqua.* (5) *commendare. Ideo Græco, & Hebræo Præfatiuncula utroque in libro præmiſſa eſt, quia nonnulla de Græco hoc ad inluminationem ſenſus, & legentis ædificationem, vel inſerta hebraicæ Translationi extrinſecus juncta ſunt. Et idcirco, qui legis, ſemper peregrini memento. Explicit Prologus tertius de libro Salomonis. Incipiunt capitula &c.*

Clariſſimus Martianeus ad ea verba Præfationis, *magis quàm dubiis commendare*, hæc notat: „ Hic explicit prologus in Cod. Corbejenſi ſignato num. 14. „ in aliis verò addita ſunt iſthæc: *Ideo & de Græco, & de Hebraico Præfatiuncula utraque in hoc libro præmiſſa eſt, quia nonnulla de Græco ob illuminationem ſenſus, & legentis ædificationem, vel inſerta Hebraicæ Translationi, vel extrinſecus juncta ſunt. Et idcirco qui legis, ſemper peregrini memento:* non Hieronymi ſunt verba hæc, ſed ejus, qui in Hebraicam S. Doctoris „ Translationem nonnulla induxit ex Editione LXX. Interpretum. Qui enim fieri „ potuit, ut Hieronymus utramque ſuam Præfatiunculam in libros Salomonis „ præmitteret, & nonnulla Translationi ſuæ Hebraicæ insereret, cum nulla adhuc „ eſſet ejus Præfatio, aut Translatio de Hebræo &c.

Et in Admonitione in laudatam Præfationem S. Hier. „ Jam (inquit) „ quod ſpectat Prologum in Libros Salomonis, illud aute nos monuit Leander „ de S. Martino, eam Præfationem impreſſam fuiſſe in omnibus Editionibus „ Gloſſæ ordinariæ; ab Eraſmo autem, & a Reatino Epiſcopo prætermiſſam in „ collectione operum S. Hieronymi. Quamvis genuinus ſit fœtus ejuſdem S. Doctoris, uti ex argumento Præfatiunculæ, ſententiis, & modo ſcribendi prorſus „ Hieronymianò, ſcire nobis licet. Verùm pars ultima hujus Prologi manifeſtiſſimè ſuppoſititia Viro erudito nimium impoſuit; cùm, ſuis adnotationibus eam „ illuſtrans, S. Hieronymo adſcribere conatur. „ De Libris *Sapientiæ & Eccleſiaſtici* ſermo, a Hieronymo factus in recitata *Præfatione in Libros Salomonis* juxta LXX. Interpretes, revocare nos ab omni eorumdem inquiſitione videtur, cùm ab ipſo prætermiſſi dicantur. *Porro* (inquit) *in eo libro, qui a pleriſque Sapientia Salomonis inſcribitur, & in Eccleſiaſtico, quem eſſe Jeſu filii Sirach nullus ignorat, calamo temperavi: tantummodo Canonicas Scripturas vobis emendare deſiderans.* Sed pulcherrimam rerum incognitarum notitiam duo fragmenta Antiquiſſimi Codicis Veronenſis, (quæ adhuc ſuperſunt) ſexto vel ſeptimo Chriſti ſæculo ab Antiquario exarata, nobis attulerunt; ex quibus, benevole Chryſoſtome, tu quoque cogèris aliam inire ſententiam, ac mecum ita concludere: primùm quidem id S. Hieronymum deſignaſſe, ut utriuſque libri, *Sapientiæ*

tiæ

tiæ ſcilicet, & *Eccleſiaſtici* Editionem ex Græco prætermitteret; ſed poſtmodum, mutato conſilio, Antiquam Italam eorumdem librorum Verſionem græco Origenis pumice perpoliviſſe: qui Hieronymianus labor hodienum obtinet in *Vulgata*. An ita ſe res habeat, ex mox recitandis Capitibus probè cognoſces, in quibus *Itala* elucet, verſibus priſco more diſtincta, & nullibi a Hieronymo caſtigata, nullibi ad Exemplar Origenianum exacta. Accipe ergo duplex Libri Sapientiæ fragmentum quantivis pretii, quod dudum Veronæ in Bibliotheca Ampliſſimi Capituli (dum ibidem Canonici Bibliothecarii munere fungerer) diligenter exſcripſi ex aliquot laceris diffutiſque membranis, ex quibus pura puta Itala Verſio indicata ſaltem, ſi non integre inventa, exiſtimabitur. Auro certe cariora eſſe vel ipſa Antiqui Interpretis rudera, Millius putabat: quare ipſa adhuc tenèbris obvoluta non relinquam, ſed in lucem libertatemque vindicabo. Non erit, Deo auſpice, fortaſſe difficile, hanc Libri Sapientiæ editionem tam veterem tamque præclaram, aliorum Codicum ope collationeque aliquando perficere. Sed ego nunc ipſe nil afferam melius.

(1) SAPIENTIA SIRAC.

Diſponam populos; & nationes
mihi erunt ſubjectæ.
Timebunt me audientes
Reges horrendi;
In multitudine videbor bonus,
& in bello fortis
Intrans in domum meam,
conquieſcam cum illâ:
Non enim habet amaritudinem
converſatio illius,
Nec tædium convictus illius,
Sed lætitiam, & gaudium.
Hæc cogitans apud me,
Et commemorans in corde meo:
quoniam immortalitas eſt
* in cogitatione ſapientiæ,
Et in amicitiâ illius delectatio bona,
Et in operibus manuum illius,
divitiæ (2) ſine defectione,
Et in exercitatione illius
loquella ſapientiæ,
Et præclaritas in communicatione ſermonum illius:
Circumibam quæens,
ut mihi illam adſumerem.
Puer autem eram ingenioſus,
Et ſortitus ſum animam bonam.
Et cùm eſſem magis bonus, vêni
ad corpus incoinquinatum.
Et ut ſcivi, quoniam aliter non * poſſum
eſſe continens, niſi Deus det:
Et hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire
cujus eſſet hoc donum:
Et adii Dominum, & deprecatus ſum illum,
Et dixi ex totis præcordiis meis.
Domine (3) Patrum * & Domine
miſericordiæ tuæ,
Qui feciſti omnia verbo tuo,
Et ſapientiâ tuâ conſtituiſti
hominem,
Ut (4) dominetur creaturæ,
quæ a te facta eſt,
Et diſponat Orbem terrarum
in æquitate, & juſtitiâ,
Et in directione cordis
juditium judicet:
Da mihi ſedium tuarum
adſiſtricem ſapientiam,
Et noli me reprobare a pueris tuis:
Quoniam (5) ego ſervus tuus,
& filius ancillæ tuæ:
Homo infirmus, & exigui temporis,
Et minor ad intellectum
judicii, & legum.
Et ſi quis ſit confirmatus
inter filios hominum,
Si afuerit ab illo ſapientia tua,
in nihilum computabitur.
Tu (6) me elegiſti regem populo tuo,
Et judicem filiorum tuorum, & filiarum:

* Flaminius Nobilius ait: „ *mendosè in pleriſque Bibliis* [Italæ Verſ.] *legebatur*, in cogitatione „ ut in noſtro Cod. Lege, *in cognatione*.

* Forte legendum, *poſſem*, cum Vulg. & Ed. Nobilii.

* Prius legebatur *Parentum*, ſed ab eodem Antiquario emendatum eſt, *Patrum*.

dddd Et

(1) S. Auguſtinus quoque in ea fuit ſententia, ut Auctor libri *Sapientiæ* idem haberetur, ac *Eccleſiaſtici*, nempe Jeſus filius Sirac; ùt videre licet de Doctr. Chriſtiana lib 2. c.8. : *Illi duo Libri, primus qui Sapientia, alius qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de quadam ſimilitudine Salomonis eſſe dicuntur; nam Jeſus filius Sirac eos ſcripſiſſe conſtantiſſimè perhibetur*. Brevi tamen hunc errorem, qui in nonnullis Italæ Verſionis Exemplaribus obtinebat, ipſe perſenſit, cujus palinodiam canens *Retract.* lib. 2. cap.4 fatetur multò probabiliùs alium à Jeſu filio Sirach Authorem fuiſſe Libri Sapientiæ.

(2) Ed. Vat. v. 18. [illegible]. Vulg. *honeſtas ſine defectione*. Ibid. Edit. Flaminii Nobil. *Et in exercitatione illius prudentia*. Vulg. *Et in certamine illius ſapientia*.

(3) Cap 9. Ed. Vat. v. 1. [illegible]. Vulg. *patrum meorum*, &c.

(4) Ed. Vat. v. 2. [illegible]. & ita Edit. Lat. Nobilii. Vulg habet, *Ut dominaretur*.

(5) Ed. Vat. v. 5. [illegible]. Vulg. *Quoniam ſervus tuus ſum ego, & filius*.

(6) Ed. Vat. v. 7. [illegible]. Vulg. *Tu elegiſti me Regem*.

Et (1) dixiſti ædificare Templum
in monte ſancto tuo,
Et in Civitate habitationis
tuæ aram,
Similitudinem tabernaculi ſancti
tui, quod præparaſti ab initio.
Et tecum ſapientia, quæ novit
opera tua,

*Hic ab Antiquario additur Crux ✠.

Quæ * & adfuit tunc, cum Orbem
terrarum faceres,
Et ſciebat, quid placitum eſſet
oculis tuis,
Et quid directum in præceptis tuis.
Mitte illam (2) de ſanctis Cælis tuis,
Et a ſede magnitudinis (3) tuæ
mitte illam,
Ut mecum ſit, & mecum laboret,
Et ſciam, quid acceptum ſit apud te:

* Codex, *intellegit*, Veterum more

Scit enim illa omnia, & * intelligit,
Et deducet me (4) in actibus meis
ſobriè,

* Lege, ſi placet: *Et cuſtodiet*.

Et * cuſtodiat me in potentiâ ſuâ.
Et erunt acceptæ operæ meæ,
Et diſponam populum tuum juſtè,
Et ero dignus ſedium patris mei.
Quis enim hominum poteſt
ſcire conſilium Dei?
Aut quis poterit cogitare,
quid velit Deus?
Cogitationes enim mortalium
timidæ,
Et incertæ providentiæ noſtræ.
Corruptibile (5) enim corpus,
Adgravat animam,
Et (6) deprimit terrena inhabitatio
ſenſum multa cogitantem.
Et difficulter æſtimamus,
quæ in terra ſunt:
Et quæ in proſpectu ſunt,
invenimus cum labore.
Quæ in cælis ſunt autem,
quis inveſtigabit?

* Lege, *ſcivit*, cum ponatur B. pro V.

Senſum autem tuum (7) quis * ſcibit,
niſi tu dederis ſapientiam,
Et miſeris Sanctum Spiritum tuum
de altiſſimis:

R. * Et correctæ ſunt ſemitæ eorum,
qui in terris ſunt,
Et quæ tibi placent, didicerint
(8) homines?
Et per ſapientiam ſalvati ſunt.
Hæc illum, qui primus finctus
eſt Pater Orbis terrarum,
Cum ſolus eſſet creatus, cuſtodivit.
Et eduxit illum * a delicto ſuo,
Et dedit illi virtutem
continendi omnia.
Ab hac ut receſſit injuſtus
in ira ſua,
Per iram homicidii fratris
deperiit. . . . .

* Hic in margine ab Antiquario additur R, quod *requi-re*, ſignificat. Nobilii editio legit, *Et ſic correctæ ſunt*.

* Sec. cur. *a dilecto ſuo*. Vulg. *a dilecto ſuo*. Vulg. & Nobilius, ut in textu.

Cap. XI. v. 26. & ſeq.

* Cod. *poſſit*, ponens I. pro E.

Quomodo autem * poſſet aliquid
permanere, niſi tu voluiſſes?
Aut quod a te vocatum non eſſet,
conſervaretur?
Parcis autem omnibus, quoniam
tua ſunt, Dominator,
qui animas amas.
Incorruptibilis (9) enim Spiritus tuus
eſt in omnibus.
Propter quod hos, qui exerrant,
partibus corripis:
Et de quibus peccant, (10) admonens
adloqueris,
Ut relictâ malitiâ, credant in te Domine:
Et illos enim antiquos inhabitatores
ſanctæ (11) tuæ terræ,
odiens;
Quoniam odibilia tibi opera
faciebant
Per maleficia, & ſacrificia injuſta,
Et (12) filiorum necatores
ſine miſericordia,
Et comeſtores viſcerum hominum,
(13) devorationem & ſanguinis
A medio ſacramento tuo.
Et auctores parentes animarum
inauxiliatarum,
voluiſti (14) perdere per manus
parentum noſtrorum,

exer-

(1) Ed. Vat. v. 8. εἶπας οἰκοδομῆσαι. & ita Edit. Lat. Nobil. Vulg. *dixiſti me ædificare*.
(2) Ed. Vat. v. 10. ἐξ ἁγίων οὐρανῶν. Vulg. *de Cælis ſanctis*.
(3) Ed. Vat. ibidem, σου πέμψον αὐτὴν, ἵνα & ita edit. Lat. Flam. Nobilii. Vulg. *tuæ, ut*, cæteria prætermiſſis.
(4) Ed. Vat. v. 11 ἐν ταῖς πράξεσί μου. Vulg. *in operibus meis*.
(5) Et ita S. Auguſtinus lib. 13. de Civit. Dei cap. 16. cum Ed. Vat. v. 15. φθαρτὸν γὰρ σῶμα. Vulg. habet, *Corpus enim, quod corrumpitur*.
(6) Ed. Vat. ibid καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν. Vulg. *Et terrena inhabitatio deprimit ſenſum*.
(7) Ed. Vat. v. 17. τίς ἔγνω. Vulg. *quis ſciet*.
(8) Ed. Vat. v. 18. ἄνθρωποι; καὶ τῇ σοφίᾳ ἐσώθησαν; cui concinit etiam S. Auguſt. lib. *de Singular. Clericorum*. Vulg. habet, *homines? nam per ſapientiam ſanati ſunt, quicumque placuerunt tibi, Domine, a principio*.
(9) Et ita Edit. Latina Flaminii Nobilii, & Ed. Vat. cap. 12. v. 1. Τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσι. Vulg. habet: *O quàm bonus & ſuavis eſt, Domine, ſpiritus tuus in omnibus?*
(10) Et ita Lucifer Calaritanus, *de Regib. Apoſtat.*
(11) Ed. Vat. v. 3. τῆς ἁγίας σου γῆς μισήσας. Vulg. *terræ ſanctæ tuæ, quos exhorruiſti*.
(12) Ed. Vat. v. 5. Τέκνων φονέας. Vulg. *filiorum ſuorum necatores*.
(13) Ed. Vat. ibid. θοῖναν, καὶ αἵματος. Vulg. *devoratores ſanguinis*.
(14) Ed. Vat. v. 6. ἐβουλήθης ἀπολέσαι. Vulg. *perdere voluiſti*.

Digitized by Google

Ut dignam accipiant peregrinationem puerorum Dei,
Quæ tibi omnium carior eſt terra.
Sed & his tanquam hominibus pepercisti,
Et miſiſti anteceſſores exercitui tui veſpas,
Ut illos paulatim exterminarent.
Non quia impotens eras in bello ſubicere impios juſtis,
Aut horrendis belvis,
Aut verbo duro ſimul exterminare:
Sed partibus judicans, dabas locum paenitentiae,
Non ignorans, quoniam * nequa eſt natio illorum,

* Lege, *nequam*, vel cum Nobilio, *iniqua.*

Et naturalis malitia ipſorum,
Et quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.
Semen enim erat maledictum ab initio:
Nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.
Quis enim dicet tibi: quid feciſti?
Aut quis in conſpectum tuum veniet vindex iniquorum hominum?
Aut quis ſtabit contra juditium tuum?
Aut quis tibi imputabit, ſi perierit.....

Reliqua deſunt.

Nonnulli Italæ Verſionis exſcriptores *Librum Sapientiæ* Jeſu filio Sirach attribuerunt. Id ex noſtro Cod. Veronen, liquet. Errori autem dediſſe videntur nonnulla *Libri Eccleſiaſtici* loca, quæ recitabo. Cap. 50 v.29. Eccleſiaſtici legitur: *Doctrinam Sapientiæ & diſciplinæ ſcripſit de Codice iſto Jeſus filius Sirach Hieroſolymita, qui renovavit Sapientiam in corde ſuo.* Item in Prologo, qui eidem *Eccleſiaſtico* præfigitur ab ipſius Jeſu nepote, hæc habentur: *Avus meus Jeſus, poſtquam ſe amplius dedit ad diligentiam lectionis Legis, & Prophetarum, & aliorum Librorum, qui nobis a parentibus noſtris traditi ſunt, voluit & ipſe ſcribere aliquid horum, quæ ad doctrinam & Sapientiam pertinent.* Hoc idem colligitur ex alio Prologo *Eccleſiaſtici*, exemplaribus Græcis præfixo, quem ex Bibliis Complutenſibus hic libet deſcribere: *Jeſus hic Sirach quidem fuit filius; nepos autem Jeſu ejuſdem nominis ſibi. Hic igitur in temporibus inferioribus fuit poſt captivitatem, & revocationem, & poſt Prophetas ferè omnes. Ergo avus ejus Jeſus, ſicut & ipſe teſtatur, laboriſque amator, fuit vir inter Hebræos & prudentiſſimus: quòd non ſolum aliorum, qui ante eum, prudentum virorum ſapienter dicta collegit, ſed & ipſe propria quædam dictavit, & multæ intellectionis & ſapientiæ plena. Poſtquam igitur Librum hunc primus Jeſus ferè collectum relinquens, ex hominibus abiit; Sirach hic poſt illum rurſus accipiens, domeſtico filio reliquit Jeſu, qui quidem eum amplectens in unam omnem concinnam conſtructionem collegit, Sapientiam, inquam, ſuo, & Patris, atque Avi nomine vocans.* Et paullò infra: *Sectator Salomonis hic Jeſus fuit, nihilo minus illo circa Sapientiam, & diſciplinam approbatus &c.* Locus S. Auguſtini in notis allegatus ex lib. 2. Retract. cap. 4. hic eſt: *In ſecundo ſanè libro* (De Doctrina Chriſtiana) *de Auctore Libri, quem plures vocant* SAPIENTIAM *Salomonis, quòd etiam ipſum, ſicut* ECCLESIASTICUM *Jeſu Sirach ſcripſerit, non ita conſtare, ſicut a me dictum eſt, poſtea didici; & omnino probabilius comperi, non eſſe hunc ejus Libri auctorem.* A veritate item aberravit Euſebius, qui in Chronico inquit: *Judæorum Pontifex Maximus Simon, Oniæ filius clarus habetur, ſub quo Jeſus filius Sirach,* SAPIENTIÆ *Librum componens, quem vocant* Panareton, *etiam Simonis in eo fecit mentionem.* Nam liber, qui πανάρετος dicebatur, fuit *Eccleſiaſticus*, ùt conſtat ex S. Hieronymo in Præfatione in libros Salomonis, qui ait: *Fertur & πανάρετος Jeſu filii Sirach liber, & alius* ψευδεπίγραφος, *qui* Sapientia Salomonis *inſcribitur: Quorum priorem, Hebraicum reperi; non* Eccleſiaſticum, *ùt apud Latinos, ſed* Parabolas *prænotatum, cui juncti erant Eccleſiaſtes, & Canticum Canticorum: ut ſimilitudinem Salomonis non ſolùm librorum numero, ſed etiam materiarum genere coæ-*

coæquaret. *Secundus apud Hebræos nuſquam eſt, quin & ipſe ſtylus græcam eloquentiam redolet: & nonnulli Scriptorum veterum, hunc eſſe Judæi Philonis aſſirmant*. Et in cap. 9. Comment. Danielis: *Poſt Oniam* (inquit) *præfuit Judæis Pontifex Eleazarus. Quo tempore LXX. Interpretes Sacras Scripturas Alexandriæ dicuntur in Græcum vertiſſe ſermonem. Poſt quem alter Onias, cui ſucceſſit Simon, quo regente populum, Jeſus filius Sirach ſcripſit librum, qui Græcè πανάρετος appellatur, & a pleriſque Salomonis falsò dicitur*. Librum *Sapientiæ* Divinum & Canonicum eſſe docet Eccleſia. Salomonem auctorem habere, cum S. Cypriano crediderim, qui libro de Mortalitate ait: *Sed & per Salomonem docet Spiritus Sanctus, eos, qui Deo placent, maturiùs iſthinc eximi, & citiùs liberari: ne dum in iſto mundo diutiùs immorantur, mundi contactibus polluantur*: & hoc probat ex illo Sap. 4. v. 11. & 14. *Raptus eſt*, inquit, *ne malitia mutaret intellectum illius. Placita enim erat Deo anima ejus: propter hoc properavit educere eum de medio iniquitatis*. Inſuper lib. 1. de exhortat. Martyrii cap. 1. ex iis, quæ leguntur in Sapientia Salomonis cap. 15. v. 15. 16. & 17. probat idola non eſſe deos; nec elementa vice deorum colenda eſſe ex cap. 13. v. 1. 2. & 3. Præterea lib. 2. teſtimoniorum adverſus Judæos cap. 14. *Quod Jeſus Chriſtus ſit juſtus, quem Judæi occiſuri eſſent*, probat ex Sapientia Salomonis cap. 2. v. 12. & ſeq. Origenes quoque lib. 7. in Epiſt. ad Rom. *Hoc* (inquit) *& Sapientia per Salomonem dicebat: quia corruptibile corpus aggravat animam, & deprimit terrena habitatio ſenſum multa cogitantem*; quod habetur Sapientiæ 9. v. 15. Demum Lactantius lib. 4. Inſtit. cap. 16. proferens teſtimonium ex hoc libro ait: *Et Salomon in libro Sapientiæ his verbis uſus eſt*. A quo ex Hebraica lingua fuerit in Latinum converſus Liber Sapientiæ, ſub judice lis eſt. Sed hæc de Inſcriptione *Libri Sapientiæ* ſint ſatis. Ut autem, erudite Chryſoſtome, alibi oſtendi in ſummo errore verſari pleroſque, qui ajunt, Pſalterio Vulgatæ Editionis puram putamque Italam contineri, non abſolutiſſimam illam ſecundam S. Hieronymi Tranſlationem, quam *Gallicanam* dicunt, quamque in Bethleemitico ſpecu, Paulæ & Euſtochii rogatu, ſanctiſſimus Doctor condidit, ac evulgavit; ita nunc ex prolato Veronenſis Bibliothecæ inſigni fragmento, quod eſt verborum græcorum maximè tenax cum perſpicuitate ſententiæ (ut conſtat ex ejuſdem comparatione factâ cum Vaticano Exemplari τῶν ο' in locis, in quibus diſcrepat a Vulgata) perſpectum Tibi erit, & cognitum, S. Hieronymum *Sapientiæ* quoque librum recenſuiſſe, ſed levi manu; ejuſque recenſionem in Vulgata hodierna obtinere. Id ipſum, ut auguror, conjecturâ omnibus perſuadebo & de reliquis Sacris Libris Italæ Verſionis, quos Canon Hebraicæ Veritatis ab Ezra conditus non agnoſcit; ſed Eccleſia Catholica a primis uſque temporibus in cenſum retulit Divinarum Scripturarum. Sunt namque & ipſi (de Vulgata Editione loquor) Baruch videlicet, Epiſtola Hieremiæ ad captivos, additiones ad calcem Heſter, 13. & 14. caput Danielis, Canticum trium Puerorum, Eccleſiaſticus, & primus & alter liber Machabæorum, a S. Hieronymo curſim ad græcam fidem exacti, & juxta Origenianum authographum emendati. Id novum fortè videbitur, ſed eſt veritate pleniſſimum. At ſpecimen characterum inſignis Cod. Veron. tuos ante oculos, prudens Chryſoſtome, jam tempus ſiſtendi eſt.

Cum

etincertaeprouidentiaenoſtrae
corruptibileenimcorpuſ
adgrauatanimam
etdeprimitterrenainhabitatio
ſenſummultacogitantem
etdifficilteraeſtimamuſ
quaeinterraſunt
etquaeinproſpectuſunt
inuenimuſcumlabore
quaeincaeliſſuntautem
quiſinueſtigabit
ſenſumautemtuumquiſſcibit
niſitudederiſſapientiam
etmiſeriſſanctumſpm̄ tuum
dealtiſſimiſ
ſ etcorrectaeſuntſemitaeeorū
quiinterriſſunt
etquaetibiplacentdidicerint
homineſ
etperſapientiamſaluatiſunt
haecillumquiprimuſfinctuſ
eſtpatreorbiſterrarum
cumſoluſeſſetcreatuſcuſtodiuit
eteduxitillumadelictoſuo
etdeditilliuirtutem
continendi omnia
abhacutreceſſitiniuſtuſ
iniraſua
periramhomicidiifraterniſ
deperiit

Cum multa in noſtræ Congregationis Oratorii Rom. Bibliothecâ a me inventa ſint, tum nihil certe præclarius, quàm quod Heſteræ Verſionem ante S. Hieronymum ex LXX. Interpretibus elaboratam me reperiſſe putaverim. Tam felix, fauſta, fortunataque detectio in cujuſdam fragmenti Vallicellani teſtimonio atque auctoritate verſatur: de quo apud te, mi Chryſoſtome, æqui bonique judicium eſto. Ego nunc, quod ſatis erit, ſapientiæ tuæ innuam & ſcribam, nempe Codicis noſtri Latinæ Verſioni Græcam mirificè ſuffragari; & nihil utrâque locorum varietate conjunctius. Hanc conjunctionem, hanc ſimilitudinem, hanc denique ſocietatem ex collatione ipſius fragmenti cognoſces, quod ad Græcam originem exactum eſt, in locis tantùm, quæ abeunt a Vulgata. Te fortaſſe tædebit Epiſtolæ longioris; me etiam pudet. Sed cum tam nova, tam utilis Libri Heſter, ex LXX. ante Hieronymum Latio donati, cognitio, Codici Vallicellano fere unicè innixa creditaque videatur, eam Tuæ aliorumque Eruditorum Virorum ſapientiæ præſidio nudare nolui, ſed contrà armare. Verùm monumentum ipſum exhibeamus.

Ex Codice Vallicellano ſignato B numero VII. [Pag. 183.] qui ſcriptus videtur ante duodecimũ ſæculum.

* Lege: menſe.

* *Incipit Tranſlatio Libri Heſter juxta LXX. Interpretes.*

ANno II. regnante Artarxerſe (2) Rege magno, (3) prima menſe *, qui eſt Xandici, viſum vidit (4) Mardocheus, qui fuit Jarim, qui Semei, qui (5) Chiſſæus, ex tribu Beniamin; (7) Homo magnus, curans in aula Regis: & erat (8) ex captivitate, quam adduxit Nabucodonoſor Rex cum Jechonia Rege (11) Judææ. Et hoc erat ipſius viſum: (12) Ecce voces, & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio magna ſuper terram. Et ecce duo Dracones magni (15) parati, prodierunt uterque luctari; & facta eſt illorum magna pugna, & dominabantur, & populus adunabatur die tenebroſo & malo: Et ſtrepitus magnus in his, qui ſunt ſuper terram: & timuerunt perditionem, & clamaverunt ad Dominum; Et à voce clamoris eorum factus eſt ſonitus, & fons unus, & ex fonte illo exiit flumen magnum aqua multa, & lux Solis eluxit,

Collatio Codicis Vallicellani cum Editione Sixtinâ τῶν ο', & Vulgatâ.

Edit. Vatic. Cap. I. Lineâ 2. τȣ̃ μεγάλȣ βασιλέως. Vulg. capite XI. ver. 2. *maximo.*

L. 3. Vatic. τῇ μιᾷ τȣ̃ Νισὰν. Vulg. v. 2. *prima dies menſis Niſan.* A. ὁ ἐςι δύςρος ξανθικός.

L. 4. Vatic. Μαρδοχαῖος ὁ τȣ̃ Ἰαΐρου. Vulg. v. 2. *Mardochæus filius Jairi.*

L. 5. Gr. Vatic. τȣ̃ Κισαίȣ. Vulg. v. 2. *Cis.*

L. 7. Vatic. ἄνθρωπος μέγας θεραπεύων ἐν τῇ αὐλῇ τȣ̃ βασιλέως. Vulg. v. 3. *vir magnus & inter primos Aulæ Regiæ.*

L. 8. Vatic. ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, ἧς ᾐχμαλώτευσε. Vulg. v. 4. *de eo numero captivorum quos tranſtulerat.*

L. 11. Vatic. τῆς ἰȣδαίας. Vulg. v. 4. *Juda.*

L. 12. Vatic. ἰδοὺ φωναί. Vulg. v. 5. *apparuerunt voces.*

L. 15. Vatic. ἕτοιμοι προῆλθον ἀμφότεροι παλαίειν. Vulg. v. 6. *paratique contra ſe in prælium.*

xit, & humiles exaltati ſunt, & comederunt glorioſos: (28) & ſurrexit Mardocheus viſo ſomnio, & dixit: Quid Deus cogitat facere? Et erat viſum occultum in ſenſu ejus, donec revelaretur. Et factum eſt in diebus (1) Artarxerſis Regis. Ipſe eſt regnans Rex in Aſia uſque Æthiopiam centum viginti ſeptem (1) Regionibus. In (2) illis diebus, quando ſedit Rex Artarxerſes in tribunali Regni ſui, quod erat in Suſis Tebari, in anno duodecimo Regni ſui, fecit potum his, qui erant inventi in Suſis Tebari in Aula. Erant enim ſtrata ſtragula Regis diſperna, & * carpoſina, & ſachinna organa extenta funibus carpaſinis, & purpureis ſubrotatis, columnæ variæ viperninæ, lecti aurei & argentei ſuper lapidem marmorati ſtrati, & pictura varia, & vinum multum & ſuave, de quo ipſe Rex bibebat. Et præcepit actoribus domûs nemini vim fieri, ſed facere ſecundùm voluntatem recumbentium ad jocunditatem, ut biberent ſecundùm legem. Et Vaſtis Regina fecit potum magnum mulieribus in Regno Artarxerſis. Die autem ſeptimo jocundus factus eſt Artarxerſis Rex: & juſſit Maoſinan, Arbona, Abathan, Azatai, Cedes, Tharas, & Tharecta, ſeptem ſpadonibus, qui miniſtrabant in conſpectu ejus, (11) ut inducerent ad ſe Reginam, ut regnaret & ipſa, & imponeret illi diadema, & demonſtraret eam omnibus Principibus, & (11) Gentibus, ut videretur ſpecies ejus, quoniam formoſa erat. Et non obedivit Regina venire cum eis. Et (12) contriſtatus eſt Rex, & iratus eſt valde, & (13) dixit

Cap. I. Editionis Sixtinæ hic incipit verſibus, numeriſque diſtingui.

* Lege carpaſina

L.28. Vatic. καὶ διεγερθεὶς Μαρδοχαῖος ὁ ἑωρακὼς τὸ ἐνύπνιον. Vulg. 12. *quod cum vidiſſet Mardochæus, & ſurrexiſſet de ſtrato.*

Item Cap. I. V.1. Vatic. Ἀρταξέρξου. Vulg. cap. 1. v. 1. *Aſſueri.*

Item V. 1. Vatic. χωρῶν. Vulg. v. 1. *provincias.*

V.2. Vatic. ἐν αὐταῖς ἡμέραις ὅτε ἐθρονίσθη βασιλεὺς Ἀρταξέρξης. Vulg. v. 2. *quando ſedit.*

V.11. Vatic. εἰσαγαγεῖν τὴν βασίλισσαν πρὸς αὐτὸν, βασιλεύειν αὐτὴν καὶ περιθεῖναι αὐτῇ τὸ διάδημα. Vulg. *ut introducerent Reginam Vaſthi poſito ſuper caput ejus diademate.*

Item V.11. Vatic. τοῖς ἔθνεσι. Vulg. *populis.*

V.12. Vatic. καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεὺς καὶ ὠργίσθη. Vulg. *unde iratus Rex & nimio furore ſuccenſus.*

V. 13. Vatic. καὶ εἶπε τοῖς φίλοις αὐτοῦ κατὰ ταῦτα ἐλάλησεν Ἀστὶν, ποιήσατε οὖν περὶ τούτου νόμον καὶ κρίσιν καὶ προσῆλθεν αὐτῷ. Vulg. uſque ad verſic. 15. mirè diſcrepat tam à Cod. Vatic. quàm a Vallicellano.

xit amicis ſuis ſecundùm hæc, quæ locuta eſt Vaſtis;
Dixit autem omnibus Principibus legem, & judicium:
& acceſſerunt ad eum Mardocheus, Soratheas, Pabatha-
leus, Malcſar, & Mucheas Princeps Perſarum, & Me-
dorum, qui proximi erant Regi adſedentes ei. (15) Et
reſponderunt ſecundùm legem, quemadmodum opor-
teret fieri Reginæ; quoniam non obedivit his, quæ a
Rege dicta erant per ſpadones. (16) Et dixit Micheus ad
Regem & ad Principes: non ſolùm Regi nocuit Vaſtis
Regina, ſed etiam* Principes Regis, & * Gentes Regni Ar-
tarxerſis. Audita eſt autem contumelia Regis ab omni-
bus mulieribus, quæ *contemnerent Viros ſuos. Ecce enim
Regina neglexit, & contempſit: quomodo non èt pri-
mæ mulieres Perſarum, & Medorum negligent, & con-
tumeliam facient Viris ſuis; aut quomodo non infa-
miam *tradentur adverſus Regem, his, qui extra Re-
gnum ſunt? Si ergo placet tibi, maxime Rex, & opti-
mum eſt ſenſui tuo, jubeat Rex, & ſcribatur ſecundùm
legem Perſarum, & Medorum de malitia Vaſtis Reginæ;
quomodo abuſa eſt te, quoniam non introiit ad Regem
Artarxerſem (19): & Regnum ejus tradat Rex mulieri me-
liori, quàm illa eſt. (20) Et cum auditum fuerit verbum
Regis, quod fecit in Regno ſuo, quoniam verum eſt;
(20) omnes mulieres ponent honorem viris ſuis, à pau-
peribus, uſque honeſtas. (21) Et placuit verbum Regi, &
Principibus: & fecit Rex ſecundùm ea, quæ locutus eſt
Micheus

Hic locus mendis ſcatet.

V. 15. Vatic. καὶ ἀπήγγειλαν κατὰ τοὺς νόμους, ὡς δεῖ ποιῆσαι Ἀςὶν βασιλίσσῃ.

V. 16. Vatic. καὶ εἶπεν ὁ Μυχαῖος πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς ἄρχοντας. Vulg. *reſponditque Mamuchan, audiente Rege, atque principibus.*

V. 19. Vatic. καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῆς δότω ὁ βασιλεὺς γυναικὶ κρείττονι αὐτῆς. Vulg. *ſed Regnum illius altera, quæ melior eſt illa, accipiat.*

V. 20. Vatic. καὶ ἀκουσθήτω ὁ νόμος (Alex. & Or. ὁ λόγος.) Item Alex. τοῦ βασιλέως, ὃν ἂν ποιῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ ἑαυτοῦ ὅτι ἀληθῶς.

Item V. 20. Vatic. πᾶσαι γυναῖκες περιθήσουσι τιμὴν τοῖς ἀνδράσιν ἑαυτῶν ἀπὸ πτωχοῦ ἕως πλουσίου. Vulg. *cunctæ uxores tam majorum, quàm minorum deferant honorem viris ſuis.*

V. 21. Vatic. καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄρχουσι, καὶ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς καθὰ ἐλάλησεν ὁ Μυχαῖος. Vulg. *placuit conſilium ejus Regi, & principibus, fecitque Rex juxta conſilium Mamuchan.*

Micheus : (22) & miſit Rex litteras in omne Regnum ſuum per ſingulas quaſque Regiones, ſecundùm interpretationes eorum, ut eſſet unuſquiſque Princeps in Domo ſua : & fuit timor magnus in omni muliere. Et poſt verba ſua requievit Rex ab ira ſua, & commemoratus eſt, quæ fecit Vaſtes, & quemadmodum reſpondit. Et ut requievit Rex ab ira, dixerunt illi amici ejus; quærantur Virgines elegantes ſpecie : & * ſtatuit Rex ſpeculatores in omni Regione Regni, & eligantur Virgines, & adducantur in SuſisTebari in conventu mulierum, & dentur ei nitores; & quæ placuerit Regi, regnet pro Vaſti. Et placuit Regi verbum, & (4) fecit ſic. Et (5) erat homo Judæus in Suſis Tebari, (5) & nomen ei Mardocheus, qui Chis, ex (5) tribu Beniamin, ex captivitate Jeruſalem, (6) quam cœperat Nabucodonoſor Rex Babyloniæ: & erat illi filia fratris Patris ſui, & nutrierat eam Mardocheus ſibi in filiam; quoniam erat orphana : (7) erat autem hæc puella ſpecioſa effigie; & quando obierunt Pater ejus, & Mater, nutrivit eam Mardocheus ſibi in filiam : & nomen ejus Heſter. Et quando audita ſunt verba Regis, annuntiatæ ſunt Virgines multæ, quæ in Suſis erant * Civitate ſub manibus Oggei. Et apprehenſa eſt Heſter ab Oggeo Cuſtode mulierum, & invenit Heſter gratiam (9) ante eum, & feſtinavit ad omnes nitores ejus. Et ſeptem puellæ conſtitutæ de Domo ejus, ætatis ipſius. In conſpectu mulie-

ffff rum

* Leg. ſtatuat.

Cap. II.

* Col. civitatem.

V.22. Vatic. καὶ ἀπέστειλεν εἰς πᾶσαν τὴν βασιλείαν καθὰ χώραν κατὰ τὴν λέξιν αὐτῶν ὥστε εἶναι φόβον αὐτοῖς ἐν ταῖς οἰκίαις αὐτῶν, καὶ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ἐκόπασεν ὁ βασιλεὺς τοῦ θυμοῦ. Vulg. *& miſit epiſtolas ad univerſas provincias Regni ſui, ut quæque gens audire & legere poterat diverſis linguis & literis eſſe viros principes ac majores in domibus ſuis, & hoc per cunctos populos divulgari. His ita geſtis poſtquam Regis Aſſueri indignatio deferbuerat.*

Cap. II. V. 4. Vatic. καὶ ἐποίησεν οὕτως. Vulg. *& ita, ut ſuggeſſerant, juſſit fieri.*

V. 5. Vatic. καὶ ἄνθρωπος ἦν. Vulg. *erat vir.*

Item V. 5. Vatic. καὶ ὄνομα αὐτοῦ Μαρδοχαῖος. Vulg. *vocabulo Mardochæus.*

Item V. 5. Vatic. ἐκ φυλῆς Βενιαμίν. Vulg. *ex ſtirpe Jemini.*

V. 6. Vatic. ἣν ᾐχμαλώτευσε Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος. Vulg. *quo Jechoniam Regem Juda Nabuchodonoſor Rex Babylonis tranſtulerat.*

V. 7. Vatic. καὶ ἦν τὸ κοράσιον καλὸν τῷ εἴδει. Vulg. *pulchra nimis & decora facie.*

V. 9. Vatic. ἐνώπιον αὐτοῦ. Vulg. *in conſpectu illius.*

Item V. 9. Vatic. καὶ ἔσπευσε. Vulg. *& præcepit Eunucho, ut accelleraret.*

rum; (10) & non oſtendit Heſter genus ſuum, nec Patriam, quoniam Mardocheus præceperat (10) ne renuntiaret. Et (11) quotidianis diebus Mardocheus circuibat in atrium muliebre, ſpeculans Heſter quid eveniret ei, & quando eſſet tempus, ut introiret ad Regem. (12) Quando autem adimpletum eſt tempus puellæ menſes duodecim, ſic enim replebantur dies curationis, menſes ſex in aromatis & nitoribus mulierum, & menſes ſex in oleo ex myrneo, & (13) tunc introibat ad Regem. Et cum introiret de atrio muliebri in Domum Regis * hac die una, recurrebat in atrium muliebre ſecundo die; non enim habebat ſpado poteſtatem in atrio ducendi, ſi non vocaretur ſecundum nomen. Cum (15) autem expletum eſſet tempus introeundi Heſter filia Abihel fratris Patris Mardochei, qui nutrierat eam ſibi in filiam, factum eſt ut introiret ad Regem, & nihil poſtulavit ab eo, ex quibus dicebat ei ſpado. Erat (15) autem Heſter inveniens gratiam ab omnibus, qui intuebantur eam. Et introducta eſt Heſter ad Regem (16) duodecimo menſe, qui eſt Adar, menſe ſeptimo Regni ejus: & (17) amavit Heſter Rex, &

Emendet fœlicior aliquis. * Codex, &c.

inve-

V. 10. καὶ οὐχ ὑπέδειξεν Ἐσθὴρ τὸ γένος αὐτῆς, οὐδὲ τὴν πατρίδα. Vulg. *quæ noluit indicare ei populum & patriam ſuam.*

Item V. 10. Vatic. μὴ ἀπαγγεῖλαι (in notis 37. Ald. C. ἀναγγεῖλαι) Vulg. *ut de hac re omnino reticeret.*

V. 11. Vatic. καθ᾽ ἑκάστην δὲ ἡμέραν περιεπάτει ὁ Μαρδοχαῖος κατὰ τὴν αὐλὴν τὴν γυναικείαν, ἐπισκοπῶν τί Ἐσθὴρ συμβήσεται. Vulg. *qui deambulabat quotidie ante veſtibulum domus, in qua electæ Virgines ſervabantur, curam agens ſalutis Eſther, & ſcire volens quid ei accideret.*

V. 12. Vatic. ὅταν ἀναπληρώσῃ μῆνας δεκαδύο· οὕτως γὰρ ἀναπληροῦνται αἱ ἡμέραι τῆς θεραπείας, μῆνας ἕξ. Vulg. *menſis duodecimus vertebatur, ita dumtaxat, ut ſex menſibus.*

V. 13. Vatic. καὶ τότε εἰσπορεύεται πρὸς τὸν βασιλέα. Vulg. *ingredienteſque ad Regem.*

V. 15. Vatic. ἐν τῷ ἀναπληροῦσθαι τὸν χρόνον. Vulg. *evoluto autem tempore.*

Item V. 15. Vatic. in notis 60. Alex. ὧν αὐτῇ ἔλεγεν ὁ εὐνοῦχος. Vulg. *ſed quæcumque voluit Egeus Eunuchus cuſtos virginum.*

Item V. 15. Vatic. ἦν γὰρ Ἐσθὴρ εὑρίσκουσα χάριν παρὰ πάντων τῶν βλεπόντων αὐτήν. Vulg. *Erat enim formoſa valde & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratioſa & amabilis videbatur.*

V. 16. Vatic. τῷ δωδεκάτῳ μηνί, ὅς ἐστιν Ἀδάρ. Vulg. *menſe decimo, qui vocatur Tebeth.*

V. 17. Vatic. καὶ ἠράσθη ὁ βασιλεὺς Ἐσθήρ, καὶ εὗρε χάριν παρὰ πάσας τὰς παρθένους, καὶ ἐπέθηκεν. Vulg. *Et adamavit eam Rex pluſquam omnes mulieres habuitque gratiam & miſericordiam coram eo ſuper omnes mulieres & poſuit.* In notis 66. Or. ∴ καὶ ἐβασίλευσεν αὐτὴν ἀντὶ Οὐασθεί.

invenit gratiam in conſpectu ejus præ omnibus Virginibus, & impoſuit ei diadema, & Reginam fecit eam pro Vaſti. Et [18] fecit Rex convivium omnibus amicis ſuis, & omni virtuti ſuæ ad nuptias Heſter; & [18] remiſſionem fecit omnibus Regionibus. Mardocheus autem ſedebat in atrio Regis. Heſter [20] verò non indicavit genus ſuum, neque patriam, ſecundùm quod præceperat ei Mardocheus, cùm eſſet cum illo: & juſſit illi, ut omnia ſervaret, ac ſi eſſet cum eo, & timeret Dominum in omni die. In diebus illis Mardocheus ſedebat in aula Regis: et poſt hæc quæſierunt Baſtageus & Redeſtes duo ſpadones Regis, qui ſervabant atrium, interficere Regem. Et [21] cognitum eſt negotium Mardocheo; et oſtendit Mardocheus Heſter; et [22] Heſter demonſtravit Regi in nomine Mardochei, & inquiſivit negotium, et inventum eſt ſic.

Mox ſequitur in eodem Codice integer liber Heſter ſecundùm Vulgatam Editionem, cum prologo S. Hieronymi.

V. 18. Vatic. καὶ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς πότον πᾶσι τοῖς φίλοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς δυνάμεσιν. Vulg. *& juſſit convivium præparari permagnificum cunctis principibus, & ſervis ſuis.*

Item V. 18. Vatic. καὶ ἄφεσιν ἐποίησε. Vulg. *& dedit requiem.*

V. 20. Vatic. ἡ δὲ Ἐσθὴρ οὐχ ὑπέδειξε τὴν πατρίδα αὐτῆς. οὕτως γὰρ ἐνετείλατο αὐτῇ Μαρδοχαῖος φοβεῖσθαι τὸν θεὸν καὶ ποιεῖν τὰ προστάγματα αὐτοῦ, καθὼς ἦν μετ᾽ αὐτοῦ. Vulg. *nec dum prodiderat Eſther patriam & populum ſuum, juxta mandatum ejus. Quidquid enim ille præcipiebat, obſervabat Eſther, & ita cuncta faciebat, ùt eo tempore ſolita erat, quo eam parvulam nutriebat.*

V. 22. Vatic. καὶ ἐδηλώθη Μαρδοχαίῳ ὁ λόγος καὶ ἐσήμανεν. Vulg. *quod Mardochæum non latuit; ſtatimque nuntiavit.*

Item V. 22. Vatic. καὶ αὐτὴ ἐνεφάνισε τῷ βασιλεῖ. Vulg. *& illa Regi.*

S. Hieronymus in Præf. in librum Eſther ex Hebræo converſum, hæc ait: „ Librum Eſther variis Tranſlatoribus conſtat eſſe vitiatum, quem ego de archivis Hebræorum relevans, verbum è verbo preſſius tranſtuli. Quem librum Editio Vulgata laciniosis hinc inde verborum ſinibus trahit; addens ea, quæ ex tempore dici poterant, & audiri, ſicut ſolitum eſt ſcholaribus diſciplinis, ſumto themate, excogitare, quibus verbis uti potuit, qui injuriam paſſus eſt &c. „ Quàm laciniosis ſinibus traheretur liber Eſther in Exemplaribus Veteris Vulgatæ Latinæ, edocet Cl. Martianæus in Præf. in hunc librum ope Ms. libri San-Germanenſis ſignati n. 7. quem Editionem Vulgatam uſu receptam ante Hieronymum complecti putat. Tot enim [inquit], tantaque ibi addita leguntur, quæ extempore dici poterant & audiri, ut vix ea conjecturis aſſequi potuiſſemus, niſi adhuc ſcripta nobis ſupereſſent in prædicto antiquo monumento San-Germanenſi. Quis nam-

que

quæ credidiſset pro unico verſiculo quinto Capitis XIV. iſta ab auctore ejus editionis Veteris Latinæ fuiſse ſubjecta? *Ego audivi in libris paternis meis, Domine, quoniam Noe in aquis diluvii conſervaſti: ego audivi in libris paternis meis, Domine, quoniam tu Abraa in trecentis & decem octo viris, novem Reges tradidiſti: ego audivi in libris paternis meis, Domine, quoniam tu Jonam de ventre ceti liberaſti: ego audivi in libris paternis meis, Domine, quoniam tu Ananiam, Azariam, Miſael de camino ignis liberaſti: ego audivi in libris paternis meis, Domine, quoniam tu Daniel de lacu leonum eruiſti: ego audivi in libris paternis meis, Domine, quoniam tu Ezechiæ Regi Judæorum morte damnato, & oranti pro vita, miſertus es, & donaſti ei vitæ annos quindecim: ego audivi in libris paternis meis, Domine, quoniam tu Annæ petenti in deſiderio animæ filii generationem donaſti: ego audivi in libris paternis meis, Domine, quoniam tu complacentes tibi liberas, Domine, uſque in finem &c.* Multa alia occurrunt in hac Editione Vulgata, quæ fidem faciunt Hieronymi verbis; quod quidem fatebuntur ſtudioſi quique viri, ſi eam perlegerint in Appendice noſtra Divinæ Bibliothecæ Veteris Inſtrumenti. ,, Hæc Martianæus: qui poſtquam edere ſtatuit in Appendice ſecunda,

Librum Tobi.
Librum Judith.
Librum Ediſſæ, qui dicitur Heſther.
Librum Pſalmorum.
Et Cantica quædam Scripturæ Sacræ.

,, Ante Hieronymum ad Græcorum co-
,, dices latinitate donatos, nunc verò
,, primùm editos ad fidem Latinorum
,, plurimorum Manuſcriptorum veterum,
,, & optimæ notæ. ,,

demum mutato conſilio de eadem Appendice omiſsâ iſta præfatur. ,, Appendi-
,, cem ſacrorum aliquot Voluminum juxta Veterem Vulgatam, uſu receptam
,, ante Hieronymum, hoc loco edendam ſtatueramus. Sed cum operi manus
,, jamjam accederet, tantam inter Mss. Codices hujus Verſionis Latinæ depræ-
,, hendimus diſsonantiam, ut impoſſibile eſset vel ſolas variantes horum Codi-
,, cum lectiones adnotaſse, niſi maximo temporis intervallo. Quare ne in ſe-
,, quentem annum differretur editio hujus Divinæ Bibliothecæ, Appendicem
,, prædictam latiori Operi, & majori otio reſervavimus. ,, Verùm illam Veterem &

Italam *libri Eſther* Latinam Verſionem, quæ, a primis orta temporibus, in nonnullis vetuſtis codicibus adhuc permanſit, eruditiſſimus Martianæus, ſive propter magnitudinem rerum, occupationemque Hieronymianæ editionis, ſive etiam quòd Hebræi textûs patronis eam probari poſſe non arbitrabatur, cum Cl. Domno Auguſtino Calmet perhumaniter communicavit; ſicuti, dum hæc ſcribo, cognovi ex ipſius Calmet Prolegomeno in librum Eſther pag. 462. Editionis Lucenſis, in quo hæc literis conſignantur: ,, Vetus Latina Verſio S. Hieronymo
,, vetuſtior, cujus P. Martianæus Exemplar Manuſcriptum ex vetuſtiſſimo Codi-
,, ce S. Germani Pratenſis derivatur, nobis communicavit, plurimùm & ab He-
,, bræo, & a Verſionibus Græcis abhorret. Variantia in eâ plurima, tum & ad-
,, dita, atque detracta quædam non levis momenti. Sæpe illam laudavimus ſub
,, nomine Veteris Vulgatæ, ſeu Veteris Latinæ, ſive Italicæ Verſionis. Plures ſane
,, ferebantur in Eccleſia Latinæ Verſiones, non minus quàm noſtræ ætatis Græcæ,
,, inter ſe diſcrepantes. Porro hæc Latina Verſio, de qua modò, mirâ interdum
,, barbarie, & obſcuritate horret. Ita ibidem ſecundum Artaxerſis edictum
,, ægerrimè Lector aſſequatur. ,,

Verſio Græca hujus libri [ut idem paulo ſuperius obſervat] ſatis ab Hebræo diſcrepat, ex qua plurimæ additiones in Veterem Vulgatam ante S. Hieronymum derivatæ ſunt, ac deinde in noſtris Editionibus Latinis, etiam poſt Verſionem S. Doctoris manſerunt; quamquam rejectæ ad calcem libri, & e reliquo textu, qui ex Hebræo adhornatus eſt, avulſæ. Porro ejuſmodi additiones Græ-

cus

cus variis in locis habet: exempli gratiâ, in fronte primi Capitis (1) ſomnium Mardochæi, & produta conſpiratio duorum Eunuchorum leguntur (2): & Capite tertio poſt verſ. 13. (3) legitur Epiſtola Aſſueri, pro delendis in universâ Aſſueri ditione Judæis data: Capite quarto, poſt verſum 17. (4) Oratio Mardochæi, ac deinde Eſtheris pro ſalute univerſæ Gentis Judaicæ a Deo impetranda (5): Capite 4. poſt verſ. 8. legitur parva quædam additio, inſerta in caput XV. v. 2. & 3. noſtræ Vulgatæ: Græcus cap. V. (6) ubi ingreſſum Eſtheris ad Aſſuerum narrat, ſatis diſcrepat, tum ab Hebræi, tum a Vulgatæ narratione. In nonnullis Græcis Exemplaribus capite VI. poſt v. 10. quædam leguntur, fruſtra quærenda in Hebræo, & in noſtrâ Vulgatâ, vel in fragmentis, ad calcem ejus libri in eadem Vulgatâ; quin & deſunt in Editione Græca Complutenſi. Edictum Regis pro Judæis legitur Capite VIII. (7) poſt v. 12. Capite X. v. 3. uſque ad exitum capitis, (8) legitur interpretatio ſomnii, quod Mardochæo per quietem contigit, & Inſtitutio Feſti Purim. Denique ibidem annus adſcribitur, quo Verſio Græca ejus libri Jeroſolimâ in Ægyptum delata eſt (9). Fuſius hæc adnotavimus, ut, ſi libuerit, conferantur inter ſe additiones ex Græco, & Veteri Vulgata, cum texto Latino, & ad ſuum ſingulæ locum revocari poſſint, ut de variis ejus hiſtoriæ narrationibus, earumque connexione judicium feratur. Verſiones etiam Græcæ inter ſe non penitus conſentiunt. Editio Romana, (ad quam Codicis Vallicellani fragmentum exegimus, ubi ipſum diſcrepat a Vulgata) & ea, quam Uſſerius nobis procuravit, *obelis & aſteriſcis* Origenis notata, ſatis inter ſe conveniunt: fuſiores tamen ſunt, quàm alia Verſio Græca, ab eodem Uſſerio è regione Origenianæ edita. Editio Complutenſis minus abeſt a Romana.

Codex San-Germanenſis, quem Calmet allegat quandoque in ſuo Commentario literali in librum Eſther, ſecundùm Italam Verſionem eſſe mihi quoque videtur. Erunt fortè qui id negent. Defendat quod quiſque ſentit: ſunt enim judicia libera. Ego inſtitutum tenebo meum, & Hieronymianæ Verſionis legibus adſtrictus, quid ſit veriſſimum, ſtudioſè requiram. Quod ergo non tantùm conjecturâ probabile ſit, ſed certis etiam quibuſdam veſtigiis indicetur, Antiquam Latinam Italam libri Eſtheræ Verſionem a Sancto Doctore Hieronymo fuiſſe ad Origenianum Exemplar Septuaginta Seniorum alicubi exactam & emendatam, pars ejuſdem Eſther non modica ita correcta, quæ in oculis omnium eſt, atque in Vulgatæ lumine collocata, ſatis apertè monſtrabit. Id autem, ut quiſque faciliùs poſſit judicare, ipſius Hieronymi teſtimonia videntur ad hunc locum eſſe revocanda. Scribit igitur cap. X. libri Eſther ex Hebræo latinè converſi: *Quæ habentur in Hebræo, plena fide expreſſi. Hæc autem, quæ ſequuntur* (vide verſu 2. ejuſdem capitis), *ſcripta reperi in Editione Vulgata, quæ Græcorum lingua & literis continetur, & interim poſt finem libri hoc capitulum ferebatur: quod juxta conſuetudinem noſtram obelo ÷ ideſt veru prænotavimus*. Cap. XI. v. 1. *Hoc quoque principium erat in Editione Vulgata*, (cujus ordinem, rationemque Codicem Vallicellanum mirificè ſequi gaudeo) *quod, nec in Hebræo, nec apud ullum fertur Interpretum*. Cap. XII. v. 6. *Huc uſque* (ſunt ejus verba) *Proemium. Quæ ſequuntur, in eo loco poſita erant, ubi ſcriptum eſt in volumine*:

Et diripuerunt bona, vel ſubſtantias eorum.

quæ in ſola Vulgata Editione reperimus. Et Capite XIII. v. 7. *Huc uſque exemplar Epiſtolæ. Quæ ſequuntur, poſt eum locum ſcripta reperi, ubi legitur*:

Pergenſque Mardochæus, fecit omnia, quæ ei mandaverat Eſther.

gggg nec

(1) *Vide in Vulgata cap. XI. v. 2. &c.* (2) *Vulgata cap. XII. v. 3. &c.* (3) *Vulg. cap. XIII. v. 17.* (4) *Vulg. cap. XIII. v. 8. &c.* (5) *Vulg. cap. XIV. per totum.* (6) *Convenit omnino cum cap. XV. v. 4. &c. noſtræ Vulgatæ.* (7) *Vide Vulgatam capite XVI.* (8) *Vide eamdem Vulgatam cap. X. v. 4. &c.* (9) *Vulg. capite XI. v. 1.*

nec tamen habentur in Hebræo, & apud nullum penitus feruntur Interpretum. Item Cap. XV. v. 1. 2. & 3. *Hæc quoque addita reperi in Editione Vulgata.* Et verſu 4. *Necnon & iſta, quæ ſubdita ſunt.* Demum cap XVI. refert: *Exemplar Epiſtolæ Regis Artaxerſis, quam pro Judæis ad totas Regni ſui Provincias miſit: quod* (inquit) *& ipſum in Hebraico Volumine non habetur.* Igitur quæ leguntur in Vulgata a verſu 4. capitis decimi uſque ad finem libri Eſther, Veteris quidem ſunt Italæ Verſionis fragmenta, ſed a S. Hieronymo ad LXX. Interpretum fidem exacta, & ſingulis verſibus, (quia deſunt in Hebræo) obelorum jaculis prænotata. Id facilè, mi Chryſoſtome, poteris judicare; quia duo Mss. libri, ex quibus judicium fieri poteſt, ad noſtram ætatem pervenerunt, qui Antiquam illam Vulgatam ſeu Italam Verſionem repræſentant cum lacinioſis finibus ac omnibus nævis ſuis, ut in antiquis inemendatis Codicibus ferebatur ante Hieronymum. Sunt autem (aliorum enim exempla non conſtant) San-Germanenſis, & Vallicellanus, ambo *ex Verſione LXX. Seniorum exorti*, licèt ambo non ubique concordes, quoniam ex ſinu τῶν ο', tanquam ex equo Trojano innumeræ Translationes exierunt. Multa ſimilia tamen habet uterque illorum, quod fruſtra in Vulgata requires, ſi eam cum alterutro Ms. libro contuleris, aut cum Edit. LXX. non Hexaplari; cujus ita clara judicia & certa ſunt, ut in Codice Vallicellano verbum verbo quandoque reddatur: &, ſi poſtules fidi interpretis tenacitatem, non videam, quid quæras amplius. Quare, qui librum Eſther (ſaltem ex parte) a Hieronymo correctum negat, is veritati palam adverſatur, viſumque tollit è literis. Tu verò (quoniam ego hujus ſententiæ auctor & princeps ſum) ut maneas in perſpicuis firmius & conſtantius, Origenianos fontes adito, atque unà ſimul illos non Hexaplares in gemina Editione Uſſerii Armachani; nec ab his, qui (ſunt autem penè innumeri, atque etiam clari nominis gloriâ reverendi) ante Italæ adinventionem de Translatione S. Hieronymi ex LXX. contraria loquuti ſunt, quaſi præſtigiis quibuſdam, & captionibus depellaris.

Codex Vallicellanus, poſt recitatum Eſtheræ librum juxta LXX. exhibet eumdem etiam ſecundùm Verſionem S. Hieronymi ex Hebræo, cum Præfatione & Titulis ſive Capitulis, qui ſunt numero 23. Incipiunt:

I. De Regno Aſſueri: & de convivio ejus.

Deſinunt: *XXIII. Exemplar Epiſtolæ Regis ad omnem orbem Terrarum.*

Mox: *Incipit liber Heſter.*

„ In diebus Aſſueri Regis, qui regnavit ab India, uſque Æthiopiam. „

Sed de libro Eſther, & de ejuſdem emendatione Hieronymiana juxta LXX. Interpretes hactenus. Si quis enim ea, quæ ſcripta ſunt, negare volet, facilè etiam, me ſilente, veritas ſe ipſa defendet. Hac ſatis cognitâ, nunc de libro Baruch [quoniam latus campus eſt] non pauca dicamus. Jam paulo ante jacta ſunt fundamenta hujuſce quæſtionis: nam cum Verſionem S. Hieronymi, quæ eſt ex LXX. explicabam, ſimul illud aperui, ex Codicibus comprehendi & percipi poſſe, quòd inter Antiquam Italam, & Vulgatam Baruchi Verſionem maximè interſit; ac proinde, quòd Vulgata Hieronymianam LXX. Seniorum, non autem puram putamque Italicam Verſionem repræſentet. Id cuique occurret, & primo quaſi aſpectu probabile videbitur, ſi ego Baruch juxta Veterem Editionem ex LXX. Interpretibus evulgabo ad normam laudati Codicis Vallicellani B. VII. Bibliothecæ noſtræ Congregationis Oratorii.

Et quoniam Antiquus Interpres, teſte S. Auguſtino, verbum è verbo cum tenacitate ſolebat exprimere, certum ipſe habebit judicium, atque indubiam veritatis notam ab antiquiſſimo Cod. Vatic. Edit. τῶν ο', cum quo facta eſt diligens & attenta collatio, ubi inter eumdem Codicem Vallicellanum intereat, & Vulgatam. Ex ea collatione, mi Chryſoſtome, poteris totius controverſiæ quaſi fundamenta cognoſcere. Nunc ergo Codicem in lucem edamus.

LIBER

LIBER BARUCH.

Incipit Baruch.

(a) Ex Codice Vallicellano ſignato B. n. VII. Pag. 128. qui ſcriptus videtur ante duodecimũ ſæculum.

ET [b] factum eſt in quinto anno, decima menſis; venit Nabuzardan Princeps Cocorum, qui ſtabat [12] ante faciem Regis Babylonæ in Jeruſalem; & ſuccendit Ædem Domini, & Domum Regis, & omnes domos [13] Civitatis magnas, & ſuccendit igni: & murum Jeruſalem in circuitu [14] demolitus eſt exercitus Caldæorum cum Nabuzardan [14] Principe Cocorum: & [16] reſiduum Populi * reliqui Princeps Cocorum, vinearum cultores; & omne æs, argentum, & aurum, & omnem ſuppellectilem Civitatis Jeruſalem, quicquid fuit, tranſtulit Princeps Cocorum. Summum [24] autem Sacerdotem, & ſecundum Sacerdotem, & cuſtodes viæ, & Spadonem unum, qui erat Præpoſitus viris bellatoribus, & ſeptem [25] viros nominatos, qui ſunt ad faciem Regis, qui ſunt inventi in Civitate, & [25] Scribam virtutum, qui ſcribatum adminiſtrabat Populo terræ, adduxit Nabuzardan ad Regem: & interfecit eos Rex Babylonis in Reblatha, in terra [27] Emath. Et factum eſt in XXXVIII. anno tranſmigrationis Joachim Regis Judæ, elevavit caput ejus Hevilmerodach Rex Babylo-

(b) Hieremiæ cap. 52. ver. 12. & ſeqq.

* Lege, reliquit, juxta Gr. Vat.

Gr. Vatic. Jeremiæ cap 52. v. 12. δεκάτῃ τοῦ μηνὸς ἦλθε Ναβουζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος. Vulg. *decima menſis, iſte eſt annus nonus decimus Nabuchodonoſor regis Babylonis, venit Nabuzardan princeps militiæ.*

Gr. Vatic. v. 12. κατὰ πρόσωπον τοῦ βασιλέως. Vulg. *coram Rege.*

Gr. Vat. v. 13. τῆς πόλεως. Vulg. *Jeruſalem.*

Gr. v. 14. καθεῖλεν ἡ δύναμις. Vulg. *deſtruxit cunctus exercitus.*

Gr. item v. 14. τοῦ ἀρχιμαγείρου. Vulg. *principe militiæ.*

Gr. v. 16. καὶ τοὺς καταλοίπους τοῦ λαοῦ κατέλιπεν ὁ ἀρχιμάγειρος. Vulg. *de pauperibus verò terræ reliquit princeps militiæ.* Vide S. Hieronym. in quæſtionibus Hebraicis ad cap. 35. Geneſeos.

Gr. v. 24. τὸν ἱερέα τὸν πρῶτον, καὶ τὸν ἱερέα τὸν δευτερεύοντα, καὶ τοὺς φυλάττοντας τὴν ὁδὸν καὶ εὐνοῦχον ἕνα. Vulg. *Saraiam Sacerdotem primum, & Sophoniam Sacerdotem ſecundum, & tres cuſtodes veſtibuli. & de civitate tulit eunuchum unum.*

Gr. v. 25. ἄνδρας ὀνομαστοὺς τοὺς ἐν προσώπῳ. Vulg. *viros de his, qui videbant faciem.*

Gr. item v. 25. καὶ τὸν γραμματέα τῶν δυνάμεων, τὸν γραμματεύοντα τῷ λαῷ τῆς γῆς. Vulg. *& Scribam principem militum, qui probabat tyrones.*

Gr. v. 27. Αἰμάθ. καὶ ἐγένετο. Quæ habentur in Vulg. ab hoc verſu uſque ad verſum trigeſimum primum, deſunt in Codd. Vat. & Vallicell.

bylonię, & eduxit eum de carcere, & mutavit veſtimenta ejus, et poſuit thronum ejus ſuper omnes Judæos, qui erant in Babylonia, et manducabat panem ſemper (33) ante faciem ejus omnibus diebus vitæ ſuæ. Et factum eſt poſt annum quintum, et menſem ſeptimum, quo cœperunt Chaldæi Jeruſalem, et ſuccenderunt eam igne, ſcripſit librum Baruch filius Neriæ, filii Amaſiæ, filii Sedechiæ, filii Sedei, filii Elchiæ, de Tribu Symeon in Babylonia; cujus libri verba ſunt in ſubjecto, et miſit in Jeruſalem. Quem legit ipſe Baruch in Babylonia ad aures potentum, et filiorum Regum, et Seniorum, et totius Populi, a puſillo uſque ad magnum, univerſis habitantibus in Babylonia ad flumen Suth: & jejunaverunt cum fletu, adorantes Dominum: & collegerunt (6) argentum, prout poterat manus ſingulorum, & miſerunt ad Joachim filium Helchiæ, filii Salom, Sacerdotem magnum, & ad ceteros, & ad omnem Populum, qui inventus eſt cum illo in Jeruſalem: & ut acciperent vaſa (8) Domus Domini, quæ ablata fuerant de Templo terræ Juda in Babylonia vaſa aurea, & argentea, quæ fecerat Sedecias filius Joſiæ Regis Judæ, poſtquam (9) adduxit Nabugodonoſor Rex Babyloniæ Jechoniam, & Principes ejus vinctos, et potentes, et Populum terræ ex Jeruſalem, et induxit eos in Babyloniam. Et dixerunt: Ecce miſimus ad vos (10) argentum: emite ex eo holocauſta pro peccatis noſtris, et thus, et facite manna, et imponite ſuper (10) Altare Dei noſtri. Et orate pro vita Nabugodonoſor Regis Babyloniæ, et Balthaſar filii ejus, ut ſint dies eorum ſicut dies cæli ſuper terram: (12) et dabit Dominus virtutem nobis, (12) et illuminabit oculos noſtros, (12) et vivemus ſub umbra Nabugodonoſor Regis Babyloniæ, et Balthaſar

ſar

Gr. v. 33. κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ. Vulg. coram eo.
Vatic. Caput I. verſ. 6. ἀργύριον. Vulg. *pecuniam*.
Gr. Vat 8. οἴκου. Vulg. *Templi*.
Gr. v. 9. μετὰ τὸ ἀποικίσαι. Vulg. *poſteaquam cepiſſet*.
Gr. v. 10. ἀργύριον. Vulg. *pecunias*.
Gr. item v. 10 θυσιαστήριον. Vulg. *aram*.
Gr. v. 12. καὶ δώσει. Vulg. *& ut det*.
Gr. item v. 12. φωτίσει. Vulg. *illuminet*.
Gr. item v. 12. καὶ ζησόμεθα. Vulg. *ut vivamus*.

ſar filii ejus, & (12) ſerviemus illi multis diebus, (12) inveniemus gratiam in conſpectu eorum. Et orate pro (13) nobis ad Dominum Deum noſtrum, quia peccavimus; ſi forſitan avertatur indignatio (13) Domini, & iracundia ejus a nobis. Et (14) legetis librum, quem miſimus ad vos, in (14) Domo Domini in die ſollemni. Quem cum accepiſſent, legerunt; in quo fuit ſcriptum hoc: Domino Deo noſtro juſticia, nobis autem confuſio ruboris in facie; ſicut eſt hodierna die omni Juda, qui tranſmigratus eſt ab Jeruſalem, & Regibus noſtris, & Principibus, & Sacerdotibus, & Prophetis noſtris, & Patribus, cum (16) quibus peccavimus ante Deum, & contempſimus eum, & non audivimus vocem Domini Dei noſtri, ut iremus in præcepta, & mandata ejus, quæ dedit (18) ante faciem noſtram a die, qua eduxit nos de terra Ægypti; & fuimus uſque in hunc diem contumaces in Dominum Deum noſtrum; & meditabamur nequam, ne audiremus vocem ejus: & hæſerunt nobis omnia mala in maledicto, quod conſtituit Dominus per Moyſen ſervum ſuum, qui eduxit Patres noſtros de terra Ægypti, dare nobis terram fluentem lacte & melle: & non audivimus vocem Domini Dei noſtri ſecundùm omnia verba Prophetarum, quos miſit ad nos: & abivimus unuſquiſque (22) in ſenſu cordis ſui mali, operari diis alienis, (22) facere mala ſub oculis Dei noſtri.

II. Propter quod ſtatuit (1) Dominus verbum ſuum, quod locutus eſt (1) in nos, & Judices noſtros, qui judicabant Iſrael, & Juda; ut induceret in nos mala magna,

 quæ

Gr. item v. 12. δουλεύσομεν. Vulg. *ſerviamus*.
Gr. item v. 12. εὑρήσομεν. Vulg. *inveniamus*.
Gr. v. 13. ἡμῶν. Vulg. *nobis ipſis*.
Gr. item v. 13. θυμὸς Κυρίου καὶ ὀργὴ αὐτοῦ. Vulg. *furor ejus*.
Gr. v. 14. ἀναγνώσεσθε. Vulg. *legite*.
Gr. item v. 14. οἴκῳ. Vulg. *templo*.
Gr. v. 16. πατράσιν ἡμῶν, ὧν ἡμάρτομεν. Vulg. *patribus noſtris. peccavimus*.
Gr. v. 18. ἔδωκε κατὰ πρόσωπον ἡμῶν Vulg. *dedit nobis*.
Gr. v. 22. ἐν διανοίᾳ καρδίας αὐτοῦ. Vulg. *in ſenſum cordis noſtri*.
Gr. item v. 22. ποιῆσαι. Vulg. *facientes*.
Gr. Caput II. ver. 1. Κύριος τὸν λόγον αὐτοῦ. Vulg. *Dominus Deus noſter verbum ſuum*.
Gr. item v. 1. ἐφ' ἡμᾶς. Vulg. *ad nos*.

quæ non ſunt facta ſub Cælo, quæ (2) fecit in Jeruſalem
ſecundùm ea, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, ut manducaret homo carnes filii ſui, & filiæ. Et dedit nos ſubditos omnibus (4) Regnis, quæ in circuitu noſtro ſunt, in opprobrium, & deſolationem omnibus Populis, ad quos diſperſit nos Dominus; & facti ſumus ſubtus, & non ſupra, quia peccavimus Domino Deo noſtro, (5) ut non obaudiremus vocem ejus. Ipſi juſtitia; nobis autem, & Patribus noſtris confuſio, ſicut dies iſti, qui venerunt nobis: & non ſumus deprecati Dominum, (8) ut averteretur unuſquiſque a cogitationibus peſſimis. Et vigilavit Dominus in malis operibus noſtris, & (9) induxit ſuper nos mala: quoniam juſtus eſt Dominus in omnibus operibus ſuis, quæ mandavit nobis: & non obaudivimus vocem ejus, ut ambularemus in præceptis Domini, quæ dedit ante faciem noſtram. Et nunc, Domine Deus Iſrael, qui eduxiſti populum tuum de terra Ægypti in manu valida, cum ſignis & prodigiis in (11) virtute magna, & in brachio excelſo, & feciſti tibi nomen, (11) ſicut dies iſta. Peccavimus, impiè egimus, & malefecimus, Domine Deus noſter, in omnibus juſtificationibus tuis. Avertatur ira tua a nobis, quia derelicti ſumus pauci in nationibus, quò diſperſiſti nos. Exaudi Domine (14) orationem noſtram, & (14) eripe nos propter te, & da (14) nobis gratiam ante faciem eorum, qui nos abduxerunt: ut ſciat omnis terra, quia tu es Dominus Deus, & quia nomen tuum invocatum eſt ſuper Iſrael, & ſuper genus ejus. Domine, proſpice de Domo (16) ſancta tua, & annue nobis: inclina, Domi-

Gr. v. 2. κατὰ ἐποίησεν. Vulg. *quemadmodum facta ſunt*.
Gr. v. 4. πάσαις ταῖς βασιλείαις. Vulg. *regum omnium*.
Gr. v. 5. πρὸ τὸ μὴ ἀκούειν. Vulg. *non obaudiendo*.
Gr. v. 8. τοῦ ἀποστρέψαι ἕκαστον ἀπὸ τῶν νοημάτων. Vulg. *ut reverteremur unuſquiſque noſtrum a viis*.
Gr. v. 9. ἐπήγαγε. Vulg. *adduxit*.
Gr. v. 11. δυνάμει μεγάλῃ. Vulg. *virtute tua magna*.
Gr. item v. 11. ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη. Vulg. *ſicut eſt dies iſte*.
Gr. v. 14. προσευχὴν ἡμῶν. Vulg. *orationes noſtras*.
Gr. item v. 14. ἐξελοῦ. Vulg. *educ*.
Gr. item v. 14. ἡμῖν χάριν. Vulg. *nobis invenire gratiam*.
Gr. v. 16. ἁγίου σου, καὶ ἐννόησον εἰς ἡμᾶς καὶ κλῖνον Κύριε τὸ οὖς σου καὶ ἄκουσον. ἄνοιξον. Vulg. *ſancta tua in nos, & inclina aurem tuam, & exaudi nos. Aperi*.

Domine, aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide; quia non mortui, qui in Inferno ſunt, quorum ſpiritus accepti ſunt a præcordiis eorum, dabunt [17] gloriam, & juſtificationes tibi: ſed animæ triſtes, & infirmæ, & eſurientes, & oculi deficientes [18] dabunt gloriam & juſtificationem, [18] Domine. Quia non propter juſtificationem Patrum noſtrorum, [19] & Regum jactamus miſericordiam tuam, Domine Deus noſter; [20] quoniam miſiſti indignationem tuam, & iram ſuper nos, ſicut locutus es in manus puerorum tuorum Prophetarum tuorum, dicens: Hæc dicit Dominus: inclinate humerum veſtrum, & operamini Regi Babyloniæ: deficientem faciam de Civitatibus Juda, & extrinſecus [23] Jeruſalem. Vocem lætitiæ & jocunditatis, vocem ſponſi & ſponſæ; eritque univerſa terra ſine veſtigio ab inhabitantibus. Et non [24] audivimus vocem tuam, ut operaremur Regi Babyloniæ; & ſtatuiſti verba, quæ locutus es in manibus puerorum tuorum Prophetarum, ut ejicerentur oſſa Regum, & Prophetarum noſtrorum de loco ſuo: Et ecce projecta ſunt in æſtu ſolis, & gelu noctis, & mortui ſunt in doloribus malis in fame, & gladio, & emiſſione. Et poſuiſti [26] Domum, in qua invocatum eſt nomen tuum, ſicut dies iſta, ſuper Domum Iſrael, & Juda. Et feciſti, Deus noſter, ſecundùm omnem moderationem tuam magnam, ſicut locutus es in manu pueri tui Moyſi, qua die mandaſti ei ſcribere legem tuam coram filiis Iſrael, dicens: Si non obaudieritis vocem meam, multitudo hæc magna convertetur in minimam gentem; quoniam eos diſperdam. Scio enim,

Gr. v. 17. δόξαν. Vulg. *honorem*.
Gr. v. 18. δώσουσι. Vulg. *dat*.
Gr. item v. 18. Κυρίῳ. Vulg. *Domino*.
Gr. v. 19. τῶν πατέρων ἡμῶν καὶ τῶν βασιλέων ἡμῶν ἡμεῖς καταβάλλομεν τὸν ἔλεον. Vulg. *patrum noſtrorum nos fundimus preces, & petimus miſericordiam*.
Gr. v. 20. ὅτι. Vulg. *ſed quia*.
Gr. v. 23. Ἱερουσαλὴμ φωνὴν εὐφροσύνης. Vulg. *Jeruſalem. & auferam a vobis vocem jucunditatis*.
Gr. v. 24. ἠκούσαμεν. Vulg. *audierunt*.
Gr. v. 26. οἶκον. Vulg. *templum*.

enim, quia non me (30) audient, quia Populus eſt duræ cervicis; & (30) convertentur ad cor ſuum in terra captivitatis ſuæ. Et ſcient, quia ego ſum Dominus Deus eorum, & dabo illis cor ad intelligendum, & aures ad audiendum, & laudabunt me in terra captivitatis ſuæ, et memores erunt nominis mei: & avertent ſe a duritia cordis ſui, et a nequiſſimis rebus ſuis, qui reminiſcentur vias Patrum ſuorum, quas peccaverunt (33) coram Domino; et (34) convertam eos in terram, quam juravi Patribus eorum Abraham, Iſaac, et Jacob; et (34) dominabuntur in eis, et multiplicabo eos, et non minorabuntur. Et ſtatuam illis (35) teſtamentum æternum, ut ſim Iſrael in Deum, et ipſi mihi erunt in Populum, et ultra non movebo Populum meum filios Iſrael de terra ſua.

III. Et nunc, Domine omnipotens, Deus Iſrael, anima in anguſtiis, et ſpiritus clamat ad te: Exaudi Domine, et miſerere, quia Deus es miſericors: miſerere, quia peccavimus in conſpectu tuo. Tu, qui regnas in æternum, ne perdideris nos, Domine omnipotens, in perpetuum. Domine Deus Iſrael, audi nunc orationem defunctorum Iſrael, et filiorum illorum, qui peccaverunt in conſpectu tuo: Quia non audivimus vocem tuam, Domine Deus noſter, adhæſerunt nobis mala: ne (5) memor fueris iniquitatis Patrum noſtrorum; ſed memento manus tuæ & nominis tui tempore hoc. Quia tu es Dominus Deus nobis, et laudabimus te Domine, quia propterea dediſti timorem tuum (7) in corde noſtro, ut invocemus te, et laudemus te in captivitate noſtra. Quia convertimur (7) in corde noſtro ad omnem

Gr. v. 30. οὐ μὴ ἀκούσωσί μου ὅτι λαὸς. Vulg. *me non audiet populus: populus eſt enim.*
Gr. item v. 30. ἐπιστρέψουσιν. Vulg. *convertetur.*
Gr. v. 33. ἔναντι Κυρίου. Vulg. *in me.*
Gr. v. 34. καὶ ἀποστρέψω. Vulg. *revocabo.*
Gr. item v. 34. κυριεύσουσιν αὐτῶν. Vulg. *dominabuntur eis.*
Gr. v. 35. διαθήκην αἰώνιον. Vulg. *teſtamentum alterum ſempiternum.*
Gr. Vat. Caput III. v. 5. μὴ μνησθῇς. Vulg. *noli meminiſſe.*
Gr. v. 7. ἐπὶ καρδίαν ἡμῶν. Vulg. *in cordibus noſtris.*
Gr. item v. 7. ἀπεστρέψαμεν ἀπὸ καρδίας ἡμῶν πᾶσαν ἀδικίαν πατέρων ἡμῶν τῶν ἡμαρτηκότων. Vulg. *convertimur ab iniquitate patrum noſtrorum, qui peccaverunt.*

omnem iniquitatem Patrum noſtrorum, qui peccaverunt in conſpectu tuo. (8) Ecce nos hodie in captivitate noſtra, qua nos diſperſiſti in opprobrium, & maledictum in genus, ſecundùm iniquitates Patrum noſtrorum; quia diſceſſerunt a te (8) Domino Deo noſtro. Et cum explicuiſſet librum orationis captivorum, accipiens ſpiritûs vocem, Jeruſalem locutus eſt, dicens:

Audi Iſrael mandata vitæ, & auribus percipe, ut ſcias prudentiam. Quid eſt Iſrael, quod in terra es inimicorum tuorum? veteraſti in terra aliena; contaminatus es cum mortuis; deputatus es cum his, qui ſunt apud inferos: quia dereliquiſti fontem vitæ, & ſapientiæ. Nam ſi in via Dei ambulares, habitares utique mecum in pace. Diſce, ubi ſit ſapientia; diſce ubi fortitudo, ubi prudentia; ut ſcias ſimul ubi ſit longiturnitas, virtus, (14) & vita; ubi ſit lumen oculorum, & pax. Quis invenit locum ejus; & quis introivit in theſauros illius? Ubi ſunt Principes gentium, & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt in terra? qui in avibus Cæli ludunt, qui argentum theſaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non eſt finis poſſeſſionis eorum? qui argentum fabricant, & ſolliciti ſunt, nec eſt inventio operum illorum? Et tamen exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt, & alii in locum illorum ſurrexerunt. Juvenes viderunt lumen, & habitaverunt ſuper terram; viam autem diſciplinæ neſcierunt, neque intellexerunt ſemitas ejus, neque ſuſceperunt eam filii eorum: a facie illorum longè facta eſt. Non eſt audita (22) in Chanaan, neque viſa eſt in Theman. Filii quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra eſt, negotiantes terræ, & Theman, & fabellatores, & exquiſitores prudentiæ, & intelligentiæ; viam autem ſcientiæ neſcierunt, neque meminerunt ſemitarum ejus. O Iſrael, quàm (24) magna Domus Dei, & ingens?

Gr. v. 8. ἰδοὺ. Vulg. *& ecce.*
Gr. item v. 8. κύριε θεοῦ ἡμῶν. Vulg. *Domine Deus noſter.*
Gr. v. 14. μακροβίωσις καὶ ζωή. Vulg. *longiturnitas vitæ & victus.*
Gr. v. 22. ἐν Χαναάν. Vulg. *in terra Chanaan.*
Gr. v. 24. μέγας ὁ οἶκος. Vulg. *magna eſt domus.*

genis? Locus poſſeſſionis ejus? Inſ magnus, & non habet conſummationem: excelſus, & immenſus? Ibi fuerunt Gigantes nominati, illi, qui ab initio fuerunt ſtaturâ magnâ, ſcientes bellum. Non hos elegit Dominus, (27) neque viam dedit illis diſciplinæ: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt ſapientiam, interierunt propter inſipientiam. Quis aſcendit in Cælos, & accepit eam, & eduxit de nubibus? Quis transfretavit mare, & invenit eam, & attulit eam ſuper aurum electum? Non eſt (31) qui ſciat viam ejus, neque (31) qui excogitet ſemitas ejus: ſed qui ſcit univerſa, novit illam, et adinvenit eam prudentia ſua. Qui perfecit terram in ſempiterno tempore, et adimplevit eam pecudibus, vocavit eam, et obedivit ei in tremore. Stellæ enim dederunt lumen in cuſtodiis ſuis; et lætatæ ſunt. Vocatæ ſunt, et dixerunt: Adſumus: et luxerunt ei cum jocunditate, qui fecit illas. Hic eſt Deus noſter; et non æſtimabitur alius ad (35) illum. Hic adinvenit omnem viam diſciplinæ, et (36) dedit illam Jacob puero ſuo, et Iſrael electo ſuo. Poſt hæc (37) ſuper terram viſus eſt, et cum hominibus converſatus eſt.

IV. Hic Liber (1) præceptorum Dei, & lex, quæ (1) permanet in æternum. Omnes, qui tenent eam, pervenient ad vitam; qui autem reliquerint eam, (1) morientur. Convertere Jacob, & apprehende eam; (2) perambula ad ſplendorem ejus contra lumen. Noli (3) alteri dare gratiam tuam, & utilitates tuas genti advenæ. Beati ſumus

Gr. v. 25. μέγας ἐστί. Vulg. *magnus eſt &c.*
Gr. v. 27. οὐδὲ ὁδὸν ἐπιστήμης ἔδωκεν αὐτοῖς. Vulg. *neque viam diſciplinæ invenerunt.*
Gr. v. 31. ὁ γινώσκων τὴν ὁδὸν αὐτῆς. Vulg. *qui poſſit ſcire vias ejus.*
Gr. item v. 31. ὁ ἐνθυμούμενος. Vulg. *qui exquirat.*
Gr. v. 35. πρὸς αὐτόν. Vulg. v. 36. *adverſus eum.*
Gr. v. 36. ἔδωκεν. Vulg. v. 37. *tradidit.*
Gr. v. 37. ἐπὶ τῆς γῆς. Vulg. v. 38. *in terris.*
Gr. Caput IV, verſ. 1. προσταγμάτων. Vulg. *mandatorum.*
Gr. item v. 1. ὁ ὑπάρχων. Vulg. *quæ eſt.*
Gr. item v. 1. οἱ δὲ καταλείποντες αὐτὴν ἀποθανοῦνται. Vulg. *qui autem dereliquerunt eam in mortem.*
Gr. v. 2. διόδευσον πρὸς τὴν λάμψιν κατέναντι τοῦ φωτὸς αὐτῆς. Vulg. *ambula per viam ad ſplendorem ejus contra lumen ejus.*
Gr. v. 3. μὴ δῷς ἑτέρῳ τὴν δόξαν σου καὶ τὰ συμφέροντά σοι. Vulg. *ne tradas alteri gloriam tuam & dignitatem tuam.*

tiſſimus Iſrael, quia, quæ Deo placent, nota ſunt nobis.
Conſtantes eſtote Populi memorabiles Iſrael: venundati
eſtis Gentibus, non in perditione: quoniam (6) irritaſtis
Deum, traditi eſtis adverſariis veſtris. Exacerbaſtis enim
Dominum æternum, qui vos fecit, ſacrificantes dæmo-
niis, & non Deo. Obliti enim eſtis Dominum, qui vos
ſalvavit; & contriſtati eſtis eam, quæ nos nutrivit, Jeru-
ſalem. Vidit enim (9) ſupervenientem vobis iram a Deo,
& dixit: audite Civitates Syon, quia induxit mihi Dominus
luctum magnum. Vidi enim captivitatem (10) filiorum
meorum, & filiarum, quam ſuper omnes induxit Æternus.
Nutrivi enim illos cum jocunditate; & dimiſi cum fletu, &
luctu. Nemo (12) in me exultet, quia vidua derelicta ſum;
a multis deſolata ſum propter peccata filiorum meorum:
quoniam declinaverunt a lege Domini. Juſtitiam ejus
non cognoverunt, neque ambulaverunt in viis manda-
torum ejus. (13) neque ſemitas veritatis ejus cum juſti-
tia ingreſſi ſunt. (14) Venite * convicinantes Syon, memen-
tote captivitatis filiorum meorum, & filiarum, quam ſu-
perinduxit illis ille Æternus, * qui ſuſcitavit in eos Gen-
tes de longinquo improbas, & alterius linguæ: qui ſeni,
& juveni miſericordiam non præſtiterunt; & abduxerunt
dilectos viduæ; & unicam a filiis deſolati ſunt. Ego autem
non poſſum juvare vos; ſed Dominus, qui vobis hæc
mala intulit, eripiet de manibus inimicorum veſtrorum.
Abite filii, abite: ego enim derelicta ſum ſola. Exui ſto-
lam pacis, & indui cilicium obſecrationis. Clamabo ad
Altiſſimum in diebus meis. Animum fortem habete filii,
proclamate ad Dominum, & eripiet vos de manu Prin-
cipum

* *Lege: confinantes. vel convivantes. Gr.* πάροικοι.

* *Secundis curis mendosè, qui* ſuſcitavit eos genus;

Gr. v. 6. διὰ τὸ παροργίσαι ὑμᾶς τὸν θεόν. Vulg. *ſed propter quod in ira ad iracundiam provocaſtis Deum.*

Gr. v. 9. ἐπελθοῦσαν. Vulg. *venientem.*

Gr. v. 10. αἰχμαλωσίαν τῶν υἱῶν μου, καὶ τῶν θυγατέρων. Vulg. *captivitatem populi mei filiorum meorum & filiarum.*

Gr. v. 12. ἐπιχαιρέτω μοι τῇ χήρᾳ καὶ καταλειφθείσῃ ὑπὸ πολλῶν, ἠρημώθην διὰ τὰς ἁμαρτίας. Vulg. *gaudeat ſuper me viduam & deſolatam: a multis derelicta ſum propter peccata.*

Gr. v. 13. οὐδὲ τρίβους. Vulg. *atque per ſemitas.*

Gr. v. 14. ἐλθέτωσαν αἱ πάροικοι Σιὼν καὶ μνήσθητε τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν υἱῶν μου. Vulg. *veniant confines Sion, & memorentur captivitatem filiorum.*

cipum inimicorum. Ego enim ſperavi in æternum Salvatorem veſtrum, quia veniet mihi gaudium à Sancto ſuper miſericordiam, quæ veniet (22) vobis citò ab æterno Salvatore noſtro. Emiſi enim vos cum luctu, & fletu: (23) reſtituet autem mihi vos Dominus cum gaudio, & lætitia in æternum. Nam, ſicut viderunt (24) nunc confines veſtram captivitatem, ſic videbunt citò a Deo vobis ſalutem, quæ ſuperveniet in vos cum magna lætitia, & gloria, ac ſplendore æterno. Filii, patientes eſtote; quia per iram Dei perſecutus eſt vos inimicus: ſed citò videbitis ejus perditionem, & cervices illius aſcendetis. Delicati mei, ambulaſtis vias aſperas: ducti eſtis velut grex ab inimicis. Conſtantes eſtote, filii, & proclamate ad Dominum: erit enim illi pro veſtra captivitate memoria; ſi, ſicut erraſtis ab eo multipliciter, converſi quæratis eum. Qui enim induxit ſuper vos mala, dabit vobis etiam jocunditatem cum ſalute. Conſtans eſto, Jeruſalem: exhortatur te, qui te nominavit. (31) Miſeri facti ſunt, qui te vexaverunt, & qui exultaverunt (31) in caſu tuo. Miſeræ Civitates, quibus ſervierunt filii tui; miſerior, quæ accepit filios tuos. Sicut enim gaviſa eſt in ruina tua, & lætata eſt in caſu tuo Babylon, ita contriſtabitur in ſua (33) ſolitudine. Et (34) amputabo exultationem multitudinis ejus, & lætitia ejus erit in luctu. Ignis enim ſuperveniet illi ab Æterno, & dies longus; & habitabitur à dæmoniis (35) plurimum temporis.

V. Circumſpice ad Orientem, Jeruſalem; & vide jocunditatem, quæ a Deo tibi ſuperventura eſt. (37) Ecce

venient

Gr. v. 22. ὑμῖν ἐν τάχει παρὰ τοῦ αἰωνίου σωτῆρος. Vulg. *vobis ab æterno ſalutari*.
Gr. v. 23. ἀποδώσει. Vulg. *reducet*.
Gr. v. 24 ὥσπερ γὰρ νῦν ἑωράκασιν αἱ πάροικοι Σιὼν τὴν ὑμετέραν αἰχμαλωσίαν, οὕτως. Vulg. *ſicut enim viderunt vicinæ Sion captivitatem veſtram a Deo, ſic*.
Gr. v. 31. δείλαιοι οἱ σὲ κακώσαντες καὶ. Vulg. *nocentes peribunt, qui te vexaverunt, et*.
Gr. item v. 31. σῇ πτώσει δείλαιαι αἱ πόλεις αἷς ἐδούλευσαν τὰ τέκνα σου, δειλαία ἡ δεξαμένη. Vulg. *tua ruina punientur. civitates, quibus ſervierunt filii tui, punientur & quæ accepit*.
Gr. v. 33. ἐρημίᾳ. Vulg. *deſolatione*.
Gr. v. 34. καὶ περιελῶ. Vulg. *& amputabitur*.
Gr. v. 35. τὸν πλείονα χρόνον. Vulg. *in multitudine temporis*.
Gr. V. 37. ἰδοὺ ἔρχονται. Vulg. *ecce enim veniunt*.

venient filii tui, quos (37) emiſiſti, verbo Domini congregati ab Oriente, & Occaſu, gaudentes (37) in Dei gloria. Exue te ſtolam luctûs, Jeruſalem, tuæ vexationis*; decorem: quia a Deo tibi eſt gloria. (2) Circumda te diploide a Deo juſticia; impone mitram (2) capiti tuo gloriæ tuæ. Deus enim oſtendet ſub cælo univerſæ creaturæ ſplendorem tuum, & vocabitur nomen tuum ab eo in æternum: Pax juſticiæ, & (4) gloria Dei culturæ. Surge Jeruſalem, & ſta in alto, & circumſpice ad Orientem, & vide congregatos filios tuos a Solis Ortu, & Occaſu (5) verbo ſancti, gaudentes in memoria Dei. Exierunt a te pedeſtres (6) ducti ab inimicis: * reducit autem illos (6) Deus ad te, reportatos ad te cum (6) gloria, ſicut filios Regni. Conſtituit enim Deus, (7) humiliari omnem montem excelſum, & rupes perennes verò (7) valles impleri ad æqualitatem terræ, ut ingrediatur Iſrael totus in Dei honore. Obumbrabunt autem Sylvæ, & omne lignum odoris Iſrael præcepto Dei. (9) Præibit enim Deus Iſrael cum (9) lætitia in lumine majeſtatis ſuæ, cum miſericordia. & juſticia, quæ in ipſo eſt. (a)

* Supple, & indue te.

* Fortè legendum, reducet.

Gr. item v. 37. ἐξαπέστειλας. Vulg. *dimiſiſti*.
Gr. item v. 37. τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ. Vulg. *in honorem Dei*.
Gr. Vat. Cap. V. verſ. 2. περιβαλοῦ τὴν διπλοΐδα τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνης. Vulg. *circumdabit te Deus diploide juſtitiæ*.
Gr. item v. 2. κεφαλήν σου.
Gr. v. 4. δόξα θεοσεβείας. Vulg. *honor pietatis*.
Gr. v. 5. τῷ ῥήματι. Vulg. *in verbo*.
Gr. v. 6. πεζοί. Vulg. *pedibus*.
Gr. item v. 6. ὁ Θεὸς Vulg. *Dominus*:
Gr. item v. 6. δόξης. Vulg. *honore*.
Gr. v. 7. ταπεινοῦσθαι. Vulg. *humiliare*.
Gr. item v. 7 φάραγγας πληροῦσθαι. Vulg. *convalles replere*.
Gr. v. 9. ἡγήσεται. Vulg. *adducet*.
Gr. item v. 9. εὐφροσύνης. Vulg. *jucunditate*.

(a) Poſt hæc in eodem Codice Vallicellano: INCIPIT ALIA INTERPRETATIO LIBRI BARUCH NOTARII JEREMIÆ: *Et hæc ſunt verba libri, quæ ſcripſit Baruch &c.* ut in Vulgata, juxta quam etiam explicit: Epiſtola Jeremiæ, quæ deeſt in mox recitata Editione ſecundùm Veterem Latinam Græci Textûs interpretationem, hic habetur in Codice, & extat poſt caput V. ùt in eadem Vulgata. Inſcribitur vero: „ Exemplar Epiſtolæ, quam miſit Jeremias ad abductos in Babyloniam a Rege Babyloniorum, ut nunciaret illis, ſecundùm quod præceptum eſt illi a Deo.

 Colla-

Collatio libri Baruch ſecundùm LXX. inſignis Codicis Chiſii, & Vaticani : ſeu Variæ utriuſque lectiones, unà cum illis Vulgatæ, & noſtri jam ſupra editi Codicis Vallicellani.

Capite I.

verſ. 6. Vatic. καθό. Vulg. *ſecundum quod*. Vallicel. *prout*.	Chiſian. καθὰ.
v. 8. Vatic. τῦ Σηνὰλ.	Chiſ. τῦ Σαουαὶ. Vulg. *Sivan*, deeſt in Vallicel.
v. 8. Vatic. βασιλεὺς. Vulg. *Rex*.	Chiſ. βασιλέως. Vallicel. *Regis*.
v. 9. Vatic. ἤγαγεν αὐτὸν.	Chiſ. εἰσήγαγεν αὐτοὺς. Vallicel. *induxit eos*. Vulg. *duxit eos*.
v. 10. Vatic. ἀπεστείλαμεν πρὸς ὑμᾶς ἀργύριον. Vallicel. *miſimus ad vos argentum*. Vulg. *miſimus ad vos pecuniam*.	Chiſ. ἀπεστείλαμεν ὑμᾶς ἀργύριον.
v. 10. Vatic. καὶ ἀνοίσατε. Vulg. *& offerte*. Vallicel. *& imponite*.	Chiſ. καὶ ἀνοίαστε.
v. 15. Vatic. αἰσχύνη τῶν προσώπων. Vallicel. *confuſio roboris à facia*.	Chiſ. ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου. Vulg. *confuſio faciei noſtræ*.
v. 17. Vatic. ἔναντι Κυρίου. Vulg. *ante Dominum Deum noſtrum*.	Chiſ. ἐναντίον Κυρίου. Vallicel. *ante Deum*.
v. 19. Vatic. ἤμεθα. Vallicel. *fuimus*.	Chiſ. ἦμεν. Vulg. *eramus*.
v. 20. Vatic. Μωυσῆ. Vulg. *Moyſi*. Vallicel. *per Moyſen*.	Chiſ. Μωσῆ.
v. 21. Vatic. τοῦ θεοῦ. Vulg. *Dei*; & ita Vallicel.	Chiſ. θεοῦ.

Capite II.

v. 2. Vatic. ἐποίησεν. Vallicel. *fecit*.	Chiſ. ἐποίησαν. Vulg. *facta ſunt*.
v. 4. Vatic. ἄβατον. Vallicel. *deſolationem*.	Chiſ. εἰς ἄβατον. Vulg. *in deſolationem*.
v. 9. Vatic. κακοῖς καὶ ἐπήγαγε. Vulg. *malis & adduxit*.	Chiſ. κακοῖς ὅις ἐπήγαγε. Vallicel. *malis operibus noſtris, & adduxit*.

v. 12. Vatic. poſt ἠδικήσαμεν legitur in Chiſiano hæc vox εὐχὴ, quæ in cæteris aliis deſideratur.

v. 14. Vatic. ἕνεκεν σοῦ. Vulg. *propter te*; & ita Vallicel.	Chiſ. ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.
v. 14. Vatic. κατὰ.	Chiſ. ἐναντίον. Vulg. *ante*; & ita in Vall.
v. 16. Vatic. καὶ κλῖνον. Vulg. *& inclina*.	Chiſ. κλῖνον. Vallicel. *inclina*.
v. 18. Vatic. βαδίζει κύπτον. Vulg. *incedit curva*.	Chiſ. βαδίζει ·χ· πνεῦμα, \ κύπτον, deeſt in Vallicel.
v. 19. Vatic. ἔλεον. Vulg. *miſericordiam*.	Chiſ. ἔλεόν σου. Val. *miſericordiam tuam*.
v. 20. Vatic. προφητῶν.	Chiſ. προφητῶν λέγων. Vulg. *prophetarum dicens*. Vallicel. *prophetarum tuorum dicens*.
v. 21. Vatic. δέδωκα. Vulg. *dedi*. in Vallicel. deeſt.	Chiſ. ἔδωκα.
v. 23. Vatic. χαρμοσύνης. Vulg. *gaudii*. Vallicel. *jucunditatis*.	Chiſ. χαρμονῆς.
v. 24. Vatic. ἐν χερσὶ. Vulg. *in manibus*; & ita in Vallicel.	Chiſ. ἐν χειρί.

v. 25. Va-

v. 25. Vatic. ἀπέθανον ἐν πόνοις. Vulg. *mortui ſunt in doloribus*. & ita Vallicel.	Chiſ. ἀπέθανον ἐν πόνοις.
v.26. Vatic. ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη. Vulg. *in ipſa ſicut*. Vallicel. *ſicut*.	Chiſ. ἐν αὐτῷ [illegible] ὡς.
v. 29. Vatic. ἡ μὲν ἡ βόμβησις. Vulg. *multitudo*; & ita Vallicel.	Chiſ. ἡ μὲν ἡ βόμβησις.
Item v.29. Vatic. εἰς μικρὰν ἐν τοῖς ἔθνεσι. Vulg. *in minimam inter gentes*. Vallicel. *in minimam gentem*.	Chiſ. εἰς μακρὰν ἐν τοῖς ἔθνεσι.
v. 33. Vatic. πονηρῶν πραγμάτων.	Chiſ. πονηρῶν πραγμάτων. Vallicel. *nequiſſimis rebus*. Vulg. *malignitatibus*.
v. 33. Vatic. ἔναντι. Vallicel. *coram*. Vulg. *in me*.	Chiſ. ἐναντίον.
Capite III.	
v.2. Vatic. ab ἐλέησον uſque ad ὅτι deſideratur.	Chiſ. ἐλέησον, ὅτι θεὸς ἐλεήμων εἶ, καὶ ἐλέησον ὅτι. Vulg. *miſerere, quia Deus es miſericors, & miſerere noſtri, quia*; & ita Vallicel.
v.4. Vatic. φωνῆς τοῦ θεοῦ αὐτῶν.	Chiſ. φωνῆς Κυρίου Θεοῦ αὐτῶν. Vulg. *vocem Domini Dei ſui*. Vallicel. *vocem tuam Domine Deus noſter*.
v. 7. Vatic. ἀπὸ καρδίας. Vulg. *ab iniquitate*.	Chiſ. ἐπὶ καρδίαν. Vallicel. *in corde*.
v. 8. Vatic. καὶ εἰς ἀρὰν. Vulg. *& in maledictum*.	Chiſ. καὶ ἀρὰν. Vallicel. *& maledictum*.
v.8. Vatic. ἀπὸ Κυρίου.	Chiſ. ἀπὸ σοῦ Κύριε. Vallicel. *a te Domino*. Vulg. *a te Domine*.
v.13. Vatic. ἐν εἰρήνῃ τὸν αἰῶνα. Vulg. *in pace ſempiterna*. Vallicel. *in pace*.	Chiſ. ἐν εἰρήνῃ τὸν αἰῶνα χρόνον.
v.18. Vatic. ἐπὶ οἱ τὸ ἀργύριον.	Chiſ. οἱ τὸ ἀργύριον. Vulg. *qui argentum*; & ita Vallicel.
v. 19. Vatic. ἀνέστησαν. Vulg. *ſurrexerunt*; & ita Vallicel.	Chiſ. ἀντανέστησαν.
v. 22. Vallicel. ἐν Χαναάν. Vallicel. *in Chànaan*.	Chiſ. ἐν γῇ Χαναάν. Vulg. *in terra Chanaam*.
v. 23. Vatic. οὔτε υἱοί. Vulg. *filii quoque*; & ita Vallicel.	Chiſ. οὔτε υἱοί.
Item v.23. Vat. τὰς τρίβους. Vul. *ſemitas*.	Chiſ. τῶν τριβῶν. Vallicel. *ſemitarum*.
v. 26. Vatic. ἐκεῖ ἐγεννήθησαν.	Chiſ. καὶ οἱ [illegible]. Vulg. *ibi fuerunt*; & ita Vallicel.
Item v. 26. Vatic. ὀνομαστοὶ ἀπ'.	Chiſ. ὀνομαστοὶ, [illegible] ἀπ'. Vulg. *nominati illi, qui ab*; & ita Vallicel.
v. 28. Vatic. καὶ ἀπώλοντο παρὰ τὸ μὴ ἔχειν φρόνησιν ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀβουλίαν αὐτῶν. Vulg. *propterea perierunt; & quoniam non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam*; & ita Vallicel.	Chiſ. καὶ ἀπώλοντο, διὰ τὴν ἀβουλίαν αὐτῶν.

v.31. Vatic.

v. 31, Vatic. ὁδὸν αὐτῆς. Vallicel. *viam ejus*. Vulg. *vias ejus*.	Chiſ. ὁδὸν αὐτῆς.
v. 32. Vatic. ἐνέπλησεν. Vulg. *replevit*. Vallicel. *adimplevit*.	Chiſ. ἔπλησε.
v. 33. Vatic. αὐτῷ τρόμῳ. Vulg. *illi in tremore*; & ita Vallicel.	Chiſ. αὐτοῦ τρόμῳ.
v. 37. Vatic. καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις. Vulg. *& cum hominibus*; ita Vallicel.	Chiſ. καὶ τοῖς ἀνθρώποις.
Capite IV.	
v. 1. Vatic. καὶ ὁ νόμος. Vulg. *& lex*; & ita Vallicel.	Chiſ. ὁ νόμος.
Item v. 1. Vatic. κρατοῦντες αὐτῆς. Vulg. *qui tenent eam*; ita Vallicel.	Chiſ. κρατοῦντες αὐτοῦ.
v. 4. Vatic. τοῦ Θεοῦ.	Chiſ. τῷ Θεῷ. Vulg. *Deo*, & ita Vallicel.
v. 6. Vatic. διά. Vallicel. *quoniam*.	Chiſ. διὰ δὲ. Vulg. *ſed propter*.
v. 8. Vatic. τὸν τροφεύσαντα. Vulg. *qui nutrivit*. Vallicel. *qui ſalvavit*.	Chiſ. τὸν προφητεύσαντα.
v. 13. Vatic. καὶ δικαιώματα. Vallicel. *juſtitiam*.	Chiſ. δικαιώματα δὲ. Vulg. *juſtitias autem*.
Item v. 13. Vatic. ὁδοῖς. Vulg. *per vias*. Vallicel. *in viis*.	Chiſ. ὁδόν.
v. 23. Vatic. δὲ μοι ὁ Θεὸς ὑμᾶς. Vulg. *autem vos mihi Dominus*; ita Vallicel.	Chiſ. δὲ ὁ Θεὸς ὑμᾶς.
Item v. 23. Vatic. χαρμοσύνης. Vulg. *gaudio*, & ita Vallicel.	Chiſ. χαρμονῆς.
v. 25. Vatic. ἐχθρός. Vallicel. *inimicus*.	Chiſ. ἐχθρός σου. Vulg. *inimicus tuus*.
v. 30. Vatic. παρακαλέσει.	Chiſ. παρακαλεῖ. Vulg. *exhortatur*; & ita Vallicel.
v. 33. Vatic. ἑαυτῆς. Vulg. *ſua*; & ita Vallicel.	Chiſ. ἑαυτοῦ.
v. 34. Vatic. περιελῶ. Vallicel. *amputaba*.	Chiſ. περιελεῖ. Vulg. *amputabitur*.
Item v. 34 αὐτῆς εἰς.	Chiſ. αὐτοῦ ἔσται εἰς. Vulg. *ejus erit in*; & ita Vallicel.
v. 35. Vatic. δαιμονίων. Vulg. *dæmoniis*; & ita Vallicel.	Chiſ. δαιμόνων.
v. 36. Vatic. περίβλεψον. Vulg. *circumſpice*; & ita Vallicel.	Chiſ. περίβλεψαι.
v. 37. Vatic. ἰδοὺ ἔρχονται οἱ υἱοί σου, οὓς ἐξαπέστειλας ἔρχονται συνηγμένοι. Vulg. *ecce veniunt filii tui, quos dimiſiſti diſperſos, veniunt collecti*; Vallicel. *ecce venient filii tui, quos amiſiſti, verbo Domini congregati*.	Chiſ. ἰδοὺ ἔρχονται συνηγμένοι.
Capite V.	
v. 5. Vatic. καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου ἀπὸ ἡλίου δυσμῶν ἕως ἀνατολῶν τῷ ῥήματι τοῦ ἁγίου χαίροντας.	Chiſ. καὶ ἴδε σου συνηγμένα τὰ τέκνα ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν τῷ ῥήματι τοῦ ἁγίου χαίροντας. Vulg. *& vide collectos filios tuos ab oriente ſole uſque ad occidentem in ver-*

in verbo ſancti gaudentes. Vallicel. *& vide congregatos filios tuos à ſolis ortu & occaſu verbo ſancti gaudentes*.

v. 6. Vatic. ἐξῆλθον γὰρ. Vulg. *exierunt*. Chiſ. ἐξῆλθον. Vallicel. *exierunt enim*.

v. 6. Vatic. αἰρομένους. Vulg. *portatos*. Chiſ. ἀγομένους. Vallicel. *reportatos*.

Exſtat exordium hujus libri juxta Codicem Vallicellanum, in fine libri Jeremiæ ſecundùm Septuaginta. Judæi, qui inter Canonicos nonniſi Hebraicè exaratos libros admittunt, Baruch apocryphum putant. Verùm quid poteſt reperiri, quod eorum perfidiæ repugnet magis? cùm ipſius Græca Verſio (quæ ſola tantùm nunc ſupereſt) Hebraicis phraſibus dives, contrarium profiteatur. Locutiones Verſionum ſatis magnam habent vim, ut ipſæ per ſeſe fontem indicent primitivum, a quo dimanant. Eas verò Hebræas eſſe in libro Baruch, Critici omnes emunctæ naris agnoſcunt. Quibus poſitis, Judæi maximè convincuntur; &, vel unius argumenti hujus concluſione, tota a nobis cauſa comprehenditur. Sed videamus tamen nonnulla, quæ contra ab hæreticis dici ſolent, & ab auctoritate ſumuntur. Divus Hieronymus, inquiunt, de Baruch ita diſſerit, ut cœteros libros Canonicos pluris æſtimare videatur, in Præfatione Commentariorum in Jeremiam. Viſum enim ſibi eſſe ait, librum Baruch, qui in LXX. Editione Jeremiæ additur, non explanare, quòd ab Hebræis non legeretur, & inſuper Epiſtolam falsò Jeremiæ adſcriptam contineret. Alibi etiam (nempe in Præf. in Verſionem ejuſdem Jeremiæ) inquit: *Librum autem Baruch notarii ejus* (ſcilicet Jeremiæ), *qui apud Hebræos non legitur nec habetur, prætermiſimus: prò his omnibus maledicta ab æmulis præſtolantes, quibus me neceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpondere*. „ Præterea plenis buccis exclamant: liber Baruch in veteribus Bibliorum Catalogis, quorum Patres & Concilia meminerunt, nequaquam legitur. His tamen omnibus uno verbo reſpondeo, id minimè validum argumentum eſſe; cùm alios etiam libros divinitus inſpiratos, ante S. Hieronymi ætatem, Judæorum Vulgus ignarum vel amiſerit vel rejecerit. Sed, ne majorem fortaſſe hac reſponſione largiar eis, qui contra dicturi ſunt, libertatem & licentiam; hæc ipſa adverſariis arma eripiam, quibus nos aggrediuntur, & totam hodiernæ hebraicæ traditionis arcem evertam. Pondus verò auctoritatis Catholici dogmatis contra Proteſtantes augebitur, cùm ad evulgatas illuſtreſque notas, quæ eumdem Librum in Canonem Hebræorum antiquitùs illatum fuiſſe oſtendunt, nunc etiam minus notas adjunxero. Igitur, quoniam inimici veritatis Hebræum archetypum exſtitiſſe unquam, negant, ego adverſus ipſos, qui ſermonibus imperitis volunt perſonas non admodum doctas illigare, nunc ſcribere aggredior. Et, ut verum invenire ſine ulla contentione poſſim, id ſummâ curâ ſtudioque in Hexaplari LXX. Seniorum Editione conquiram. Hoc autem liberior ſum, quòd integra omnibus eſt judicandi poteſtas ex inſigni Codice Chiſiano, de quo ſatis multa jam ſcripſi. Ex eo enim, quæ monumentis conſignata ſunt, volo ea ſummâ fide proferre. Et, ne majorem exſpectationem novi argumenti faciam, ad audiendum animos hæretici erigant. Origenes, ut norunt omnes, Librariorum vitio maculatam eſſe comperiens LXX. Seniorum Verſionem, eam emendare ſtuduit ad normam Hebraicæ Veritatis, aut Verſionum Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, aliorumve anonymorum, qui omnes Hebræum Codicem tranſtulerunt. Quare, abſque immutatione verborum, ipſe conatus eſt mendoſis locis opem afferre, *obelis* jugulans, quæ abundare videbantur; & quæ deerant, *ſub aſteriſcis* interſerens. Hæc admodum probata ratio, proximè a S. Hie-

S. Hieronymo, aliiſque retenta eſt: & in Græcis Exemplaribus Origenianis, quæ ad noſtram ætatem pervenerunt, adhuc ea ſigna ſuperſunt. Sed quorſum, inquies, hæc ſcribis? Quorſum? ut intelligere Hæretici poſſint, nullum ferè tantâvi argumentum eſſe, quod Baruchi librum Hebraicè primùm exaratum fuiſſe concludat, quàm iſtud ab Hexaplis mutuatum. Quæro ſapientiæ judicium. Codex Chiſianus, ab Origenianis fontibus hauſtus, Baruchi librum continet juxta LXX. Interpretum Editionem. In eo autem quædam ſub obelis & aſteriſcis ſunt poſita. Igitur, vel ex ipſo Hebræo Textu, adhuc ſua ætate ſuperſtite, vel ex Aquilæ, aut Symmachi, Theodotioniſve Editionibus, ex Hebræo pariter emanantibus, verba, quæ ſub obelis & aſteriſcis Origenes poſuit, deſumpta ſunt. Ao ita ſe res habeat, exemplis oſtendam, quæ omnibus probabuntur, ſi ea ſint æquitate, quam veritatis cupidi profitentur & colunt.

Igitur,

Baruchi Cap. II, v. 2. in Cod. Chiſiano ita legitur: Ἰούδα, ※, τοῦ ἀγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς κακὰ μεγάλα,. / ἃ οὐκ ἐποιήθη &c.

Ibidem, v. 3, φαγεῖν ἡμᾶς ÷ ἄνθρωπον σάρκας υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ ÷ καὶ ἄνθρωπον, /. σάρκας &c.

Ibidem, v. 18, ὁ βαδίζει. ※. πνεῦμα, / κύπτον &c.

Ibidem, v. 26. ἐν αὐτῇ. ※. ἔρημον, / ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη &c.

Et Cap. 3. v. 26. οἱ ὀνομαστοί. ※. οἱ, / ἀπ' ἀρχῆς.

Satis ne tibi videtur, erudite Chryſoſtome, judicatum, Librum Baruch hebraicè primitus fuiſse conſcriptum? Hoc validiſſimum probationis genus nemo adhuc olfecerat; quamvis ab ipſo tota cauſa judicetur, & ſatis ſuperque palam fiat id, quod quæritur. Verba latinè reddamus:

Cap. 2. v. 2. „ Juda: *ut adduceret ſuper nos mala magna*, quæ non ſunt facta &c.

Ibid. v. 3. „ ut comederemus nos, *homo carnes filii ſui*, *&* *homo* carnes &c.

Ibid. v. 18. „ incedit *ſpiritu* curvo.

Ibid. v. 26. „ in ipſo *deſertum*, ſicut dies hæc.

Cap. 3. v. 26. „ nominati, *qui* ab initio &c.

Quæ celeri charactere exaravi, ſub aſteriſcis ſunt. Ergo ab Hebræis fontibus derivata. Satis hoc concluſum videtur. Sed manus tollatur è tabula.

Si libros Eſther, & Baruch, qui nuper ex inſigni Codice Vallicellano fuerunt a nobis in lucem editi, antea evulgatos inveneris, Admodum Reverende Chryſoſtome, in Opere Ven. Cardinalis Thomaſii *De veteribus titulis Sacrorum Bibliorum juxta Editionem, ſeu Septuaginta Interpretum, ſeu B. Jeronymi*, pag. 92. & 147. parce ignorantiæ meæ. Poſt folia jam impreſſa, rem comperi. Sed mihi vehementer gaudeo. Namque ita intelliges, noſtro Codici, Antiquam Verſionem Italam continenti, additum fuiſſe tanti Viri pondus auctoritatis, & noſtrarum Adnotationum factas acceſſiones. Præterea, tametſi videbatur Ven. Viri Operibus nihil ferè majoris diligentiæ addi poſſe; tamen ex collatione cognoſces, inter utramque Editionem nonnihil intereſſe. Si Illuſtriſſimum ac Reverendiſſimum Præſulem Joſephum de Thunn Sacræ Rotæ Romanæ Auditorem convenero, facultate ab ipſo impetratâ, ſcribam cætera. Poſtrema enim quatuor Capita partitionis * reliqui Operis, tacitè mibi quodammodo nunc relinquenda ſunt, quia nimium crevit Epiſtola, & Tomus craſſioris molis evaſit. Si tu quoque, mi Chryſoſtome, effeceris, ut a Sapientiſſimo ac Reverendiſſimo Patre Aloyſio Nicolao Ridolphi Ordinis Prædicatorum, Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtro, Cenſor creeris; & ſi ita gefferis cenſuram, ut & debes & potes, non mihi ſolùm, ſed univerſæ Literatorum Reipublicæ video in perpetuum ſumma te auctoritate futurum. Quamprimum te videbo. Reliqua ergo coram tecum potius, quàm per Epiſtolam. Vale, & me amare perge. Iterum dico: Vale.

* Vide pag. CCLIII.

TANTA



DOCTISSIMO ATQUE CL. PRÆSULI

JOSEPHO MARIÆ

S.R.I. COMITI DE THUNN, ET HOCHENSTEIN,

Sacræ Rotæ Romanæ Auditori, & Cæſareæ Majeſtatis Caroli VI. Imp. rebus gerendis apud Sanctam Sedem Curatori Sapientiſſimo,

JOSEPH BLANCHINUS VERONENSIS S. P. D.

TANTA, Præſul Illuſtriſſime, fuit exſpectatio animi & ingenii tui, cùm tribus ab hinc annis, florente adhuc ætate, Romà diſceſſiſti, ut, quam exſpectationem tui concitaſti, hanc te ſuſtinere ac tueri nunc ipſa Roma lætetur. Nam ſtatim ac, abſens ab Aula Summi Pontificis, inſigne Auditoris Sacræ Rotæ ſubſellium es conſequutus, tibi acceſſiones ut fierent honoris, & gloriæ, Rebus gerendis apud Sanctam Sedem Curatorem te Sacra Cæſarea Majeſtas Imperatoris Caroli VI. nominavit. Quare amplum patrimonium, quod reliqueras, nominis tui, cùm Viennam commigraſti, in tuo reditu ſic amplificatum eſt, ut ferè nihil addi poſſe videatur. Major tamen eſt adhuc hominum opinio de te, majorque ſpes Eccleſiaſticæ dignitatis; cujus profectò expreſſa ſunt atque illuſtria præſagia, admirabilis illa pietas tua, cum ſummo ingenio, ac pari ſapientiâ conjuncta, qua neminem honoris gradum habes ſuperiorem. Quibus autem nunc verbis ego, Vir Clariſſime, tibi gratias agam, non reperio; quòd ita factus ſis, ut dederis mihi, quem ſemper adire poſſem. Igitur, quoniam vides ſudare me jam dudum laborantem, quomodo eam tuear Editionem, de qua in ſuperioribus literis non pauca conſcripſi; antequam reliqui Operis extrema perficiam, ſummum tuum judicium exquiro. Et, ut integram Voluminum ſeriem, ac veluti ichnographiam, tuos ante oculos ſiſtam, &, quale ædificium futurum ſit, ſcire poſſis, propoſitæ partitionis rationem, quam in Epiſtola ad Eruditum Virum Patrem Joannem Chryſoſtomum * ego digeſſi, nunc enarrare tibi, Præſul Doctiſſime

* Pagina CCLIII.

ſime, proſequar. Ego enim in eadem Epiſtolâ, quæ ſex partes complectebatur, ſingularum narrationem facere cogitaram; ſed, quoniam prolixa nimium evaſit, de quatuor poſtremis ſcribam ad te. Tuo conſilio mihi opus eſt maturo, a quo nullum veſtigium diſceſſurus ſum. De tua in me voluntate non dubito; quare multis a te verbis non petam, ut me adjuves, ac dignitatem Editionis tuearis. Experimento jam didici, eam tibi curæ eſſe; quoniam per te aucta eſt, & diceris amantiſſimus ejus. Deo Optimo Maximo ſumma erit & gratia & gloria, ſi mea hæc erga Tabulas utriuſque Sacri Fœderis ſtudia, quibus certè (ut verum fatear) nulla eſſe majora potuerunt, Ipſi tam grata fuiſſe, quam ego putavi fore, ex utilitate cognovero. Spero me Lectoribus hanc cauſam probaſſe: cupio quidem certe; & nullum tempus a me prætermittetur & agendi & cogitandi, ut Vulgata Editio ab Hæreticorum morſibus eripiatur. Confirmabuntur iſta conſilia, cùm ſenſero Tibi, Eruditiſſimo ac Sapientiſſimo Viro, idem videri. Non quæro tamen, ut aſſentiaris mihi, niſi re bene perſpectâ: quamvis enim non te auferant amicorum vota, ac Germanâ fide jure merito glorieris; attamen ego non augurор conjecturâ felicem exitum Operis fore, niſi tu illud approbes; & tandem aliquando Hæretici deſinant Latinam Sacrarum Scripturarum Tranſlationem canino dente laniare. Sed redeo ad illud, quod initio dicebam, reliqui mei laboris judicium ex ejus deſcriptione te meliùs eſſe facturum. Si præcedens Epiſtola Tibi narrare potuiſſet, quomodo univerſa Editio ſe habitura ſit, ſuperfluum videretur nunc plura ſcribere. Sed, quoniam ex ea tantùm cognoſcere poteris quid agetur de fragmentis Origenianis, & de Latina S. Hieronymi Verſione ex LXX., debeo nunc omnia Tibi perbreviter explanare. Animadverti enim, atque experimento didici; Te, etiam dum Viennæ ageres, ſedulam habuiſſe rationem, ut eidem Operi collatâ ſimbolâ provideres. Quod tuum ſingulare humanitatis officium, ac munus inſigne, cum mihi gratiſſimum fuiſſe dicam, ſequitur illud, ut te exiſtimare velim, mihi magnæ curæ fore, atque eſſe jam, primum ut Roma, deinde etiam, ut reliqui ſcire poſſint, me Tibi debere plurimùm. Id ego multis argumentis declarare conabor, maximè cùm edam in lucem inſignem illum Codicem argenteum Euangeliorum Bibliothecæ Cæſareæ Vindebonenſis, quem mihi diligentiſſimè tua manu deſcriptum attuliſti. Hæc dixi breviùs equidem, quàm tua merita poſtulabant; ſed ad id, quod per epiſtolam agimus, non fuit dicendum pluribus.

Igitur ſcire mihi jam videor, quemadmodum Hieronymiana LXX. Seniorum Translatio quærenda ſit. Habeo & illud, libros ſcilicet, quos Doctor Maximus ex Hebræo Latinos non fecit, quique nihilominus ab Eccleſiæ naſcentis exordio omnium Chriſtianorum conſenſu, ac traditione Majorum, in numero librorum Canonicorum retenti ſunt, & obtinent in Vulgata, non ſecundùm puram putam Italam eſſe, ſed juxta Hieronymianam ejuſdem Italæ recenſionem; quoniam, ut ego opinor, id ſatis luculenter in ſuperiori Epiſtola oſtendi. Apud te tamen, Præſul Doctiſſime, æqui bonique judicium eſto, an invenerim quemadmodum fidem faciam omnibus, quibus id volui perſuadere. Sed, quoniam in dicta Epiſt. de ea re ſatis multa; nunc de Tertia reliqui Operis parte, quæ in Hieronymiana Canonis Hebræi tranſlatione verſatur, pauciora ſcribenda ſunt. Triplicis generis Codicibus (quibus opus erit) utemur: quare neceſſario faciendum eſt, ut paucis eorundem ſpecimina, atque rationem noſtri conſilii demus. Hoc autem neceſsitate me facere ſatis erit ſigni, quòd in Præfatione generali nonnulla per tranſennam de hoc argumento loquutus ſum. Ut ergo omnes intelligant, quo pacto oporteat, Canonis Hebræi puram ſtabilire Verſionem, operæ pretium erit, triplicis Vulgatæ ſtatum a monumentis arceſſere. Primùm, Majores noſtri (non ſine divino conſilio) probabiliorem Eccleſiæ Verſionem fore cenſebant, ſi

poſt

Digitized by Google

poſt Hieronymianæ ortum, Italicam non repudiarent; atque ideo eorum conſilium tale fuit, utriuſque habere rationem; ut illa imperitorum hominum tolleretur opinio, Italam planè inemendatam fuiſſe. Quæ igitur Occidentalis Eccleſia exiſtimavit ab Antiquo Interprete (Apoſtolorum æquali) magis ſapienter, ac fideliori ſtylo fuiſſe translata, intulit in novam S. Hieronymi Translationem; ut laus Italæ propemodum ſeneſcentis ab oblivione hominum, atque ſilentio vindicaretur. Utriuſque auctoritatis ac memoriæ retinendæ causâ, Novam ac Veterem mandabat literis Gregorius Pontifex Magnus: utramque referebat in Commentaria, ac proponebat Eccleſiis; facultas ut eſſet populo cognoſcendi utriuſque præſtantiam. Hanc regulam poſtmodum multi ſequuti ſunt, & in ſcriptis ſuis nobis teſtatam reliquerunt. Quoniam verò Hieronymiana Translatio ſe magis erigebat in dies, ac major ei vis addebatur, tandem Nova Veteri prælata eſt, & Itala habuit ultimum ferè tempus ætatis. Eam igitur qui ſtudiosè perſequi velit, delectum Codicem ſibi conſtituat, ex utrâque non conflatorum. Cujus ad inquiſitionem vera illa & fidiſſima regula a nobis datur, ut quærantur Exemplaria non ſolùm vetuſtiſſima, ſed etiam certis Hieronymianæ Verſionis characteribus inſignita. Habeto Vir Cl. formam eorum, de quibus loquor, librorum ex uno Codice Vaticano, qui & mirificâ præſtat antiquitate, & certam Hieronymianæ Verſionis notam in ſubſcriptione repræſentat.

Codex Palatinus N.° 24 pag 250

ETMILLEIUGABOUMETMIL
LEASINAE ETFUERUNTEI
SEPTEMFILII ETFILIAE
TRES ETUOCAUITNOMEN
UNIUSDIEM ETNOMEN
SECUNDAECASSIA ETNO
MENTERTIAECORNUSTIBI
NONSUNTAUTEMINUEN
TEMULIERESSPECIOSAE
SICUTFILIAEIOB INUNI
UERSATERRA DEDITQ·EIS
PATERSUUSHEREDITATE
INTERFRATRESEARUM
UIXITAUTEMIOBPOST
HAECCENTUMQUADRAGIN
TAANNISETUIDITFILIOS
SUOSETFILIOSFILIORUM
SUORUMUSQ·ADQUARTA
GENERATIONE ETMORTUUS
ESTSENEXETPLENUSDIERŪ
EXP.LIBER IOBSECUNDUM
HEBRAEUM DO GRATIAS

Hæc videlicet eſt recta via, omniumque breviſſima, qua ad fontem itur. Hoc inſtitutum me ſequi dico; quod qui non teneat, nunquam reſtituet priſtinæ integritati Hieronymianam Tranſlationem. Ut autem mater geminos internoſcit conſuetudine oculorum; ſic Lector, ſi aſſueverit, internoſcet Veterem, Novamque Verſionem. Sed, quoniam intereſt inter utramque, nec eſt in ambabus, nullâ re differens perfecta communitas, reſtat illud, quod dicebam, veri inveniendi causâ certis notis uti oportere; ut, qui legent, auctoritate potiùs quàm ſola antiquitate ducantur. Quòd ſi utrumque teneamus, tunc cauſa con-

fecta

ſecta eſt. At amplius ego non deſidero. Univerſos Codices hujus generis, quos reperi, hic non profundam, Vaticani, multum cæteris præſtant. Major ſuit hic labor, quam homines opinentur; & mihi aliquando immenſus infinitusque videbatur. Sed abſque eo fieri non poterat de Hieronymianæ Verſionis, quam vindicatum ibam, germanitate judicium. Quoniam verò ſæculorum decurſu variarum lectionum Italæ Verſionis infinita ſylvâ in Hieronymianâ ab Antiquariis intexta fuit, & neutra ferè amplius ſecerni poterat atque diſtingui; Alkuino demandatum eſt, ut Doctoris maximi Opus perpoliret, &, ſicut poterat, peritâ manu dolaret. Utrum difficilius aut majus foret negare Carolo Magno Regi ſibi imperanti, an efficere id quod rogabat, diu multumque Alkuinus dubitavit. Nam, non obtemperare ei, in cujus Aula conſuetudineque vivebat, cuique ſe cariſſimum eſſe ſentiebat, præſertim & ſancta petenti, & præclara ad Eccleſiæ ædificationem atque ornamentum cupienti, durum admodum ipſi videbatur: & ſuſcipere tantam rem, quantam non modò perficere difficile erat, ſed etiam facultate complecti, arbitrabatur ejus eſſe, qui univerſæ præeſſet Eccleſiæ, quique, Divini Numinis ductu, non vereretur ullam erroris reprehenſionem. Quid enim erat majus, quàm, cum tanta eſſet inter Exemplaria (ob Italæ commixtionem) diſſimilitudo, judicare quæ foret genuina lectio Sanctiſſimi Interpretis? Sed, quoniam a Rege Magno tantum inſtaurandæ Scripturæ opus Alkuino demandatum fuit, id ſui periculo aggreſſus eſt, non tam perficiendi ſpe, quàm experiundi voluntate. Maluit enim, cùm Imperatoris ſtudio obſequeretur, deſiderari a ſe perfectam abſolutamque Hieronymianæ Verſionis priſtinæ integritati reſtitutionem, quàm, ſi id non faceret, obedientiam. Id quod præſtiterit, ex autographo Codice ipſius Alkuini, quem Cl. Achillis Statii Luſitani munere noſtra Bibliotheca Vallicellana cuſtodit, in Operis proſequutione cognoſces; cum ejus Variantes Lectiones publici juris faciam. Ingens Voluminis moles quadratæ formæ tardavit ſtudia multorum, qui, quadam penè laboris deſperatione debilitati, experiri id noluerunt. Sed par eſt, Eruditiſſime Præſul, ut Congregationis Oratorii Romani Alumnus hujuſmodi Collationem experiatur, quoniam ipſe tantam gazam, & magnoperè expetendam, eſt conſequutus. Interim, ut ordinem teneas inſignis Voluminis, hic ſummâ fide exhibebo initium, finemque Librorum, ac Præfationum; nam de iſtis etiam eſt magna diſſenſio.

*NOTA. „ * Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus D. Cæſar S. R. E. Presbyter Cardinalis „ Tit. SS. Nerei, & Achillei, de Congregatione PP. Oratorii, è qua Dei „ auxiliis ad Sacræ Purpuræ decus aſſumptus eſt, optimè meritus, præſentem „ Bibliorum molem, quæ annis ab hinc octingentis exſcripta fuere, a vetuſtatis „ morſibus, ac temporis injuriâ vendicari curavit anno Domini M. DXCVIIII.

Codex autographus Alkuini ſignatus lit. B. *num.* VI. *in Bibliotheca Vallicellana ſervatus.*

I*Ncipit liber Geneſeos* = In principio creavit Deus cælum & terram &c. = & conditus aromatibus, repoſitus eſt in loculo in Ægypto. = *Explicit liber Breſit, ideſt Geneſeos.* =

Incipit liber Exodi. = Hæc ſunt nomina filiorum Iſrahel &c. = per cunctas manſiones ſuas. = *Explicit Elleſmoth, ideſt Exodus.* =

Incipit liber Vajecra, ideſt Levitici. = Vocavit autem Moyſen, & locutus eſt ei Dominus &c. = Hæc ſunt præcepta, quę mandavit Dominus Moyſi ad filios Iſrahel in monte Sinai. = *Explicit liber Levitici, que* (ſic) *Hebraicè dicitur Valecra* Verſus IICCC. =

Incipit liber Numeri. = Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen in deſerto &c. =

in

in campeſtribus Moab ſuper Jordanen contra Hiericho. = *Explicit, liber Numeri, qui appellatur Hebraicè Valedaber*. =

Incipit liber Deuteronomii. = Hæc ſunt verba, locutus eſt Moyſes &c. = quæ fecit Moyſes coram univerſo Iſrahel. = *Explicit Elle, quod Græcè dicitur Deuteronomiū*. Verſus ĪĪDC. =

Incipit Præ. Jeſum Nave & Judicum. = Tandem finito Pentatheuco Moyſi, velut &c. = ſurda debeamus aure tranſire. = *Expl. Præfatio*. =

Liber Jeſum Nave incipit. = Et factum eſt ut poſt mortem Moyſi Servi Domini &c. = quæ data eſt ei in Monte Ephraim. = *Joſue Bennum explicit* V. Ī. DCCI.

Incipit liber Judicum. = Poſt mortem Joſue &c. = quod ſibi rectum videbatur hoc faciebat. = *Explicit liber Soptim, ideſt Judicum*. V̄. Ī DCCL. =

Incipit liber Ruth. = In diebus unius judicis &c. = Iſai genuit David. = *Explicit liber Ruth*. V̄. CCL. =

Incipiunt cap. Regum libri primi, & ſecundi. = (ſunt 98.) *Expliciunt Capitula Regum libri Primi, & Secundi*. =

Incipiunt cap. Regum libri III. & IIII. (ſunt 91.) = *Expliciunt Capitula Regum lib. III. & IIII*. =

Incipit Præfatio S. Hieronymi in lib. Regum. = Viginti duas eſſe litteras apud Hebræos &c. = & ſilui a bonis. = *Explicit Præfatio*. =

Incipit Regum liber I. = Fuit vir unus de Ramathaim Sophim &c. = & jejunaverunt ſeptem diebus. = *Explicit Samuhel Primus* V̄. ĪI. CC. =

Incipit liber Samuhel ſecundus. = Factum eſt autem poſt quam mortuus eſt Saul &c. = & cohibita eſt plaga ab Iſrahel. = *Explicit Samuhel liber II*.V̄.ĪI.CC.

Incipit Malachim; ideſt Regum liber III. = Et Rex David ſenuerat &c. = poſtquam mortuus eſt Ahab. = *Explicit Malachim, ideſt Regum liber* (ſic). V̄.ĪI. D. =

Incipit ejuſdem liber IIII. = Ceciditque Ohozias per cancellos &c. = omnibus diebus vitæ ſuæ. = *Explic. Malachim, ideſt Regum liber IIII*. V̄. ĪICCL.

Incipit Prologus S. Hieronymi in Iſaiam Prophetam. = Nemo cum Prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos &c. = diutius inſultarent. = *Explicit*. =

Incipit liber Iſaiæ Prophetæ. = Viſio Iſaiæ filii Amos quam vidit &c. = ad ſatietatem viſionis omni carni. *Iſaias habet* V̄. ĪII. DLXXX. = *Explicit Iſaias Propheta*. =

Incipit Prologus Hieremiæ Prophetæ. = Jeremias propheta, cui hic Prologus ſcribitur &c. = invidorum inſaniam provocare. = *Expl. prologus*. =

Incipit Hieremiæ Prophetæ. = Verba Hieremiæ &c. = ad diem mortis ſuæ cunctis diebus vitæ ſuæ. = *Explicit*. =

Incipit Lamentatio Hieremiæ. = *Aleph*. Quomodo ſedet ſola Civitas &c. = diſcooperuit peccata tua. = *Expl. Lamentatio*. =

Incipit Oratio Hieremiæ. = Recordare Domine &c. = iratus es contra nos vehementer. *Hieremias habet* verſus ĪIII. CCCCL. = *Explicit Hieremias Propheta* = (Liber Baruch non habetur in Codice.)

Incipit Prologus Hiezechihel. = Hiezechiel Propheta cum Joachim Rege Juda &c. = hoc eſt ſagolydoros hoc eſt manducans ſenecias. = *Explicit prologus*. =

Incipit liber Hiezechihel Prophetæ. = & factum eſt in triceſimo anno &c. = & nomen Civitatis ex illa die Dominus ibid. = *Explicit Hiezechiel*. =

Incipit Prologus Danihel Prophetę. = Danihelem Prophetam juxta Septuaginta Interpretes &c. = aut amore labuntur aut odio. = *Explicit Prologus*. =

Incipit Danihel. = Anno Tertio Regni Joachim Regis Juda &c. (a verſu 25. Capitis tertii uſque ad verſum 90. Vulgatæ, obeli habentur in Cod.) in momento coram eo. = *Explicit Danihel Propheta*. *Danihel habet Verſus* Ī DCCCL. =

Incipit Prologus Duodecim Prophetarum. = Non idem ordo eſt Duodecim Prophetarum &c. = habent titulos prophetaverunt. = *Explicit prologus*. =

Incipit Oſee Propheta. = Verbum Domini quod factum eſt &c. = corruent

ruent

ruent in eis. = *Explicit Oſee Propheta*. =

Incipit Johel Propheta. = Verbum Domini quod factum eſt ad Johel &c. = & Dominus commorabitur in Sion. = *Explicit Johel Propheta*. =

Incipit Amos Propheta. = Verba Amos, qui fuit in Paſtoralibus &c. = quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus. = *Explicit Amos Propheta*. =

Incipit Abdias Propheta. = Viſio Abdiæ: hæc dicit Dominus &c. = & erit Domino Regnum. Amen. = *Explicit Abdias Propheta*. =

Incipit Jonas Propheta. = Et factum eſt Verbum Domini ad Jonam filium Amathi &c. = & Jumenta multa. = *Explicit Jonas Propheta*. =

Incipit Micha (ſic) *Propheta*. = Verbum Domini quod factum eſt ad Micham Moraſthiten &c. = a diebus antiquis. = *Explicit Micha Propheta*. =

Incipit Naum Propheta. = Onus Nineve liber viſionis &c. = non tranſiit malitia tua ſemper. = *Explicit Naum Propheta*. =

Incipit Abacuc Propheta. = Onus quod vidit Abbacuc Propheta &c. = a facie ejus omnis terra. =

Oratio Abacuc Prophetæ pro ignorationibus. = Domine audivi auditionem tuam &c. = deducet me victor in pſalmis canentem. = *Explicit Abacuc Propheta*. =

Incipit Sophonias Propheta. = Verbum Domini quod factum eſt ad Sophoniam &c. = coram oculis veſtris, dicit Dominus. = *Explicit Sophonias Propheta*. =

Incipit Ageus Propheta. = In anno ſecundo Darii Regis &c. = Dicit Dominus exercituum. = *Explicit Ageus Propheta*. =

Incipit Zacharias Propheta. = In Menſe octavo in anno ſecundo Darii &c. in domu Domini Exercituum in die illo. = *Explicit Zacharias Propheta*. =

Incipit Malachim Propheta. = Onus verbi Dñi &c. = percutiam Terram anathemate. = *Explicit Malachias PROPH. PROPTARUM* (*lege. Propheta Prophetarum*) ĪIIDCCC. *Verſi ſunt*. =

Incipit Prologus in libro Job. = Cogor per ſingulos Scripturæ Divinæ libros &c. = Et ſtudioſe à te magis quam malivolum probet. *finit*. =

Incipit argumentum. = Job exemplar patientiæ &c. = hæc ſpes mea in ſinu meo. = *Explicit argumentum*. =

Incipit liber Job. = Vir erat in terra Hus &c. = & mortuus eſt ſenex & plenus dierum. = *Explicit liber Job feliciter*. V̄N̄ (*lege: Verſus Numero*) Ī DCC. =

Origo (*lege: Prophetiæ David*) PRO ADDD *Regis pſalmorum numero* CLI. = David filius Jeſſe cum eſſet in Regno ſuo &c. = quia David dictus eſt Chriſtus. = *Explicit prologus*. =

Incipit præfatio Sancti Hieronymi Presbyteri. = Pſalterium Romæ dudum poſitus emendaram &c. = de puriſſimo fonte potare. = *Explicit præfatio Sancti Hieronymi*. =

Incipit liber Pſalmorum = Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum &c. (*omnes Pſalmi titulis prænotantur in Cod., ſunt juxta Verſionem Gallicanam. Habent aliquando obelos: carent autem aſteriſcis*) *Poſt Pſalmum* CL. *qui explicit*. = omnis ſpiritus laudet Dominum. ſequitur: Pſalmus CLI. =

CLI. Hic Pſalmus proprie ſcriptus David & extra numerum, cum pugnavit cum Goliadh. Hic Pſalmus in Ebræis Codicibus non habetur, ſed ne a LXX. quidem Interpretibus additus, & idcirco repudiandus. = Puſillus eram inter fratres meos &c. = a filiis Iſrael. = *Expliciunt Pſalmi David V. H. V.* (*lege: Verſus numero quinque Mille*) *Deo gratias; amen*. =

Ideſt (ſic) *parabolæ ejus ſecundum Hebraicam veritatem, translatæ ab Euſebio Hieronymo Preſbytero, petente Chromatio, & Eliodoro Epiſcopo. Hieronymus*. = Jungat Epiſtola, quos jungit Sacerdotium &c. = ſuum ſaporem ſervaverint. = *Explicit præfatio*. =

Incipit liber Proverbiorum, quem Hebræi Mas loth appellant. = Parabolæ Salomonis filii David &c. = producit diſcordias. = *Verba Lamuelis*. Viſio, qua erudivit eum &c. = in portis opera ſua. *Explicit liber Proverbiorum*. V. N. Ī DCCXL.

Incipit liber Eccleſiaſtes. = Verba Eccleſia-

cleſiaſtes filii David Regis Hieruſalem. Vanitas vanitatum &c. = ſive bonum, ſive malum ſit. = *Explicit liber Eccleſiaſtes*. V. *Num* DCCC. =

Incipiunt Cantica Canticorum, quod Ebraicè dicitur Siraſirim, feliciter. = Vox * optamur Chriſti adventum. Oſculetur me oſculo meo oris ſui &c. = ſuper montes aromatum. = *Explicuerunt Cantica canticorum V. Num.* CCLXXX. =

*Lege, optantis.

Incipit liber Sapientiæ. = Diligite juſtitiam, qui judicatis terram &c. = & in omni loco aſſiſtens eis. V̄N̄ IDCC. = *Explicit liber Sapientiæ, qui dicitur Salomonis.* =

Incipit Prologus libri Heſu (lege, *Jeſu*) *filii Sirach.* = Multorum nobis & magnorum per Legem, & Prophetas &c. = Vitam agere. = *Explicit prologus Hieſu filii Sirach.* =

Incipit liber Eccleſiaſtes. (lege, *Eccleſiaſtici*) = Omnis ſapientia a Domino Deo eſt &c. = & propitius ſis, ſi peccaverit vir in te. = *Explicit liber Eccleſiaſticum* V̄. N̄. IIDCCC. =

Incipit Præfatio Sancti Hieronymi in libro DABREIAMIN, ideſt Verba dierum. = Si Septuaginta Interpretum pura, & ut ab eis &c. = ſi aures ſurdæ ſunt cæterorum. = *Explicit præfatio Sancti Hieronimi.* =

Incipit liber Dabreiamin, ideſt Verba dierum, quod eſt Paralypomēn. = Adam, Sedh, Enos, Cainan &c. = ſive in cunctis Regnis terrarum. = *Explicit liber primus*. V̄ ĪIXL. =

Incipit liber ſecundus. = Confortatus eſt ergo Salomon &c. = ſit Dominus Deus tuus cum eo, & aſcendat. = *Explicit liber Dabreiamin ſecundus, ideſt Paralypomenon, hoc eſt verba dierum*. V. V̄IIC.

Incipit præfatio Euſebii Hieronimi in Ezra. = Utrum difficilius ſit &c. = illorum detractione & odio deterrebor. = *Explicit præfatio.* =

Incipit liber Ezræ. = In anno primo Cyri Regis Perſarum &c. = memento mei Deus meus in bonum. Amen. = *Explicit liber Ezræ ſecundùm Hieronimum.* =

Incipit præfatio (ſic) *libro Tobiæ* = Chromatio, & Heliodoro Epiſcopis Hieronimus Presbyter in Domino ſalutem. Mirari non deſino &c. = me quod jubere eſtis dignati, compleſſe. = *Explicit præfatio in libro Tobi.* =

Incipit liber Tobiæ ſecundùm Hieronimum. = Tobias ex Tribu & Civitate Nepthalim &c. = & cunctis habitantibus terræ. = *Explicit liber Tobi. V̄. DCCCC.* =

Incipit præfatio libri Judith. = Apud Hebræos liber Judith inter Agiographa legitur .... ſed quia hunc librum Synodus Nicæa in numero ſacrarum Scripturarum legitur computaſſe &c. = inſuperabilem ſuperaret. = *Explicit prologus Judith.* =

Incipit liber Judith. = Arfaxat itaque Rex Medorum &c. = uſque in præſentem diem. = *Explicit liber Judith. habet V̄. ĪC.* =

Incipit præfatio in libro Heſter. = Librum Heſter variis translatoribus conſtat &c. = ſervi Chriſti eſſe non poſſunt. RUFFINI IN LIBRO HESTER Alfabetum ex minio uſque ad Thetam literam &c. = in Septuaginta editione maluimus. = *Explicit præfatio Sancti Hieronimi in libro Heſter.* =

Incipit liber Heſter. = In diebus Aſſueri, qui regnavit ab India &c. = pro exemplo contemptus & inobedientiæ. = *Explicit liber Heſter. V̄. N̄. DCC.* = (Quæ habentur a ver. 4. capitis X. uſque ad finem libri, obelis ſignantur in Codice.)

Incipit liber Machabæorum (I). = Et factum eſt, poſtquam percuſſit Alexander &c. = factus eſt Princeps Sacerdotum poſt patrem ſuum. = *Explicit liber Machabæorum. V̄.* IICCC. =

Machabæorum liber ſecundus incipit. = Fratribus qui ſunt per Ægyptum &c. = hic ergo erit conſummatus. = *Explicit Machabæorum liber ſecundus. Verſ. habet D. CCC.* =

Præfatio S. Hieronimi Preſbyteri in Euangelio incipit. Beato Papæ Damaſco Hieronimus. = Novum opus facere &c. = & memineris mei Papa Beatiſſime. = *Explicit Præfatio.* =

Incipit Argumentum. = Mattheus ſicut in ordine &c. = quærentibus non tacere. = *Explicit argumentum.* =

(Tabulæ decem Canonum Euſebianorum in Euangelia .)

Incipit Euangelium ſecundum Mattheum , = Liber Generationis Jeſu Chriſti &c. = uſque ad conſummationem ſæculi . = *Explicit Euangelium ſecundum Matthæum* . V. II. DCC. =

Incipit argumentum Euangelii ſecundum Marcum . = Marcus Euangeliſta Dei electus &c. = Qui autem incrementum præſtat, Deus eſt. = *Explicit Præfatio* . = (ſic)

Incipit Euangelium ſecundum Marcum. = Initium Euangelii Jeſu Chriſti Filii Dei : ſicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta &c. = ſequentibus ſignis . = *Explicit Euangelium ſecundum Marcum* . V. I. DCC.

Hic non ſcribam de ingenti varietate lectionum: nam de ipſis in Operis proſequutione videbimus; & ad id demonſtrandum collationem diligentiſſimam conferemus. Utriuſque Codicis differentiarum caput nunc eſſe feci ſolum ordinem Librorum Præſationumque, Verſuum Stichometriam, ac Titulorum formam, atque ſtructuram; quoniam, quantum in reliquis inter Vallicellanum & Paulinum volumen interſit, ex Tertiâ Vindiciarum mearum parte cognoſces. Principiò vix intelligebam, cur duo libri Sacrorum Bibliorum Vulgatæ Editionis, eâdem ætate perſcripti, atque eidem Imperatori Carolo oblati, tam multas varietates continerent: ſed, poſtquam ſpatium ſumpſi ad cogitandum, cauſam fuit facilè perdiſcere. Codex namque Vallicellanus (cujus ea fuit inſtitutio, quam paulo ſupra jam ſatis multis expoſui) exhibet Vulgatam Verſionem ab Alkuino integritati priſtinæ non leviter reſtitutam temporibus Caroli Magni. Ipſa verò, quaſi ſtirps eſt, & origo cæterorum Exemplariorum Hieronymianæ Verſionis, quæ poſtmodum in Occidentis Eccleſiis obtinuerunt; & nobis tertium Vulgatæ Verſionis ſtatum dilucidè repræſentat. Secundus enim ejuſdem ſtatus habetur in Codice S. Pauli, quem cùm adſpexi, atque intuitus ſum, quid inter ipſum, atque Oratorianum noſtrum intereſſet, non fuit difficile ferre hocce judicium. In illa namque ingenti (& paucis annis recentiori) S.Pauli Bibliorum mole vetus, ac non limata ab Alkuino Hieronymiana Tranſlatio eſt; ad ſecundum Vulgatæ Scripturæ ſtatum propterea referenda; quæ, quantum diſtat a Codice Vallicellano, tantum ei paulò antea aut additum, aut mutatum, aut detractum fuiſſe puto ab eodem Alkuino rogatu Caroli Magni. Res quidem ſe meâ ſententiâ ſic habuit; at, niſi quis utriuſque Codicis collationem inſtituat, nunquam omnino poterit hanc veritatem perdiſcere. Partes erant meæ, Præſul Doctiſſime, de illuſtrando triplici Vulgatæ ſtatu, de quo nemo hactenus nos docuerat, nemo inſtituerat, nemo aliquid certi ſcriptis reliquerat. An id præſtiterim, apud Te æqui bonique judicium eſto. Sunt iſta quidem de triplici ſtatu Vulgatæ Verſionis ſatis. Sed longius adhuc, Præſul Sapientiſſime, te progredi non pigebit, ut videas, quid actum ſit a Hieronymo in libro Regum ſtichometria. Ex ea fortaſſe nova conſilia naſcentur, novæque litteræ. Omnes adhuc *de Regum* verſibus nihil.

In nonnullis quidem Codicibus ſecundùm antiquam diviſionem ante Hieronymum.

Liber I. habet verſus 2500.

Liber

Liber II. 2000.

Liber III. 2600.

Liber IIII. 2400.

Juxta verò diviſionem aſſignatam in Verſione S. Hieronymi,

Liber I. & II. habent verſus 2240.

Liber III. & IIII. 2330.

Sed nihilominus ullam per cola & commata diſtinctionem fuiſſe negant in libris Regum ſæculo S. Hieronymi. Ego ut contrarium evincam, ſatis aptum eſſe putavi, duplex fragmentum afferre, alterum Vaticanum, Veronenſe alterum; utrumque miræ antiquitatis, & quantivis pretii.

Vaticanum habetur in Codice Sereniſſimæ Reginæ Svecorum ſignato numero 1462. & proculdubio eſt ad V. Sæculum referendum. Hic ſumma fide illud dabo.

MEMBRANA CODICIS REGIO-VATICANI 1462.

*LIBER TERTIUS.

Variantes lectiones Editionis Cl. Martianæi.

PRinceps militiæ ad ſepeliendos eos, qui fuerant interfecti;
& occidiſſet * omnem maſculinum in Idumæa.
** Lege, omne.*
(Sex enim menſibus ibi moratus eſt Joab, & omnis Iſrahel, donec interimerent * omnem maſculinum in Idumæa.)
** Edit. Martianæi: interimeret omne.*
Fugit Adad ipſe, & viri Idumæi de ſervis patris ejus cum eo, ut ingrederetur * in Aegyptum:
** Deeſt*, in.
erat autem Adad puer parvulus.
Cumque ſurrexiſſent de Madian, venerunt in Pharan,
tuleruntque ſecum viros de Pharan,
& introjerunt * in Aegyptum ad Pharaonem Regem Aegypti:
** Deeſt*, in.
qui dedit * ei domum, & cibos conſtituit, & terram delegavit.
* eis domû.
Et invenit Adad gratiam * coram Pharaonem valde,
* coram Pharaone.
in tantum ut daret ei uxorem, ſororem uxoris ſuæ germanam
Taſnes * Reginæ.
*Thaphnes, *ubique.*
Genuitque ei ſoror Taſnes * Genebath filium,
*Genubath; *& ita infra.*
Et nutrivit eum Taſnes in Domo Pharaonis:
Eratque Genebath habitans aput Pharaonem cum filiis ejus.

Cumque audiſſet Adad in Aegypto, dormiſſe David cum Patribus ſuis,
& mortuum eſſe Joab Principem Militiæ,
Dixit Pharaoni:
Dimitte me, ut vadam in terram meam.
Dixitque ei Pharao:
Quam * enim rem indiges apud me:
* qua enim re apud me indiges.
Ut quæras ire ad Terram tuam?
At ille reſpondit: nullam:
Sed * obſecro ut dimittas me.
* obſecro te.
Suſcitavit quoque ei Deus adverſarium Razon filium Eliada,
Qui fugerat ad * Azer Regem * Saba Dominum ſuum,
* *Cod. Vatic. ſec. cur.* Adezer; *Edit. Martianæi,* Adadezer. * Soba.
Et congregavit contra eum viros,
Et factus eſt Princeps latronum,
Cum interficeret eos David:
Abieruntque * in Damaſcum, & habitaverunt ibi,
** Deeſt*, in.
Et conſtituerunt eum Regem in Damaſco,
Eratque adverſarius * Iſrahel cunctis diebus Salomonis:
* Iſraeli.
Et hoc eſt malum Adad, & odium contra Iſrahel,
Regnavitque in Syria.
Hieroboam quoque filius Nabath, Ephrataus de Sareda, ſervus Salomonis,
Cujus mater erat nomine * Sarvia
* Sarva.

** Ita habetur in eadem membrana majoribus literis, & prima manu, ad verticem paginæ, more Veterum. Vide Librum III. Regum, cap. XI v. 15. & ſeqq.*

Digitized by Google

Mulier vidua, levavit
manum contra Regem.
Et hæc cauſa rebellionis
adverſus eum,
quia Salomon ædifi-
cavit Mello,
Et coæquavit voraginem
Civitatis David
patris ſui.
Erat autem Hieroboam
vir fortis & potens:
*Lege, adoleſcentem.
Videnſque Salomon * adu-
leſcentem bonæ in-
dolis, & induſtrium,
conſtituerat eum Præ-
fectum ſuper tribu-
ta univerſæ domûs
Joſeph.
Factum eſt igitur in tem-
pore illo, ut Hieroboam
egrederetur de Hie-
ruſalem, & inveni-
ret eum Ahias Silo-
nites Propheta in via

opertus pallio novo:
Erant autem duo
tantùm in agro.
Adpræhendenſque Ahias
pallium ſuum novum,
* quod (ſec. cur. *quo*) opertus erat,
ſcidit in duodecim
partes. Et ait ad Hie-
roboam:
*quo coopertus erat.
Tolle tibi decem ſciſſuras:
Hæc enim dicit Dominus Deus...
Ecce ego ſcindam Regnum
de manu Salomonis, &
dabo tibi decem Tribus.
Porro una Tribus rema-
nebit ei, propter ſer-
vum meum David,
Et Hieruſalem Civitatem,
quam elegi ex omnibus
Tribubus Iſrahel:
Eo quod dereliquerit me,
& adoraverit Aſtha...
Deam Sidoniorum,
Et Chamos Deum Mo......

Veronenſe exſtat in membranis diſſutis, & circa VI. Sæculum exaratis, quas diligenter exſcripſi, cùm in Patria Canonicum Bibliothecarium agerem: Ita autem habet.

Fragmentum libri I. Regum Bibliothecæ Ampliſſimi Capituli Veron. ſcriptum circa VI. ſæculum. Incipit a cap. 18. v. 4.

Variantes lectiones Editionis Cl. Martianæi.
1. *Lege*, balteum.
Nota, quod perſæpè in hoc fragmento legitur B. *pro* V. *&* V. *pro* B. *more veterum: quod ſemel adnotaſſe ſufficiat.*

ET reliqua veſtimenta ſua, uſque ad gla-
dium,
& arcum ſuum, & uſque ad (1) valteum;
Egrediebatur quoque David ad omnia quæ-
cumque miſiſſet eum Saul, & prudenter
ſe agebat: poſuitque eum Saul ſuper vi-
ros belli,
Et acceptus erat in oculis univerſi populi,
maximeque in conſpectu famulorum Saul.
Porro cum reverteretur, percuſſo Phyliſteo,
David, egreſſæ ſunt mulieres de univer-
ſis urbibus Iſtrahel,
Cantantes, choroſque ducentes in occur-
ſum
Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris.
Et præcinebant mulieres ludentes atque
dicentes:
Percuſſit Saul mille, & David decem milia.
Iratus eſt autem Saul nimis,
2. *Editio*, iſte ſermo.
& diſplicuit in oculis ejus (2) ſermo,
dixitque: Dederunt David decem milia, &
mihi
dederunt mille?
quid ei ſupereſt, niſi ſolum Regnum?
Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Da-
vid

a die illa, & deinceps.
Poſt diem autem alteram, invaſit (3) Spi...
malus Saul, & prophetabat; *
David autem (4) pſal...
(* ſicut per ſingulos dies.
Tenebatque Saul lanceam,
& miſit eam, putans quod
configere poſſet David cum pariete,)
Et (5) declinavit a facie ejus ſecundo;
& timuit Saul David, eo quod eſſet Domi-
nus cum eo, & a ſe receſſiſſet.
Amovit ergo eum Saul a ſe, & fecit
eum tribunum ſuper mille viros,
& egrediebatur, & (6) intrabat in con-
ſpectu populi.
In omnibus quoque viis ſuis David pruden-
ter agebat, & Dominus erat cum eo.
Vidit itaque Saul, quod prudens eſſet nimis,
& cæpit cavere eum.
omnis autem Iſrael, & Juda diligebat David;
Ipſe (7) autem egrediebatur, & ingrediebatur
ante eos.
Dixit autem Saul ad David:
Ecce (8) filiam meam majorem Merob,
ipſam dabo tibi uxorem:

3. Spiritus Dei. * *Edit. addit*, in medio domus ſuæ.
4. pſallebat manu ſua.
* *Verba uncinis clauſa detrivit antiquitas*.
5. & declinavit David.
6. ingrediebatur.
7. enim ingrediebatur, & egrediebatur.
8. filia mea major.

tan-

tantummodo eſto vir fortis, & præliare
bella Domini.
1. non ſit manus mea in eum. Saul autem reputabat, dicens:
Non, (1) ſit manus mea in eo, ſed ſit ſu-
2. illum. per (2) eum
manus Phyliſtinorum. Ait autem David
ad Saul:
quis ego ſum, aut quæ eſt vita mea, aut cog-
natio patris mei in Iſrael, ut fiam gener
3. *Supple*, Factum eſt. Regis?
* *Verba unciatis clauſa detrivit vetuſtas.* (3) .... autem tempus, cum deberet
(* dari Merob filia Saul David,
data eſt Adrieli Molathitæ uxor.
Dilexit autem Michol filia Saul
altera David. Et nuntiatum eſt Saul,
4. illi. & placuit ei.)
Dixitque Saul: Dabo eam (4) ei, ut fiat ei in
ſcandalum,
5. dixitque. Et ſit ſuper eum manus Phyliſtinorum.
Dixit (5) autem Saul ad David:
in duabus rebus gener meus eris hodie.
Et mandavit Saul ſervis ſuis:
Loquimini ad David clam me, dicentes:
Ecce places Regi, & omnes ſervi ejus dili-
gunt te.
Nunc ergo eſto gener Regis.
Et locuti ſunt ſervi Saul in auribus David
omnia verba hæc. Et ſit David:
Num parum vobis videtur, generum eſſe
Regis?
Ego autem ſum vir pauper, & tenuis.
Et renuntiaverunt ſervi Saul, dicentes:
Hujuſcemodi verba locutus eſt David.
Dixit autem Saul: Sic loquimini ad David:
Non habet neceſſe Rex ſponſalia,
niſi tantùm centum præputis Phyliſtinorum,
ut fiat ultio de inimicis Regis.
6. In manus. Porro Saul cogitabat tradere David (6) in
manibus Phyliſtinorum.
7. quæ dixerat Saul. Cumque renuntiaſſent ſervi ejus David ver-
ba, (7) quæ diximus, placuit ſermo in
oculis David,
ut fieret gener Regis.
& poſt dies paucos ſurgens David, abiit cum
8. qui ſub eo. viris, (8) qui cum eo erant:
9. percuſſit Philiſthim ducentis viris, attulit. Et percuſſit (9) Phyliſtim in ducentis viris,
& adtulit præputia eorum, & adnumera-
bit ea Regi, ut eſſet gener (10) Regis.
10. gener ejus. Dedit itaque ei Saul Michol filiam ſuam
uxorem.
11. Dominus eſſet. Et vidit Saul, & intellexit, quia (11) Dominus
eſt cum David.
Michol autem filia Saul diligebat eum.
Et Saul magis cœpit timere David:
factuſque eſt Saul inimicus David cunctis die-
bus.
12. egreſſi. & (12) regreſſi ſunt Principes Phyliſtinorum:
a principio autem egreſſionis eorum,
prudentius ſe gerebat David, quam omnes
ſervi Saul,
& celebre factum eſt nomen ejus nimis.
Locutus eſt autem Saul ad Jonathan filiũ ſuũ,
& ad omnes ſervos ſuos, ut occiderent
David.
Porro Jonothan filius Saul diligebat David
valde.
& (13) indicabat Jonathan David, dicens: 13. indicavit.
Quærit Saul Pater meus occidere te:
quapropter obſerva te, quæſo, mane,
& manebis clam, & abſconderis.
Ego autem egrediens ſtabo juxta Patrem
meum, in agro ubicumque fuerit,
Et (14) loquar pro te ad Patrem meum, & 14. & ego loquar de te.
quodcumque videro, (15) indicabo tibi.
Locutus eſt ergo Jonathan de David bona ad 15 nuntiabo.
Saul Patrem ſuum; dixitque ad eum:
ne (16) pecces Rex in ſervum (17) tuum Da- 16. peccet.
vid, quia non peccavit tibi, 17. ſuum.
& opera ejus bona ſunt tibi valde.
& poſuit animam ſuam in manu ſua,
& percuſſit Phyliſteum,
& fecit Dominus ſalutem magnam univer-
ſo Iſrahel:
vidiſti, & lætatus es.
quare ergo peccas in ſanguine innoxio,
interficiens David, qui eſt (18) extra culpa? 18 abſque culpa?
Quod cum audiſſet Saul, placatus voce Jona-
thæ juravit: vivit Dominus, quia non
occidetur.
Vocavit itaque Jonathan David, & indica-
vit ei omnia verba hæc,
Et introduxit Jonathan David ad Saul,
& fuit ante eum, (19) ſicut heri, & nudius 19. ſicut fuerat.
tertius.
Motum eſt autem rurſum bellum,
& egreſſus David, pugnavit (20) contra Phy- 20. adverſus Philiſtim.
liſtim,
percuſſitque eos plaga magna (21) nimis, 21. *Deeſt*, nimis.
& fugerunt a facie ejus.
Et factus eſt Spiritus (22) Dei malus in Saul. 22. Domini.
Sedebat autem in domo ſua, & tenebat lan-
ceam:
porro David pſallebat in manu ſua.
Niſuſque eſt Saul configere lancea David
in pariete,
& declinavit David a facie Saul:
Lancea autem (23) caſſa vulnere perlata eſt 23. caſſo.
(24) in pariete, 24. *Lege* in parietem.
& David (25) fugiit, & ſalvatus eſt nocte ills. 25 fugit.
Miſit ergo Saul (26) ſallites ſuos in Domum 26. *Lege*, ſatellites.
David,
ut cuſtodirent eum, (27) & interficerent 27. & interficeretur, mane.
eum mane. Quod cum adnuntiaſſet
David Michol uxor, ſua dicens:
Niſi ſalvaveris te nocte hac, cras morieris:
depoſuit eum per feneſtram
porro ille abiit, & aufugit, (28) adque ſalva- 28. *Lege*, atque.
tus eſt.
Tulit autem Michol ſtatuam, & (29) poſuit ſu- 29. poſuit eam.
per lectum, & pellem piloſam caprarum
poſuit

Digitized by Google

poſuit ad caput ejus, & operuit eam veſti-
1. Deeſt, ſuis. mentis (1) ſuis. Miſit autem Saul appari-
tores, qui raperent David,
& reſponſum eſt, quod ægrotaret.
Rurſumque Saul miſit nuntios, ut viderent
David, dicens: Adferte eum ad me in
lecto, ut occidatur.
Cumque veniſſent nuntii, inventum eſt ſi-
mulacrum ſuper lectum,
Et pellis caprarum ad caput ejus.
Dixitque Saul ad Michol:
Quare ſic illuſiſti mihi,
& dimiſiſti inimicum meum, ut fugeret?
Et reſpondit Michol ad Saul:
Quia ipſe locutus eſt mihi: dimitte me, alio-
quin interficiam te.
David autem fugiens, ſalvatus eſt, & venit
ad Samuhel in Ramatha,
& nuntiavit ei omnia, quæ fecerat ſibi Saul:
& abierunt ipſe, & Samuhel, & morati ſunt
2. in Najoth. in (2) Nachioth.
Nuntiatum eſt autem Sauli a dicentibus:
3. in Najoth. ecce David in (3) Nachioth in Rama.
Miſit ergo Saul lictores, ut raperent David:
qui cum vidiſſent cuneum Prophetarum
vaticinantium, & Samuhel ſtantem ſuper
eos,
factus eſt (4) etiam in illis Spiritus Domini.
4. ſuper nuntios Saul ſpiritus Dei. Et prophetare cœperunt etiam ipſi.
Quod cum nuntiatum eſſet Sauli, miſit (5)
alios
5. & alios. nuntios: prophetaverunt autem & illi.
6. Ed. addit, & iratus iracundia Saul. Et (6) rurſum Saul miſit tertios nuntios, qui
& ipſi prophetaverunt.
Abiit (7) autem & ipſe in Ramatha,
7. abiit autem etiã ipſe. & venit uſque ad ciſternam magnam,
quæ eſt in (8) Soccoth,
8 Soccho. & interrogavit (9) & dixit: in quo loco ſunt
9 dicens. (10) Samuhel, & David?
10 Samuel. 11. In Najoth ſunt in Rama. Dictumque eſt ei: Ecce in (11) Nachioth
ſunt in Rama,
& abiit in (12) Nachioth in Rama.
12 Najoth. & factus eſt etiam (13) ſuper eos Spiritus
13. ſuper eum. (14) Domini,
14. Dei. & ambulabat ingrediens, & prophetabat
15. Najoth. uſque dum veniret in (15) Nachioth in Rama:
16. & expoliavit ſe etiam ipſe. expoliavit (16) ſe etiam ipſe veſtimentis ſuis,
& (17) prophetabit cum ceteris coram
(18) Samuhel,
17. Lege, prophetavit. & cecinit nudus tota die illa, & nocte:
unde exivit proverbium:
18. Samuele. num & Saul inter Prophetas?
Fugiit (19) autem David de (20) Nachioth
19. fugit. 20. Najoth quæ eſt in Rama. quæ erat in Rama,
venitque (21) & locutus eſt coram Jonathan:
Quid feci? quæ eſt iniquitas mea,
21. veniſſque locutus eſt coram Jonathan. & quod peccatum meum in Patrem tuum,
quia quærit animam meam?
qui (22) dixit; abſit, non morieris;
22. Qui dixit ei. neque enim faciet Pater meus quidquam

grande, vel parvum,
niſi prius indicaverit mihi:
hunc ergo celavit me Pater meus ſermonem
tantummodo?
nequaquam erit iſtud.
Et (23) juravit rurſum David: & ille ait:
Scit profecto Pater tuus quia inveni gratiam 23. juravit Davidi.
in (24) oculis tuis: 24. in conſpectu tuo
& dicet: Neſciat hoc Jonathan, ne forte tri-
ſtetur.
Quin immo vivit Dominus, & vivit anima
tua,
quia * uno tantùm, (ut ita dicam) gradu ego * Cod. qui.
morſque dividimur.
Et ait Jonathan ad David:
quodcumque dixerit mihi anima tua, faciam
tibi.
Dixit autem David ad Jonathan:
ecce Kalendæ craſtino ſunt,
& ego ex more ſedere ſoleo juxta Regem ad
veſcendum:
dimitte ergo me, ut abſcondar in agro uſque
ad veſperam diei tertiæ.
Si (25) requiſiverit me Pater tuus, reſpon- 25 ſi requiſierit me.
debis ei:
rogavit me David, ut iret celeriter in (26) Bet- 26. Bethleem.
hlem Civitatem ſuam,
quia victimæ ſollemnes ibi ſunt univerſis
contribulibus ejus.
Si dixerit, bene: pax erit ſervo tuo.
Si autem fuerit iratus, ſcito, quia completa
eſt malitia ejus:
fac ergo miſericordiam (27) cum ſervum 27. in.
tuum:
quia fœdus Domini me famulum tuum tecum
inire feciſti.
Si autem eſt in me aliqua iniquitas, tu me
interfice,
& ad Patrem tuum ne introducas me.
Et ait Jonathan: Abſit hoc a te: neque enim
fieri poteſt,
ut (28) ſi certo cognovero completam 28. ut ſi certè.
(29) malitiam
Patris mei eſſe contra te, non (30) adnun- 29. Patris mei eſſe malitiam.
tiem tibi.
Reſponditque David ad Jonathan: 30. annuntiem.
Quis (31) renuntiabit mihi, ſi quid forte reſ- 31. nuntiabit.
ponderit tibi Pater tuus dare?
& ait Jonathan ad David:
veni, egrediamur in agrum.
Cumque exiſſent ambo in agrum,
ait Jonathan ad David:
Domine Deus Iſrael, ſi inveſtigavero ſenten-
tiam Patris mei craſtino vel perendie:
& aliquid boni fuerit ſuper David,
& non ſtatim miſero ad te, & notum tibi
fecero, hæc faciat Dominus (32) Jonathan, 32. la Jonathan.
& hæc (33) augeat.
Si autem perſeveraverit Patris mei malitia 33. addat.
adverſum te, revelabo aurem tuam,

& di-

1. ut vadas, in pace. — & dimittam te, (1) ut eas in pacem;
Et ſit Dominus tecum, ſicut fuit cum Patre meo.
2. mihi. — Et ſi vixero, facies (2) mecum miſericordiam Domini:
ſi vero mortuus fuero,
3. a domo. — non auferes miſericordiam tuam (3) de domo mea uſque in ſempiternum,
quando eradicaverit Dominus inimicos David, unumquemque de terra. (4)
Pepigit ergo fœdus Jonathan cum Domo David:
& requiſivit Dominus de manu inimicorum David.
Et addidit Jonathan dejerare David, eo quod diligeret (5) eum . . . . . .

4. *Editio hæc addit:* auferat Jonathan de domo ſua. & requirat Dominus de manu inimicorum David.
5. illum.

Titulus fragmenti Vaticani hìc eſt, *Liber Tertius*, quo valde ſum admiratus, cùm S. Hieronymus adornans Veteris Teſtamenti Verſionem ex Hebræo, in duos tantùm Libros (quorum primus dicitur *Samuel*, alter verò *Malachim*) totam diviſerit Regnorum Hiſtoriam, ad normam Hebraicæ veritatis, ut ipſe teſtatur in Prologo Galeato, inquiens: *Tertius ſequitur* Samuel, *quem nos Regnorum Primum, & Secundum dicimus. Quartus* Malachim, *ideſt Regum, qui Tertio, & Quarto Regnorum volumine continetur*. Et paulo infra: *Lege ergo primum Samuel, & Malachim noſtrum.* Soli LXX. Seniores, & conditor Antiquæ Latinæ Vulgatæ Editionis, Libros Regum in quatuor ſecuerunt. Id autem videre licet in duobus Codicibus, Veronenſi, & * Toletano. Horum Secundi Variantes omnes Lectiones dedi pag. XLIX. & ſeq. unà cum Præfatione Chriſtophori Palomares; primi verò (qui S. Hieronymi eſt ferè æqualis) jam meminit ſub initium Præfationis ſuæ Vir eruditiſſimus Jacobus Vallarſius in Tomo IX. Operum S. Hieronymi hiſce diebus in lucem edito, ita ad rem noſtram ſcribens. „ Quod porro (Codex Veron.) germanam exhibeat Hieronymi Translationem, innumeris propemodum argumentis evincimus, quorum inſigniora quædam, quæ ex ipſo contextu elucent, in notis proponimus obſervanda: nunc illud quod petitur ex tota Codicis ſtructura, indicemus. Ac primùm in duos tantùm libros, quorum alter *Samuel* inſcribitur, alter *Malachim*, totam Regnorum hiſtoriam tribuit; nimirum ut fert Hebraicum exemplar, quod Hieronymus affectabat, monetque in Præfatione a ſe præſtitum; non, ut Vulgata, in quatuor, quod antea ex τῶν LXX. partitione obtinebat. Deinde cum Veteris ante Hieronymum diviſionis monere Antiquarius voluit, hoc ipſo monuit, teſtatuſque eſt luculenter, quam perſcribebat, Hieronymianam Verſionem eſſe. Initio libri apud nos ſecundi, infectis minio prioribus verbis, *Factum eſt*, è regione adnotavit, *In antiquis exemplaribus hìc incipit liber ſecundus*. Neque vero antiqua, niſi ad novæ Verſionis reſpectum, exemplaria diceret: neque alia tum poterant, aut antiqua appellari, niſi quæ pridem obtinuerant ex Græco derivata, aut alia nova, quàm quæ dudum ex Hebræo S. Pater excuderat. Idipſum ad locum, ubi Quartus Liber incipit in Vulgatis, fortaſſe autem manifeſtius docuit, hac ad oram Codicis adnotatione: *Hìc finit liber tertius ſecundum LXX.* Nempe quæ ſuperius antiqua dixerat exemplaria, ea nunc vocat de nomine, quæ a Septuagintavirali translatione fluxerunt, infertque adeo, quod præ manibus habebat, eſſe ad Hebraici textûs normam adornatum, quod Hebraici textûs, non Græci partitionem teneat; re enim vera nulla eſt in Codice alia inſcriptio, quàm iſthæc ad finem libri in Vulgata ſecundi: *Finit liber Samuel. Incipit liber Malachim.* „ Qui plura ſcire deſiderat, legat laudatam Conterranei mei Præfationem. Ne quis tamen fortaſſe putet, in commemorandis vetuſtioribus Codicibus Mss. (ad quos exigenda erit Pars III. iſtarum VINDICIARUM) Hieronymianæ Verſionis, prætermiſſum fuiſſe a nobis tam inſigne Hebræi Canonis monumentum, hìc non ad captandam aurulam gloriæ, ſed amore veritatis cogimur enarrare, ipſum Codicem anno Domini 1728. dum Veronæ Canonici Bibliothecarii munere fungeremur, a nobis primùm cum Editione Cl. Martianæi fuiſſe collatum: ſed, quoniam amico-

* *Vide paginā CCXII. hujus Editionis.*

rum eſſe debent omnia communia, ingentem nudamque variarum lectionum ſylvam, quam ipſi non ſine improbo labore confeceramus, libenti volentique animo cum eodem Vallarſio communicavimus, unà cum collatione alterius inſignis Codicis Capitularis, quo S. Hieronymi Liber continebatur *de Viris Illuſtribus*, atque Indiculus ille Poſſidii, in nova Editione Veneta Operum S. Auguſtini recuſus, in qua de eodem in monito ad Lectorem nos multa conſcripſimus. * Quocirca laudato Vallarſio ego maximam gratiam habere debeo, quòd adhibitis (ut puto) noſtris utriuſque Voluminis variis lectionibus, earum ope, quidquid depravatum atque corruptum in præcedenti S. Hieronymi Editione videbatur, priſtinæ integritati reſtituerit, atque omnia pro ſua ſingulari eruditione Notis inſignibus illuſtraverit. Veritatem pinxi coloribus ſuis; amicum penicillo meo.

* Vide etiā noſtr-m Appendicem ad *Opera varia Sirmondi*, Tomo IV. pag 547. & ſeqq Venetæ Editionis anni 1728.

Jam nunc efficiam, quod ſæpe viatoribus, cum properant, evenire ſolet, ut, ſi ſeriùs fortaſſe quàm voluerunt, è cubili ſurrexerint, properando in itinere, etiam citiùs, quàm ſi de ſummo mane evigilaſſent, perveniant, quò velint: ſcilicet ego, quoniam in colendo Editore atque illuſtratore inſignis Codicis Veronenſis acquievi diù, Epiſtolaris officii brevitate me excitante, nunc curſu corrigam tarditatem; atque illud, de quo principio mirabar, nihil diſſimulans, nihil occultans, Tibi, Vir Præſtantiſſime, ſignificabo. Attendebam ad titulum fragmenti Vaticani, qui erat hujuſmodi, LIBER TERTIUS; conſiderabam veterem ſtichometriam: & utrumque erat ad inſtar Italæ, ac Græcæ Verſionis τῶν Ο': utrunque non ad Hieronymianam Verſionem ex Hebræo aſſerendam, ſed ad infirmandam potius accomodatum. Quare aliud quiddam ſtatuere volebam, ſcilicet illo antiquiſſimo folio recitati Codicis Vaticani contineri particulam Antiquæ Italæ Tranſlationis, a S. Hieronymo (antequàm verteret Canonem Hebræum) ad Hexaplarem LXX. Interpretum Editionem exactæ. Ipſe enim S. Doctor non integros Regnorum Libros ex Græco Latinos fecit, ſed Septuagintavirali Adamantii pumice eos tantummodo perpolivit. Verùm de iſtis cogitationibus meis tuum judicium exſpecto, idque liberum. Nam inquirendæ veritatis amore magis impulſus ego putavi eas ad Te ſcribere, quàm quòd arbitrarer, Te earumdem pondere poſſe in meâ ſententiâ obfirmari. Nunc autem, quoniam præteritam culpam prolixitatis videri volo redimere, nova quædam de reliquis hujuſce Operis Partibus meæ mentis cogitata jampridem, præſenti maturo tempore breviſſimè enuntiabo. Quare, poſtquam hac Epiſtolâ Tibi, Vir Sapientiſſime, oſtendi quaſi velo quodam obductam formam ipſam ac faciem *Tertiæ Partis mearum Vindiciarum* (quæ cùm edita erit in lucem, ac veluti detectâ fronte cernetur, ob ingentem antiquiſſimorum Codicum vim, auro gemmiſque nitidior, mirabiles amores excitabit), ſequar jam, poſtpoſitâ *IV. Parte*, quæ tota *de Antiqua Latina Itala* futura eſt, ante indicare Tibi, qui ſint Veteris Teſtamenti Libri a S. Hieronymo è Chaldaico in latinum ſermonem converſi, de quibus in *V. Parte* erit agendi locus. Quæres fortaſſe, cur ego de duabus iſtis partibus inverſo ordine ſcribam? ſed ratio valdè probabilis reddi poteſt, ne ſcilicet de *Itala* cogar bis valdè faſtidioſum Tecum inire ſermonem; neve, loco novarum epularum, menſæ recoctam crambem apponam. Igitur duo ſunt libri, Tobias ſcilicet, & Judith, quos S. Hieronymus ex Chaldæo idiomate Latinos fecit; de quibus nunc eſt diſſerendum. Atque, ut Antiqui Latini Interpretis inquiſitio & inveſtigatio inſimul dilucidè pateſiat, proferam monumentum hactenus ignoratum, firmumque jaciam fundamentum, quod erit columen Divinæ S. Hieronymi Tranſlationis, a Cl. Martianæo juxta Vaticanum Lat. Exemplar evulgatæ. Rem narro; atque eorum Librorum, quos duos dixi, naturam Verſionis inquiro. Ut autem ordo ſervetur, primus eſto Liber Tobiæ.

Hujus archetypum Exemplar Chaldæum (quod curſu ſæculorum interiit) S. Hieronymus latinè vertendum ſuſcepit, miniſterio uſus hominis ejus linguæ peri-

Digitized by Google

ritiſſimi;quoHebraicè librum reddente,ipſe latinis literis *unius diei labore* donavit; ut novimus ex Præfatione eidem Libro præfixa, quam ipſe ad Chromatium & Heliodorum Epiſcopos dedit. ,, *Mirari* (inquit) *non deſino exactionis veſtræ inſtantiam. Exigitis enim, ut librum Chaldæo ſermone conſcriptum, ad Latinum ſtylum traham, Librum utique Tobiæ: quem Hebræi de catalogo Divinarum Scripturarum ſecantes, his, quæ apocrypha memorant, manciparunt. Feci ſatis deſiderio veſtro, non tamen meo ſtudio. Arguunt enim nos Hebræorum ſtudia: & imputant nobis, contra ſuum canonem Latinis auribus iſta tranſferre. Sed melius eſſe judicans Phariſæorum diſplicere judicio, & Epiſcoporum juſſionibus deſervire, inſtiti, ut potui. Et quia vicina eſt Chaldæorum lingua ſermoni Hebraico, utriuſque linguæ peritiſſimum loquacem reperiens, unius diei laborem arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expreſſit, hoc ego, accito notario, ſermonibus Latinis expoſui. Orationibus veſtris mercedem hujus operis compenſabo, cùm gratum vobis didicero, me, quod jubere eſtis dignati, compleſſe.*

Huic Verſioni (quæ modò obtinet in Vulgata) Divina auctoritas unanimi Eccleſiarum conſenſione per ſacroſanctum Concilium Tridentinum aſſerta eſt. In ea nihil offendi, nihil diſplicere, nihil animadverti poteſt quoad mores, & fidem: ipſa enim incorruptam antiquitatem conſervat, & (ut inquit Cl. Auguſtinus Calmet in Proleg. in Tobiam) *ſimpliciſſima eſt omnium, & maximè perſpicua, alienis incertiſque narrationibus libera, quibus ſuſpicionis aliquid induci poſſe videtur. Abeſt proinde ab omni corruptionis notâ, cui ceteræ Editiones obnoxiæ ſunt.*

Antiqua Latina Translatio, quæ olim ante S. Hieronymum obtinebat, ex Græco adornata, ſola ante Sanctum Doctorem Canonica habebatur. Hujus aliqua apud veteres Patres ſuperſunt fragmenta. Varia quandoque in variis Exemplaribus erat; ſed multo plures, majoreſque occurrebant differentiæ in libro Tobiæ, quàm in reliquis libris. Cl.Martianæus integrum ejus exemplum ex authographo Ms.Bibliothecæ S.Germani Pariſienſis cum Cl. Calmet communicavit. Eſt autem,ut ipſe ait, ſatis quidem illud Græcæ Vaticanæ Editioni conſentiens, diſſentiens tamen in multis: modò enim narrationis ſeries contractior, modò prolixior exhibetur: plura præterit, quæ in Græco, & Vulgata leguntur; plura addit, fruſtra in illis quærenda. Quâ conjecturâ intelligimus, ſive adornatam eſſe Verſionem ex Græco a ceteris diverſu, ſive ejus Authorem minus literæ ſervire voluiſſe. Barbaro ſtylo etiam exarata eſt, & ſummam Latinæ Linguæ corruptionem exhibet: quin & nomina propria quandoque corrumpit. Ita pro Sennacheribo legit *Altarim*, & pro Nabat, *Navis*. Inſinuare videtur *, Sennacheribum, ex Judæa reducem, in urbe Charan ſive *Nacharim* neci traditum fuiſſe. Legimus etiam ibi- * Tobiæ Cap. XI. v.15.20.
dem, *Amoſum* oracula fudiſſe Bethlehemi: denique duo poſtrema Libri capita, & duodecimi partem omittit. Ita inſcribitur: *Liber Actorum Tobiæ, filii Ananielis, filii Gabrielis, de Tribu Nephtalim.*

Capite I. Ver.1. fert,Tobiam virum fuiſſe è *Viel*,ad dexteram UrbisNephtali, & ad lævam *Rafain*. Ver.2. legit in prima perſona,quod in tertia exhibet Vulgata; *Viam veritatis non deſerui: impertivi fratribus meis*: & ſic deinceps. V.7. dicit, Tobiam detuliſſe Jeroſolymam Primò primitias & decimas gregum, boum, & arietum, & decimam lanæ ovium; has autem Sacerdotibus: Secundò diſtribuiſſe Levitis, quicquid conſuetudine debebatur, è frumento, vino, oleo, ficubus, malogranatis, aliiſque: Tertiò ſecundam decimam ſexto quoque anno in pecuniam redegiſſe, eamque pecuniam erogaſſe in loco Sancto: Quarto denique ſingulis bienniis decimam diſtribuiſſe inter proſelytos, orphanos, & viduas. Verſu 9. ait, accepiſſe uxorem poſtquam *juvenis* factus fuit. Ver. 17. indicare videtur Textus Vulgatæ, Tobiam ſub privatæ ſyngraphæ fide pecuniam Gabelo ſolviſſe. Sed Cod.

de quo

de quo ſcribo, depoſiti loco tradita narrat *decem talenta in auro* Gabelo filio Gabeli. Ver. 18. Filius & ſucceſſor Salmanaſari, *Nachor* appellatur.

Cap. II. Feſtum illud ſolemne (de quo verſu 1.), lautiore convivio celebratum dicitur in Feſto Pentecoſtes. Ver. 4. poſt delatum a Tobia cadaver in domum a ſua alienam, donec nox ſubiret, fertur, ipſum manus ante cibum laviſſe. Ver. 19. ait, quòd *Anna uxor* Tobiæ *mercede ſerviebat* (in alienis domibus) *operibus mulierum* (lanificio videlicet, ac textrinâ), *&* quòd *mittebant, & ducebant eam ad texendum*. Ver. 20. Notat, hœdum, de quo ibi eſt ſermo, uxori Tobiæ additum fuiſſe mercedi conſuetæ, eamque fert abſolviſſe opus die ſeptimâ menſis: Tobiam verò numquam credere potuiſſe, hœdum in mercedis incrementum uxori datum fuiſſe.

Cap. III. Ver. 6. Orationem Tobiæ recitat verbis paulo aliis. En aliquid, quod in Editione Vulgata non legitur: *præcipe abſolvi me de neceſſitate jam in æternum locum: ne avertas faciem tuam a me; præſtat enim me mori, quàm audire tot improperia, & tot mala perferre*. Ver. 7. Sara morari dicitur *Ecbatanis*. Ver. 10. poſtquam Sara perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ, de ea fert iſta: *& voluit laqueo vitam finire* Ver. 12. dicit Saram oraſse *ad feneſtram* cubiculi. Ver. 16. paria fert cum Verſinne Syriacâ (quæ nunquam a Græco recedit): & ab hoc verſu, uſque ad 24. nihil habet eorum, quæ leguntur in Vulgata.

Cap. IV. Ver. 1. in Græca Edit. legitur: *In illa die recordatus eſt Tobias de argento, quod depoſuerat apud Gabelum in Rages Mediæ; & dixit in ſe ipſo: ego petii mortem: cur non voco Tobiam filium meum, ut ei indicem, priusquàm ego moriar? Et vocans eum, dixit: Fili, ſi mortuus fuero, ſepeli me, & ne deſpicias matrem tuam*. Gemina habentur in Veteri Verſione Lat. Codicis S. Germ. cujus præcipuas variantes lectiones ex Calmeto ſumma fide deſcriptas hic proſequor exhibere. Ver. 5. illis verbis, *ſepelias eam circa me*, addit, *uno ſepulcro*. Ver. 12. inquit: *munus bonum eſt eleemoſyna omnibus, qui faciunt eam coram ſummo Deo*, (ideſt eleemoſyna coram ſummo Deo facta, munus eſt bonum; vel, eſt munus bonum coram Deo eleemoſyna.) Ver. 13. fert cum Verſione Græca fuſius: *Attende tibi, fili, ab omni fornicatione: & uxorem primùm accipe de ſemine patrum tuorum: non accipias uxorem alienam, quæ non eſt de Tribu Patris tui, quoniam filii Prophetarum ſumus. Noë, Abraham, Iſaac, Jacob, iſti Patres noſtri a ſæculo. Memento fili, quia ipſi omnes acceperunt uxores de fratribus ſuis, & benedicti ſunt in filiis ſuis, & ſemen eorum hæreditabit terram. Et nunc, fili, dilige fratres tuos*. Ver. 16. ait: *& quod oderis, alii ne feceris; & non committas te in nequitia in omni vita tua*. Ver. 22. pecuniam Gabelo commendatam intelligit depoſiti loco, non lege mutui, datâ fide chirographi; habet enim: *Indico tibi commendaſſe me decem talenta in auro Gabelo filio Gabeli in Rages*.

Cap. V. Ver. 3. dicit datum fuiſſe chirographum utrimque, alterum quidem a Gabelo, alterum verò a Tobia, qui ſyngrapham ſimul, & pecuniam tradiderit; additque ante ſex & viginti annos depoſitum ejuſmodi creditum fuiſſe. Ver. 7. fert, Tobiæ interroganti unde eſſet, reſpondiſſe Angelum, ſe unum eſſe è filiis Iſraëlis, fratribus ejus, & dixiſſe, *veni huc, ut operer*. Ver. 8. habet cum Hebræo Textu Munſteri: *Rages Provincia Medorum, eſtque iter duorum dierum ab Ecbatanis, uſque ad Rages; & Rages quidem eſt in montanis; Ecbatana autem in planitie campi*. Ver. 11. ingredientem Raphaëlem primùm a Tobia ſalutatum fert; cui Angelus parem ſalutationem rependit, omnem gaudii copiam illi optans. Ver. 19. habet, *Frater meus es, bonâque familiâ. Noſti Ananiam, & Athaniam, qui ſunt in Jeruſalem? Reſpondit ei Angelus: mecum orabant, & nunquam receſſerant ab opere ſuo* (ab officio) *Fratres noſtri ſunt. Dixit ei Tobias: Ex bonora-*

norabili genere es: ſis benedictus. Drachmam quotidie, & omnem viæ neceſſitatem dabo tibi, & filio meo. Ver. 23. *Quid emiſiſti filium noſtrum? an non virgam anûs noſtræ eſt in ingrediendo ipſum, & egrediendo coram nobis.* Ver. 24. fert: *nunquam eſſet pecunia illa, ſed purgamento ſit filio meo.*

Cap. VI. Ver. 8. jungit ſimul *cor & jecur*. Ver. 11. *novit Raguel, quia non dabit eam viro alteri, juxta Legem Moyſi, vel reus erit mortis; quoniam hæreditatem tibi convenit accipere, quàm omnem hominem.* Ver. 15. *timeo, ne ingreſſus moriar, ſicut priores; quoniam Dæmonium diligit eam, quod non nocet cuiquam, niſi accedentibus ad eam.* Ver. 18. *Si ingreſſus fueris in thalamum, ſumes cinerem thymiamatum, & ſuppones de corde, & jecore piſcis, & facies fumigare, & olfaciet Dæmonium, & fugiet, & non redibit iterum in ſæculum ſæculi. Qando autem accedes ad eam, ſurgite utrique, & clamate ad miſericordem Deum, & ſalvabit vos, & miſerebitur. Ne timeas, quoniam tibi hæc parata fuit a ſæculo, & tu ipſam ſalvabis, & ibit tecum: & exiſtimo quia tibi erunt ex ea filii. Et ut audivit Tobias hæc, dilexit eam, & anima ipſius adhæſit valde ei, & venit in Ecbatana.*

Cap. VII. Ver. 1. exhibet Raguelem ſedentem in ædium limine, qui ſalutatos hoſpites invitavit, & introduxit. Ver. 5. Anna uxor Raguelis interrogat, reſpondetque. Ver. 7. Raguel invadens collum juvenis, amplectitur plorans, ac benedictionem illi imprecatur, utpote filio viri optimi, & probi; lugetque grave infortunium, ut juſtus adeo, & munificus homo lucis uſuram amiſerit. Ver. 18. jubetur tantum parari cubiculum, & eò filiam introduci. (parari ſcilicet cubiculum nuptiale ubi thorus, aliud ab eo inquo cœnabant)

Cap. VIII. Ver. 3. fert, Dæmonem abiiſſe in Ægyptum ſuperiorem, quò illum ſecutus Raphaël, catenis vinxit, ac ſtatim rediit. Ver. 4 *ut autem clauſi ſunt utrique, ſurrexit Tobias de lecto, & dixit: ſurge &c.* Ver. 16. ubi de benedictione Dei, ſolùm de Raguele fit mentio. Ver. 21. legitur Raguelem mandaſſe uxori ſuæ, ut panes plures conficeret; ipſum vero e grege vaccas duas, arietes quatuor attoliſſe, ut in convivium pararentur. Additur, adjuraſſe Tobiam, ne abiret quatuordecim illis diebus, ſed maneret ſecum in cibo, potuque, exhilarans patrem, & filiam, hactenus acutiſſimo dolore cruciatam: acciperet rerum ſuarum dimidium; ac deinde incolumis rediret ad patrem. Spopondit denique, poſt mortem ſuam & uxoris, illum reliquam hæreditatem aſſecuturum.

Cap. IX Ver. 3. legit: *accipe duos camelos, & quatuor ſervos.* Ver. 6. *protulit arculas in ſigillis, & dedit eis.*

Cap. X. Ver. 1. *ne forte detentus eſt ibi?*

Cap. XI. Ver. 1. *ibat Caracha, quæ eſt Civitas in Ninive.* Ver. 18. ſententiâ Vulgatæ planè oppoſitâ fert, Saram eadem die perveniſſe, eique venienti obviam utrumque Tobiam procurriſſe. Ver. 21. *conſummatæ ſunt nuptiæ cum hilaritate ſeptem diebus, & data ſunt illi munera multa.*

Cap. XII. Ver. 2. Græcæ Verſioni conſentit. Ver. 6. Reliqua hujus capitis, & duo ſequentia pauciſſimis verbis corripit, complectiturque, dicens: Raphaëlem, utroque Tobiâ accito, illis expoſuiſſe, quandoquidem abjecta cubilis requie, poſtpoſitoque cibo ſollicitè cadavera ſepulturæ causâ conquiſiſſent, ſe idcircò miſſum fuiſſe, tum ut ipſos probaret, cùm ut ſanaret, ac utrum vexatione liberaret. Scirent, ſe Raphaëlem eſſe, unum e ſeptem Angelis, qui coram Divino fulgore adſiſtunt. Inopinatâ oratione turbatos, territoſque utrumque Tobiam, prono ore ſeſe humi ſtraviſſe; Raphaële interim illos animis confirmante, & pacem nunciante. Deum commendarent nullâ non viræ ſuæ die, ejuſque laudes ingeminarent. *Videbatis*, ait, *me, quia manducabam, ſed viſu veſtro videbatis;* ideſt ſpeciem exhibebam comedentis, cùm revera non comederem. Tum iterum hortatur, ut Deum commendent, ejuſque clementiam inter homines cele-

celebrent, Se redire ad eum, à quo miſſus fuerat; ipſi verò ſcriberent quæ ſibi contigerant. His Angeli verbis ad Tobiam narratis, additur, ſcriptam ab eodem Tobia orationem, gaudii ſui monumentum, qua in Dei laudes in æternitate magni, cujus eſt ſæculorum omnium regnum, unumquemque appellabat. Ipſum eſſe, qui cædit, & qui miſeretur; qui deducit ad ſepulcrum, & majeſtate ſuâ graviſſimis infortuniis liberat; cujus è manibus nemo quit evadere. Denique totum Opus ita clauditur: *Finis Tobiæ Juſti*.

Hæc, Sapientiſſime Præſul ſunt præcipua in Codice San-Germanenſi diverſitatis, ac interpolationis indicia: ſed multo plura, & majora viderentur, ſi univerſas Lectiones Domnus Auguſtinus Calmet in ſuum Literalem Commentarium intuliſſet. Porro in illo Exemplari ita confuſa ſunt omnia, ac perturbata, ita aucta, atque imminuta, ut fere nihil certum habeatur. Barbaries quoque, & inſolentia verborum obſcuritatem affert, ac denſas tenebras parit. Quæ eſſet antiqua Latina tranſlatio Libri Tobiæ, de ea, quoniam me pervetuſtus Codex admonuit, te commonebo. Exemplar decimi ſæculi teſtem venire ad teſtimonium dicendum volo. Exſtat in Bibliotheca Vaticana, cui Alexandri VIII. Pont. Max. munere ex libris Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Suecorum acceſſit. Ita autem habet.

Ex Codice Regio-Vaticano ſcripto circa X. Sæculum, pag. 44. & ſeqq.

1. *Abundat.*

In Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, incipit Liber ((1) Tobiæ)

2. *Cod. San-Ger. de quo ſupra*, Ananielis. *juxta Gr. Vat.*
3. *Cod.* in viam.

TObis filii Tobiel, filii (2) Naniel, filii Gabiel, filii Siel, filii Gabaliel, ex Tribu Neptalim, qui captivus ductus eſt in diebus Salmanaſſar Regis Aſſyriorum ex Gebuel Civitate, quæ eſt a dextera parte (*a*) Cydiſſi Civitate ex Neptalim, quæ eſt ſuper Galilæam, ſuper Naaſor poſita, quæ eſt ad occidentem Solem, a ſiniſtra parte Raphain. Ego Tobias (3) in via veritatis, & juſtitiæ ambulabam omnibus diebus vitæ meæ; & elemoſynas multas feci fratribus meis, & Genti meæ, qui mecum ibant in Civitate in Terram Aſſyriorum. Et cum eſſem in Terra mea Iſrael juvenis, tota Tribus Neptalim Patris mei (4) receſſit a Domo David, & Civitate Hieruſalem electa ex omnibus Tribubus Iſrael, ubi Ara omnibus Tribubus ſanctificata erat in ſempiterno, cùm Templum excelſi Dei ædificatum eſt, ut ſacrificarent in ipſa in omni progenie ſempiterna: & omnes fratres mei, & Domus Neptalim patris mei ſacrificabant in Dan Vitulo aureo, quem fecit Jeroboam Rex Iſrael in Dan, & in excelſo omnium Gentium Galilææ. Ego ſolus ibam aliquotiens in Hieroſolimam in diebus feſtis, (ſicut ſcriptum eſt (5) omnibus Iſrael in mandatis ſempiternis, ut dent (6) initia primogenita pecorum) & proficiſcebar a me in Hieroſolima, & dabam (7) decimas Sacerdotibus filiis Aaron ad Aram: & decimam frumenti, vini, & olei, & fici, & maligranati, & (8) graudis dabam filiis Levi ſervientibus Domino in Hieruſalem; & decimam dabam pecuniam; & ibam, & impendebam illam omnibus annis: (9) tertiam autem decimam dabam orfanis, & proſelytis adpoſitis in Iſrahel: inferebam, & dabam illis in tertio anno; & manducabam ſecundùm præceptum, quod ſcriptum eſt de illis in Lege Moyſi, ſecundùm mandata, quæ mandaverat me Danihel, cum orfanum me dereliquerat Pater meus moriens. Et ſic factus ſum juvenis, & accepi Annam uxorem ex ſemine Patrum noſtrorum, & generavi ex illa filium, & vocavi nomen illius Tobiam. Poſtquam captus eſſem ab Aſſyriis, & (1) cum

4. *Cod.* receſſi. *Gr. Vatic.* ἀπέστη.
5. *Lege*, omni, *cum Gr. Vatic.*
6. *Cod.* initiæ. *Gr. Vatic.* primitias.
7. *Cod.* decimis.
8. *Hic cubat mendum: lege, ſi lubet*, granea.
9. *Cod.* tertia autem decimam: *Gr. Vatic.* ut in Textu.

(*a*) *Urbs Nephtali, ipſa eſt, quæ dicitur* Cades. *Erat autem ceu Metropolis univerſæ Tribûs: quare appellatur in Scripturis Sanctis*, Cades Nephtali. *Nec fortè alia eſt a* Cadyti *Herodoti lib.2. c.159.*

& (1) cum captivus ibi morater in Ninive, (2) (&) omnes fratres mei manducabant ex panibus Gentlum. Ego autem conſervavi animam meam, ne manducarem panes Gentium; & memor eram Dei in tota anima mea. Et dedit mihi Dominus excelſus Deus gratiam, & ſpeciem ante conſpectum Salmanaſſar Regis Aſſyriorum; & emebam illi quæcunque volebat in uſus ſuos, & ibam in Medis, & emebam illi inde omnia, quæ jubebat, uſque dum moreretur. Et commendavi Gabelo fratri, (3) & Gabin in Terra Medorum pecuniam talenta decem argenti. Et cum defunctus eſſet Salmanaſſar Rex Aſſyriorum, regnavit Senacherim filius illius pro illo; & viæ terræ Medorum (4) receſſerant, & nemo poterat ire jam in Mediam in diebus, quibus defunctus eſt. Ego autem multas elemoſynas feci (5)..... qui erant ex Gente mea, & panes meos dabam eſurientibus, & dabam veſtimenta nudis orphanis; &, ſi quem ex Gente mea videbam mortuum projectum poſt murum Ninive, ſepelliebam illum: & ſi quem occidiſſet Senacherim Rex, tunc ibam fugiens in diebus judicii, quod fecit Dominus Rex Cœli de blaſphemiis, quibus (6) blaſphemavit: (multos enim jugulavit in ira ſua ex filiis Iſrael) & curabam corpora illorum, & ſepelliebam: & quærebat illa Senacherim Rex, & non inveniebat. Et abiit quidam ex Ninive, indicavit Regi de me, quòd ego ſepellirem mortuos. Quod cum (7) reſciviſſem, abſcondi me, (8) eum requiri me juſſerat Rex, & occidere: & timui, & refugi, & direpta ſunt omnia quæcunque habui in fiſco Regis; & non eſt derelictum mihi nihil, niſi Anna uxor mea, & Tobias filius meus. Et latui diebus quadraginta quinque, quouſque filii illius occidiſſent illum, & fugiſſent in montem Arath. Et regnavit Achenoſſar filius illius pro illo, & conſtituit Achicarum filium Anael fratris mei ſuper exactionem Regni; & ipſe habebat poteſtatem (9) ex omnem Regionem. Tunc loquutus eſt (10) Acharus pro me. Tunc deſcendi in Ninive, & erat amicus meus, qui erat (11) Præpoſitus ſuper (12) anulus, & Procurator; & ſuaſi Regi Aſyriorum, & præſtituit me Rex Acedonoſſar iterum. Erat autem Achicarus compatruelis meus, ex cognatione mea, & ex cognatione Regis; & deſcendi in Domum meam, & (a) reddita mihi eſt Anna uxor mea, & Tobias filius meus: & in Pentecoſten, (13) quæ eſt ſola ſancta ſeptimanarum, factum eſt mihi prandium bonum, & recubui prandere. Poſita eſt mihi menſa, & dixi Tobiæ filio: Vade, adduc quemcunque inveneris pauperem ex fratribus noſtris, qui ſunt in Ninive captivi, qui reminiſcuntur in toto corde Dominum ſuum, ut manducent nobiſcum prandium, quod eſt. Suſtineo te fili, donec venias. Et abiit Tobias, ut quæreret aliquem (14) pauperorum ex fratribus noſtris: & reverſus, dixit mihi, Pater (15) quis es tu? & dixi illi: Ecce ſum fili. Et reſpondens, dixit; Ecce unus ex fratribus noſtris occiſus, projectus: & ipſum vidi quomodo ſuffocatus eſt, & proſilii, & reliqui prandium, antequam guſtarem ipſum, & ſuſtuli illum de platea in domum, uſque dum ſol occideret, ut ſepellirem illum: & reverſus ſum, & manducavi panem meum cum luctu, & tremore, memoratus (16) ſum verborum Prophetæ, (17) quod loquutus eſt ad Moyſen in Bethel, dicens: Convertentur omnes viæ veſtræ in luctum, & ſemitæ veſtræ in planctum: & ploravi, &, cum occidiſſet Sol, abii, & fodi, & ſepellivi illum; & propinqui mei deridebant, dicentes: Non timet hic, jam qui quærebatur, ut occideretur propter hanc rem, & fugerat; & ecce ſepellit iterum mortuos. Et ea nocte (18) locutus ſum poſtquam ſepellivi illum, & intravi in domum meam, & dormiebam juxta parietem Domus meæ, & faciem meam nudam habebam propter æſtum: & neſciebam, quoniam (19) paſſeres ſuper me erant, quorum ſtercora reſederunt calida in oculis meis; & contigit, ut induerent albuginem oculi mei. (20) Cotidie autem Abamad Medicus aderat, ut curaret; & quando (21) inunguebar cum medicamen-

1. *Lege*, con captivus, *vel*, cum captivis.
2. &, *abundat*.
3. *Cod. San-Germ.* Gabeli. *Gr. Vatic.* Fratello. *Lege*, Fratri Gabeli, & filio Gabin, *ut conſtat ex fine pag. CCCXLIX.*
4. *Cod. San-Germ.* inconſtantes erant.
5. *Supple ex G Vat.* fratribus meis.
6. *Subaudi*, Iſrahel.
7. *Cod.* receſſiſſem.
8. *Lege*, quoniam.
9. *Lege*, in omnem, *cum G. Vat.*
10. *Lege*, Achicarus, *ut ſupra juxta Text. Hebr. Maſteri.*
11. *Cod.* propoſitus.
12. *lege*, ſuper annulo, *cum Gr. Vatic.*
13. *Dies* Pentecoſtes, *Feſtum Hebdomadarũ ab Judæis appellabatur.*
14. *Lege*, pauperum.
15. *Forte legendum*, ubi es tu? *Ib. Gr. Vat.* projectus eſt.
16. *Tò* ſum, *abundare videtur.*
17. *Lege*, qui, *vel* quæ.
18. *lege ſi placet*, lotus ſum.
19. *Cod.* paſſeris.
20. *Lege*, quotidie.
21. *more veterum.*

(a) *Textus quoque Hebræus Fragii reſtitutam illi fuiſſe uxorem, & filium narrat: ſed id repugnat his, quæ paulò ſuperiùs leguntur, ſcilicet linea 21. hujus paginæ.*

eamentis, tanto magis excæcabantur oculi mei, & albicabant, quoaduſque excæcaverunt me. Et etam inutilis per annos quatuor; & omnes fratres mei, & amici dolebant pro me, & Achicarus paſcebat me, & pavit me biennium, antequam (1) irent in Elimaida. Et in illo tempore Anna uxor mea operabatur operibus (2) muliebribus, lanam faciens, & conducens telas texendas, & ex mercedibus ſuis paſcebat me: quæ accipiebat, & texebat; & cum detexiſſet, remittebat Domino rerum, & ille mercedem dabat ei: & in ſeptimo die detexuit telam, & miſit: & illi dederunt ei mercedem totam, & inſuper dederunt ei ad manducandum hædum; & cum intraſſet ad me, cœpit hædus (3) belare. Et vocavi illam, & dixi: Unde eſt hædus hic, qui belat? ne fortè furtivus ſit? Redde eum Dominis ſuis; non licet nobis manducare furtivum. Et illa dixit; mihi datus eſt pro mercede mea: & non credebam, ut reſtitueret illum Dominis ſuis; & contendebam cum illa propter hædum. Et reſpondens, dixit mihi: Ubi ſunt elemoſynæ tuæ? Ecce omnia ſuper te nota ſunt. Et triſtis factus ſum animo: & ſuſpirans ploravi; & intravi in aulam meam, & cœpi orare cum ſuſpirio animæ meæ, & dixi: Juſtus es Domine, & omnia opera tua magna ſunt, & viæ tuæ veritate plenæ ſunt; & tu judicabis ſæculum. Et nunc, Domine, memor eſto mei, reſpice me, & noli nocere me ſecundùm peccata mea, & ſecundùm ignorantiam meam, & Patrum meorum; quia peccavimus ante conſpectum tuum, & contempſimus præcepta tua; (4) & dediſti nos in direptionem, & captivitatem, & mortem, & in parabolam, & in fabulam, & in improperium, & in omnibus gentibus, in quibus nos diſperſiſti. Et nunc, Domine, multa bona judicia ſuperſunt, ut facias in me pro peccatis meis; quoniam non fecimus præcepta tua, & non ambulavimus verè ante conſpectum tuum: & nunc, ſecundùm quod tibi placet, fac mecum. Et imperare cœpi ſpiritum meum ex me, ut non dimittar a facie Terræ, ut fiat terra: quoniam expedit mihi mori magis, quàm vivere; quoniam improperia falſa audivi, & triſtitia multa eſt, & in me, Domine, imperavi. Requieſcam ab hac neceſſitate: mitte me in locum ſempiternum; & noli avertere faciem tuam a me Domine; quoniam expedit mihi mori magis, quàm vivere cum neceſſitate magna in vita mea, & ne audiam improperia jam. Eadem die contigit (5) Sarra filiæ Raguelis, quæ Ecbatbanis (6) in Medica, ut ipſa audiret improperia ab ancilla Patris ſui, quia tradita erat viris ſeptem; & non ſinebat Aſmodæus malus dæmon, ſed occidebat illos, antequam fierent cum illa in conjugio, ſicut traduntur mulieres. Et dixit ad illam (7) Ancilla: Tu ſuffocaſti viros tuos, & ecce jam tradita es ſeptem viris, & unum ex illis non es *(a)* (8) frunita; qui nos flagellas pro viris tuis, quia mortui ſunt? Et tu vade cum illis, & non videamus ex te filium, aut filiam (9) in ſempiternum. In illa die facta eſt triſtis anima ejus, & ploravit, & aſcendit in ſuperiora Patris ſui; & voluit laqueo ſe ſuſpendere: & iterum cogitabat, dicens: Ne fortè improperent Patri meo, & dicant: una ſuperfuit tibi filia, & illa laqueo ſe ſuſpendit, * ea malis: & adduco ſenectutem Patris mei cum triſtitia ad inferos. Non eſt hoc mihi bonum, ut laqueo ſuſpendam me; ſed bonum eſt orare Dominum, ut moriar, & non audiat improperia Pater meus amplius. In illo tempore aperuit manus ad feneſtram, & oravit ad Dominum, & dixit: Benedictus Domine Deus miſericors, & benedictum eſt nomen tuum in omnibus ſæculis ſæculorum. (10) Benedicant te omnia opera tua in ſæcula ſæculorum. Et nunc ad te eſt facies mea, & oculi mei ad te reſpiciunt. Dimittar a terra, ut non audiam improperia jam. Tu ſcis, Domine, quoniam munda ſum ab omni immunditia viri, & non coinquinavi nomen meum, nec nomen Patris mei in terra captivitatis meæ. Unica ſum Patri meo; & non ſupereſt illi filius alius, qui poſſideat hæreditatem (11) illius; nec frater eſt illi juxta, neque cognatus meus ſupereſt, qui conſer-

1. *Nempe, ante quam filius ejus Tobias, & amici, vel propinqui irent Elymaidem.*
2. *Cod.* mulieribus.
3. *Cod.* bellare.
4. *ly &, abundare videtur.*
5. *Lege*, Sarræ, *vel* Sarræ.
6. *Subaudi*, morabatur, *& lege*: in Media.
7. *Cod.* ad illa.
8. *Idest*, fruita.
9. *Cod.* in ſēpiterno.

* *Emendet felicior aliquis.*

10. *Codex*, benedicat.
11. *Codex*, hæreditate.

(a) In Inſcriptione apud Cl. Fabrettum, pag. 237. num. 633. Ita legitur: Claudia Agaſſomene filiis ſuis infeliciſſimis, qui etate ſua non ſunt fruniti, fecit mater ſcelerata.

conſervet me illi, & tradat in matrimonio. Ecce perierunt mihi ſeptem viri, & ut quid mihi adhuc vivere? Et ſi non tibi videtur, Domine, occidere me; impera, & reſpice me, & miſerere mei, ut jam non audiam improperium. In ipſo tempore exaudita eſt oratio amborum ante conſpectum honoris Dei, & miſſus eſt Angelus Raphael ſanare duos Tobio de (1) ſquama maris albuginis ab oculis illius, ut videat lumen Cœli, & ad Sarram filiam Raguel dare Tobiæ filio Tobi uxorem, & alligare Aſmodæum malum dæmonem ab illa. Quoniam Tobian contigit poſſidere eam, * præter omnibus, qui volebant accipere eam. In illo tempore reverſus Tobias ab Aula in domu ſua, & Sarra filia Raguelis deſcendit de ſuperiora: in tempore illo rememoratus eſt Tobias pro pecunia, quam commendaverat Gabelo in Rages Civitate Medorum, & dixit in corde ſuo: Ecce ego (2) petii mortem, quid non voco Tobiam filium meum, & demonſtro illi pro pecunia quam commendavi, antequam moriar. Et vocavit filium ſuum, & dixit illi: Fili, cum mortuus fuero, ſepeli me bene, & honorifica matrem tuam, & non derelinquas illam omnibus diebus vitæ ejus, & fac quod bonum eſt ante conſpectum ejus, & noli triſtem facere ſpiritum ejus in quacunque. Memor eſto, fili, quoniam multa pericula vidit ex te in utero ſuo; & cum mortua fuerit, ſepeli illam circa me in uno ſepulchro, & omnibus diebus tuis, fili, Deum tuum in mente habe. Ne velis peccare, & præterire præcepta ejus. Juſtitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, & noli ire in viam iniquitatis, quoniam (3) faciente te veritatem, bene tibi erit in omnibus operibus tuis, in ſubſtantia tua, & in omnibus facientibus juſtitiam bene erit. Fili, fac eleemoſynam, & noli avertere faciem tuam ab omni paupere, & a te non avertatur facies Domini. Fili, ſecundum quod habes, fac eleemoſynam. Præmium bonum theſaurizat ſibi homo in die neceſſitatis, quoniam eleemoſyna a morte liberat, & non ſinet intrare in tenebras. Bonum donum recipiunt, qui faciunt eam ante conſpectum Dei. Attende, fili, ab omni fornicatione. Accipe primum uxorem a ſemine patrum tuorum, quoniam filii Prophetarum ſumus, & ſecundum veritatem ambulamus; quia prophetavit primus Abraham, & Iſaac, & Jacob Patres noſtri a ſæculo. Memor eſto fili, quoniam omnes iſti acceperunt uxores ex ſemine Patrum ſuorum, & benedicti ſunt in filiis, & ſemen illorum poſſidebit terram. Et nunc fili, dilige fratres tuos, & noli faſtidire in corde tuo a filiis, & filiabus populi tui. Accipe unam ex illis; quoniam in faſtidio perditio eſt, & diſcordia magna, & jugalitas mater eſt inopiæ. Mercedem hominis, qui fecerit opus apud te, noli retinere; ſed redde, & mercedes tuæ non retinebuntur a Domino Deo, cui ſervis. Fili, attende tibi, in omnibus operibus, & eſto doctus in omnibus cogitationibus tuis. Fili, (4) quod odis fieri tibi, non facias * alii. Ab ebrietate abſtine, & de pane tuo da eſurientibus, & ex veſtimentis tuis da nudis, & ex omnibus, quæ ſuperſunt tibi, fac eleemoſynam. Fili, panem tuum, & vinum tuum diſtribue cum juſtis, & non des peccatoribus. Conſilium ab omnibus ſapientibus accipe, & noli contemnere conſilium bonum. Omni tempore benedic Dominum, & pete ab illo, ut dirigantur viæ tuæ. Conſilia tua bona ſint, quoniam omnes gentes non habent conſilium bonum, ſed Dominus dat nobis omnibus. Quemcumque vult Dominus, exaltat, quemcumque vult, humiliat, * & deponet uſque ad inferos ſub terram. Fili, memor eſto mandatorum meorum, & non (5) deiciantur a corde tuo. Dico tibi, quoniam pecuniam commendavi decem talenta Gabelo filio (6) Gabrin in Rages Civitate Medorum; & noli vereri fili, quoniam pauperem vitam gerimus; ſed multa bona habebimus, ſi timueris Dominum, & ſi receſſeris ab omni peccato, & feceris bene. Tunc reſpondit Tobias Patri ſuo: omnia quæcunque mandaſti mihi, faciam Pater: ſed quomodo potero accipere pecuniam a Gabelo? Ille neſcit me, & ego neſcio illum. Vel quod ſignum dabo illi, ut credat mihi, & reddat pecuniam? Sed & vias, quæ ducunt in Mediam, neſcio.

1. *Lege*, ſquamma.

* præ.

2. *Cod.* petii.

3. *Cod.* facientem.

4. *Meſſ.* odiſti. * *Ibid. Cod.* alio.

* *Fortè legendum*, & deponit.

5. *Gr. Vatic.* deleantur.

6. *Gr. Vatic.* Gabriæ. *Vide ſupra*, *pag.* 347.

Et reſpondens Tobias, dixit Tobiæ filio ſuo: (1) chirographum ſuom mihi dedit, & chirographum meum accepit, in quo poſui pecuniam apud illum, & ake-tum habeo, & ex illo tempore ſunt anni XX. ex quo commendavi pecuniam illam. Nunc fili, quære tibi hominem fidelem, qui eat tecum; & dabimus illi mercedem. Vade fili; dum vivo, accipe pecuniam illam. Et exiit Tobias, ut quæreret hominem peritum, qui ſciret ire in Mediam, & invenit Raphael Angelum ſtantem, & neſciebat quod Angelus Dei eſſet. Et dixit ei: Unde es juvenis? Qui ait: ex filiis Iſrael unus de fratribus tuis. Veni autem operari. Et dixit ei: Noſti ire in Mediam? Et dixit: multa ſunt quæ ſcio, & vias omnes novi, & (2) in Mediam fui ſæpius, & hoſpitatus ſum apud Gabelum fratrem noſtrum, qui moratur in Rages Civitate Mediæ. Et continet Ecbathanis (3) dierum dua ſtadiorum. Rages poſita eſt (4) in Monte Ecbathana: Ecbathana autem in medio campo. Et dixit: Soſtine juvenis, quouſque adnuntio Patri meo: deſidero enim ut eas mecum, & dabo tibi mercedem. Et dixit: Ecce ſuſtineo te, tantom ne demoreris. Et introivit Tobias, & adnuntiavit Patri ſuo, dicens: Ecce inveni hominem de fratribus noſtris, qui eat mecum. Et exit (5) Tobias, & vocavit eum, & introivit ad eom, & ſalutavit eom, & dixit: pax ſuper te. Et dixit Tobias: quis dixit mihi pax? Ego homo inutilis oculis, & lumen Cœli non video. Vocem (6) hominum audio, & ipſum non poſſum videre, ſed jaceo in tenebris. Et dixit: facile eſt Domino, ut ſanet te: æquo animo eſto. Et dixit Tobias ad eum: Tobi filius meus vult proficiſci in Mediam: poteris comitare ei? & dabimus mercedem tuam. Et dixit, potero. Sæpius abii, & vias novi, & omnes campos ejus perambulavi, & montana ejus ſcio. Et dixit Tobias: ex qua Tribu es, & ex qua Patria, frater? Et dixit, Patriam quæris, aut Mercenarium, qui eat cum filio tuo? Et dixit: frater, ſcire volo nomen tuum ex veritate, & ex quo genere ſis tu. Et dixit: Ego ſum Azarias filius Ananiæ, de Domo (7) Sellemmiæ magni viri, ex fratribus tuis. Et dixit Tobias: ſalvus venias, & ſanus. Peto frater, ne mihi iraſcaris, quoniam volui ſcire veritatem generis tui. Sed ecce frater meus ex genere bono, & benigno es; (8) uno vero foderas Anania, & Nathaniau duos filios * Sellemmiel novi, magni viri; & ipſi comitabautur mihi in Hieruſalem, & adorabant mecum. Ex ſtirpe bona es. Cum pace venias; & ego dabo tibi mercedem tuam diurnam: & quæ opus ſunt tibi, erunt tibi ſimiliter ſicut filio meo, & adhuc (9) adaugam mercedem tuam. Et dixit: noli timere, ego proficiſcar cum eo, & ibimus, & revertemur in pace. Et vocavit Tobias filium ſuum, & dixit: Fili, præpara te, & exi cum fratre tuo. Deus autem qui, in cælo eſt, perducat vos ſibi in pace, & ad nos revertimini ſalvi, & Angelus ipſius comitetur vobiſcum. Et præparaverunt ea, quæ in itinere haberent, & egreſſi ſunt ut proficiſcerentur. Et oſculatus eſt patrem ſuum, & matrem ſuam: & dixerunt ei: Perge cum ſalute: & ploravit mater (10) hujus, & dixit ad Tobiam: Ut quid miſiſti puerum? (11) Non ipſe eſt baculus manus noſtræ? ipſe egreditur, & ingreditur apud nos. Omnis pecunia (12) purgamento. Sicut datum eſt nos vivere, Domino ſic vivamus. Et dixit ei: æquo animo eſto; ſalvus ibit, & ſalvus revertetur ad nos filius noſter. Noli timere, ſoror: Angelus Domini bonus (13) comitetur cum eo, & dirigetur iter ipſius, & revertetur ſalvus. Et ceſſavit plorare, & ſiluit. Et profectus eſt puer, atque Angelus; & canis ſecutus eſt (14) eos, & venerunt uſque ad Tigrim flumen, & demorati ſunt, ut manerent ibi: & deſcendit Tobi ad flumen, ut lavaret pedes; & ſubito exilile piſcis, ut puerum devoraret. Et exclamavit puer: Domine, piſcis invadit me. Et dixit ei Angelus: Adprehende, & tene eum. Comprehendit puer piſcem, & extraxit eum ſuper terram. Et dixit Angelus ad puerum, Finde eum medium, & tolle cor, & fel, & jecur ejus, & repone: ſunt enim utilia in medicamentis: & fecit ſic puer. Piſcem vero aſſavit, & manducaverunt. Reliquum autem ejus in (15) viam reliquit; & abierunt utri-

1. *Cod.* Cyrographum.
2. *Lege*, in Media.
3. dierum duo, ſtadiorū. *Cod. San-Ger.* eſtque iter duorū dierum ab Ecbatanis, uſque ad Rages.
4. *Cod.* In montem.
5. *Lege*, & exiit.
6. *Fortè legendum*, hominis.
7. *Aliæ Verſiones legunt*, Semei, *vel* Semejat, *aut* Selomith.
8. *Emendet felicior aliquis.*
9. L. adaugeam, *vel* adaugebo.
10. *Lege*, ejus.
11. *Lege*, Nonne.
12. *Lege*, purgamentum.
13. *Lege*, comitatur.
14. *Cod.* eis.
15. *Lege*, in via.

utrique, quoadusque venerunt in Mediam. Et dixit Tobi ad Angelum: quod eſt medicamentum in his, quæ de piſce ſervare juſſiſti? Et dixit ei: Cor ejus, atque (1) jecur ad incendendum in conſpectu hominis. Si fuerit in eum occurſio Dæmonis, vel ſpiritus malignus, fugabit ab eo. De fel ad ungnendos oculos, in quibuſcunque fuerit albugo, ſanabuntur. Et venerunt in Ecbathana. Et dixit Angelus ad Tobi: In eis, quæ ſunt Raguel, hodie neceſſe eſt nos manere; (2) & homo ex fines tuos eſt, & filia unica eſt ei, & hæc ſpecioſa forma, & æquitas eſt ejus, ut poſſedeat hæreditatem patris ſui; & tibi convenit accipere eam conjugem. Pete igitur a Patre ejus, & dabit tibi eam uxorem. Tunc reſpondit Tobias, & dixit: Audivi, quia tradita eſt viris ſeptem, & mortui ſunt: ſed & hoc audivi, quia Dæmonium illos occidit. Timeo ergo, ne forte & mihi hæc eveniant (3): &, cum ſim (4) unicus parentibus meis, deponam ſenecturem illorum cum triſtitia ad inferos. Tunc Angelus Raphael dixit ei: Audi me, & oſtendam tibi quæ ſunt, quibus prævalere poteſt Dæmonium. Ii, namque qui conjugium ita ſuſcipiunt, ut Deum a ſe ſua mente (5) excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus; habet poteſtatem Dæmonium ſuper eos. Tu autem, cum acceperis eam, ingreſſus in cubiculum, per tres dies continens eſto ab ea, & nihil aliud, niſi in orationibus vacabis cum ea. Ipſa autem nocte, incenſo jecore piſcis, fugabitur Dæmonium. Secunda vero nocte in copulatione ſanctorum Patriarcharum amitteris. Tertia autem nocte benedictionem conſequeris, ut filii ex vobis incolumes procreentur. Tranſacta autem nocte tertia, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis, quàm libidinis ductus, ut in ſemine Abrahæ benedictionem in filiis conſequaris. *

1. *Cod.* jecor.
2. *Lege, ſi placet:* hic homo affinis tuus eſt, *juxta Græc. Vatic.* συγγενής σου.
3. *Cod.* eveniat.
4. *Cod.* & cū ſum.
5. *Cod.* excludunt.

Reliqua hujus Libri Tobiæ, quoniam ſunt Chaldaicæ S. Euſebii Hieronymi Tranſlationi ferè ubique conformia, hìc ex integro typis edere nolui: ſed contuli Codicem Vaticanum cum Vulgato Exemplari Clementis Papæ VIII. ut varias tantùm utriuſque lectiones tuis oculis, Præſul Sapientiſſime, repræſentarem.

* *Hæc ex laudato Codice Regio-Vaticano, ſignato numero VII. pag. 44. & ſeqq. deſcripta ſunt.*

Cap. VII. Editio Vulgata.	Cod. Regio-Vatic. ſignatus num. 7.
Verſ. 5. Cap. 7. *Dixit Angelus ad Raguelem.*	*Dixit Angelus ad Ragubel.*
Ibid. *Tobias, de quo interrogas, Pater iſtius eſt.*	*Tobia, de quo interrogas, Pater hujus eſt.*
V. 8. *& Sara ipſorum filia.*	*& Sarra filia ipſorum;*
V. 9. *præcepit Raguel occidi Arietem, & parari convivium.*	*præcepit Ragubel occidere arietem, & parare convivium.*
V. 11. *ſciens quid evenerit illis ſeptem viris, qui ingreſſi fuerant ad eam: & timere cœpit &c.*	*ſciens quid evenerat illis ſeptem viris: & timere cœpit, & reliqua.*
Ibid. *ne forte & huic ſimiliter contingeret.*	*ne forte huic ſimiliter accideret.*
Ibid. *petenti ullum reſponſum.*	*ullum petenti reſponſum.*
V. 12. *dare eam iſti.*	*dare illam iſti.*
V. 14. *fecit vos venire ad me.*	*vos fecit ad me venire.*
V. 15. *vobiſcum ſit.*	*ſit vobiſcum.*
V. 18. *vocavitque Raguel ad ſe Annam uxorem ſuam, & præcipit ei, ut prepararet &c.*	*vocavitque ad ſe Ragubel Annam uxorem ſuam, & præcepit eam ut pararet &c.*
V. 19. *& introduxit illuc Saram.*	*& introduxit in eo Sarram.*
Cap. 8. V. 2. *recordatus itaque Tobias ſermonum Angeli.*	*recordatus itaque Tobias ſermonem Angeli;*
V. 3. *religavit illud &c.*	*religavit eum &c.*
V. 4. *exurge, & deprecemur Deum hodie.*	*exurge, deprecemur hodie.*
Ibid. *his tribus noctibus.*	*iſtis tribus noctibus.*
V. 7. *mareque, & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ, quæ &c.*	*& mare, & fontes, & flumina, &* (ſic) *omnis creatura, quæ &c.*
V. 11. *abierunt cum eo pariter, ut foderent.*	*abierunt cum eo, ut foderent.*

V. 12. *ne fortè ſimili modo evenerit ei, quo & cæteris illis ſeptem &c.*	*ne ſimili modo evenerit ei, quod & cæteris illis ſeptem &c.*
Cap. 8. V. 14. *ut ſepelliam eum antequam illuceſcat dies.*	*ut ſepelliam illum, antequam inluceſcat.*
V. 15. *At illam miſit unam ex ancillis ſuis.*	*Et miſit unam ex ancillis ſuis.*
Ibid. *reperit eos ſalvos, & incolumes.*	*repperitque eos ſalvos & incolumes.*
V. 17. *quia non contigit, quemadmodum &c.*	*quia non contigit nobis, quemadmodum &c:*
V. 18. *feciſti enim nobiſcum miſericordiam tuam, & excluſiſti a nobis &c.*	*ſed feciſti enim nobiſcum miſericordiam tuam: excluſiſti a nobis &c.*
V. 19. *plenius benedicere.*	*in plenius* (ſic) *benedicere.*
V. 20. *priuſquam eluceſceret.*	*priuſquam luceſceret.*
V. 22. *duas quoque pingues vaccas, & quatuor &c.*	*duas quoque vaccas pingues, & quattuor &c.*
V. 23. *ut duas hebdomadas moraretur apud ſe.*	*ut duas ebdomadas moraretur apud eum.*
V. 24. *Tobiæ dominio deveniret.*	*Tobis dominio deveniret.*
Cap. 9. V. 1. *Tunc vocavit Tobias Angelum ad ſe.*	*Tunc vocavit ad ſe Tobias Angelum.*
Ibid. *exiſtimabat.*	*æſtimabat.*
Ibid. *Azaria frater, peto, ut auſcultes.*	*Azarias frater, peto ut abſcultes.*
V. 4. *numerat pater meus dies:*	*numerat dies pater meus.*
V. 5. *adjuravit me Raguel.*	*conjuraverit me Ragubel.*
V. 6. *reddidit ei chirographum ſuum, & recepit ab eo omnem pecuniam.*	*dedit ei cyrographum ſuum, & recepit omnem pecuniam.*
V. 9. *Benedicat te Deus Iſrael, quia filius es optimi viri, & juſti &c.*	*Benedicat te Dominus Deus Iſrahel, quia filius ejus es viri optimi, & juſti &c.*
V. 10. *parentes veſtros.*	*parentes tuos.*
V. 11. *& videatis filios veſtros, & filios filiorum veſtrorum, uſque &c.*	*& videatis filios veſtros, & filiorum veſtrorum, uſque &c.*
V. 3. *minime reverteretur.*	*minime* (ſic) *reverteret.*
V. 4. *irremediabilibus.*	*inremediabilibus.*
Ibid. *Heu, heu me, fili mi, ut &c.*	*Heu me, fili mi, ut &c.*
V. 7. *Illa autem.*	*Ille autem:* quæ lectio, ſi mendo caret, legendum eſt, conſolari (*eam.*)
Ibid. *& circuibat.*	*& circumibat.*
V. 9. *Cui Tobias ait.*	*Cui Tobias dixit.*
V. 13. *Soceros.*	*Socros.*
Ibid. *& gubernare domum.*	*gubernare domum.*
Cap. 11. V. 1. *ad Charan.*	*ad Charram.*
V. 2. *Dixitque Angelus: Tobia Frater &c.*	*Dixit Angelus: Tobias frater &c.*
V. 3. *ſi placet itaque tibi.*	*ſi placet & tibi.*
V. 6. *agnovit venientem filium ſuum.*	*cognovit filium ſuum venientem.*
V. 9. *quaſi nuntius advenieni, blandimento &c.*	*quaſi nuntius, blandimento &c.*
V. 10. *& conſurgens cæcus pater ejus, cœpit.*	*Exurgens cæcus pater, cœpit.*
Ibid. *occurrit obviam.*	*occurrit in obviam.*
V. 13. *patris ſui.*	*patri ſuo.*
Ibid. *quaſi membrana ovi.*	*quaſi* (ſic) *membranum ovi.*
V. 15. *Quam apprehendens.*	*Quem* (ſic) *adpræhendens.*
V. 17. *quia tu caſtigaſti*	*quoniam tu caſtigaſti.*
Ibid. *& ecce ego video Tobiam*	*Ecce video Tobiam*, juxta Græcum Vatican. Ἰδοὺ βλέπω Τωβίαν.
V. 18. *Sara uxor filii ejus, & omnis familia ſana, & pecora, & cameli &c.*	*Sarra uxor ejus, & omnis familiæ, & pecora ſana, & cameli &c.*
Ibid. *ſed & illa pecunia*	*ſed & pecunia.*
V. 20. *Nabath.*	*Nabat.*
Ibid. *ad Tobiam, & congratulantes.*	*ad Tobiam* (Cod. *Tobia*) *congratulantes.*
V. 21. *epulantes, omnes cum gaudio magno gaviſi ſunt.*	*epulantes, cum gaudio magno gaviſi ſunt.*
V. 3. *recepit.*	*ſuſcepit.*

Ibid.

Ibid. *compeſcuit*.	*compeſcuit*.
Ibid. *videre fecit*.	*fecit videre*.
Ibid. *poterimus dignum dare*.	*dignum poterimus dare*.
V. 4. *pater mi, ut roges eum*.	*pater, ut roges eum*.
Ibid. *quæ allata ſunt, ſibi aſſumere*.	*quæ adlata ſunt ſibi adſumere*,
V. 5. *pater ſcilicet, & filius*.	*pater, & filius*.
Ibid. *attulerant*.	*adtulerant*.
V. 6. *Tunc dixit eis occulte*,	*Tunc dixit eis* (ſcc. cur. *Angelus*) *occulte*, S. Aug. in Speculo: *Tunc Raphael dixit eis occultè*.
Ibid. *quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam*.	*Quoniam fecit vobiſcum miſericordiam*.
V. 8. *recondere*.	*condere*.
V. 9. *facit invenire miſericordiam, & vitam æternam*.	*faciet invenire vitam æternam*: & ita S. Aug. in Speculo.
V. 11. *occultum ſermonem*.	*ſermonem occultum*.
V. 12. *prandium tuum, & mortuos &c.*	*prandium, & mortuos &c.*
Ibid. *ſepeliebas eos, ego obtuli*.	*ſepeliebas, ego obtuli*.
V. 15. *aſtamus ante Dominum*.	*adſtamus ante Deum*.
V. 16. *ceciderunt ſuper terram in faciem ſuam*.	*ceciderunt ſuper faciem ſuam*.
V. 18. *Etenim cum eſſem vobiſcum, per voluntatem Dei eram: ipſum benedicite, & cantate illi*.	*Etenim cum eſſem vobiſcum per voluntatem Dei*.
V. 21. *Et cum hæc dixiſſet*.	*Et cum hoc dixiſſet*.
V. 4. *quæ ignorant eum*.	*quæ ignorant Deum*.
Ibid. *ut vos enarretis*.	*ut vos narretis*.
V. 6. *quæ fecit nobiſcum*.	*quæ fecit vobiſcum*.
Ibid. *Regemque Seculorum exaltate*.	*Regemque Sæculorum, & exaltate*, juxta Gr. Vatic. μεθ' ὑμῶν καὶ ὑψώσατε.
V. 10. *Benedicite Dominum*.	*Benedicite Deum*.
V. 12. *Confitere Domino in bonis tuis, & benedic Deum Sæculorum, ut reædificet in te tabernaculum &c.*	*confitere Domino in bonis. In diebus illis benedicens Tobia filio ſuo*, * (&) *ait: Benedic Deum Sæculorum, ut reædificet in te tabernaculum &c.* — * &, abundat.
V. 14. *adorabunt in te Dominum*.	*adorabunt Dominum in te*.
Ibid. *in ſanctificationem*.	*in ſanctificatione*.
V. 15. *Nomen enim magnum*.	*Nomen magnum*.
V. 16. *Maledicti erunt, qui contempſerint te: & condemnati erunt omnes, qui blaſphemaverint te, benedictique erunt qui ædificaverint te*.	*Maledicti erunt, qui blaſphemaverunt te, benedictique erunt, qui ædificaverunt te*.
V. 18. *ſuper pace tua*.	*ſuper pacem tuam*.
V. 19. *benedic Dominum, quoniam*.	*benedic Deum, qui*. Gr. Vatic. quoque habet, τὸν θεόν.
Cap. 14. V. 1. *Sermones Tobiæ. Et poſtquam illuminatus eſt Tobias, vixit &c.*	*Sermones Tobin. Et poſteaquam inluminatus eſt, vixit &c.*
V. 2. *Completis itaque annis centum duobus*.	*Completis itaque annis centum duodecim*.
V. 3. *Quinquaginta namque & ſex annorum*.	*Quinquaginta namque ſex annorum*.
V. 6. *verbum Domini*.	*verbum Dei*.
V. 10. *quæ placita ſunt illi*.	*quæ ſunt placita illi*. Et ita S. Auguſtinus in Speculo.
V. 11. *benedicant eum*.	*benedicant Deum*.
V. 14. *reverſus eſt ad ſoceros ſuos*.	*ad ſocros ſuos*.
V. 15. *domus Raguelis*.	*domus Raguhel*.
V. 16. *nonaginta novem*.	*nonaginta & novem*.
V. 17. *cunctis habitantibus in Terra*.	*cunctis habitantibus terræ*.

Explicit liber Tobi.

Hæc ſunt, in quibus Codex Regio-Vaticanus procul abeſt ab Editione Vulgata. Antiquarius, quando eum, poſteritati ſerviens, ſcriptis tradidit, ita in fine ſui memoriam reliquit := *Ego Teuthardus Presbyter hunc Codicem fieri juſſi. Supplico vobis, dilectiſſimi fratres, qui hunc librum lecturi eſtis, ut preces veſtras pro me* * *ad Deum fundere dignetis, ſicut per vos bona confido. Orate pro me, & ego quantum poſſum oro pro vobis. Habete Deo gratias. Amen. Ego Teuthardus Presbyter hunc Codicem fieri juſſi. Supplicamini, dilectiſſimi.* =

* Cod. a Deo.

Mirabuntur nonnulli, cur Teuthardus in Codice a verſu 13. Capitis VI. uſque ad finem libri Tobiæ Italam deſeruerit, atque præclaram illam, & eximiam ſpeciem, ac pulchritudinem novæ Hieronymianæ Translationis adamarit, prætuleritque Veteri, quodam veluti ab ea facto divortio. Ego tamen, quoniam Teuthardus nihil ex alterutra Verſione tetigit ut pannum ex utraque conflaret, ſed è Veteri tantùm migravit in Novam, ſumpto a recitato verſu Capitis ſexti ſuæ migrationis exordio, ſic rem ſe habuiſſe conjicio; quòd nempe, dum ille Codicem mandabat literis, adhuc geminæ Translationes alicubi moribus obtinerent; atque pateretur ea ætas, Italam, atque Hieronymianam Verſionem promiſcuè, ſaltem ad privatum uſum lectionemque transferri. Quamvis enim Sancti Doctoris labor admirabilis eſſet, atque politus maximè, contrà verò ille Antiqui Interpretis, incultus & obſoletus videretur; nihilominus tamen (ut in veteribus tabulis evenire ſolet) illo ipſo horrido obſoletoque adſpectu aliqui tenebantur. Id nos vidimus in inſigni illo Codice Vallicellano *, ex quo, in Epiſtola ad Eruditum Virum P. Jo: Chryſoſtomum, Baruch, & Eſther libros ſecundùm Verſionem Italam dedimus: id in mox evulgato Exemplari Regio-Vatic. ſignato num. VII. qui, præter librum Tobiæ, continet etiam Job, Judith, Eſter, & Ezram juxta Verſionem S. Hieronymi: id demum in pleriſque aliis. Sed quoniam, dum hæc ſcribo, aliundè non poſſum, ſumam unicum teſtimonium ex domeſtico penu, ſcilicet ex noſtra Vallicellana Bibliotheca, in qua licet mihi vagari liberè, & anecdota Monumenta quotidie è pluteis efodere. Igitur exſtat in ea Ms. liber notatus lit. B. numero IIII. qui exaratus videtur ineunte ſæculo X. Ejus ſapiens Antiquarius, ut ornaret Veterem Novamque Verſionem, ac utriuſque auctoritatem adhuc uſu eſse firmatam, eâ, qua ſcribebat ætate, poſteris traderet; plus fortaſſe Italæ tribuens, quàm eidem ſit tributum a nobis, poſt Prologum S. Hieronymi in Librum Hieremiæ ex Hebræo converſum, hæc literis conſignavit:

* *Signata lit. B. num. VII.*

Hæc Interpretatio Hieronymi eſt. Si quid in ea moverit, ſecundùm Hebræos Codices exploretur. Alia eſt enim LXX. Interpretum Eccleſiis uſitata, qua & (lege quæ,) quamvis nonnulla aliter habeat, quàm in Hebræis Codicibus invenitur; tamen utraque, ideſt, & ſecundùm LXX., & ſecundùm Hebræa * *Apoſtolicâ auctoritate firmata eſt. Non enim errore, neque reprehenſione ſuperioris, ſed certo conſilio* LXX. *nonnulla aliter dixiſſe, vel contexuiſſe intellegantur* (lec. cur. *intelligentur*). *Quod ideo præmonemus, ne quiſquam alteram* * *ex altera velit emendare: quia ſingularum in ſuo genere veritas obſervanda eſt.*

* Cod. Apoſtolicam.

* Cod. ex alteram.

Ut autem (ad pleniorem *Italæ* cognitionem) exhibeatur ſpecimen aliquot Variantium locorum Libri Tobiæ inter græcas Verſiones, & Exemplar Chaldæum, *animadvertendum ducimus, cum Calmet in capite primo Græcas Verſiones innuere (uti quidem credimus) peculiarem fuiſſe Aram, ſuper quam primitiæ omnes deponerentur, ſive quæ e fructibus terræ, ſive quæ e gregibus* * *pendebantur. Capite III. v. XI. loquens Sara inducitur impio planè ſermone, ſeſe enim laqueo præfocaturam eſſe clamitat, niſi infamis lethi mœrore mortem parentibus ſuis ſe inducturam timeret. Scribunt capite VI. ver. 14. puellam Saram a Dæmone adamatam. In annis vitæ utriuſque Tobiæ referendis, & in præſcribendâ cœcitatis ſenioris Tobiæ periodo* *, *Græcæ variant a Vulgatâ. Gabelum depoſiti loco pecuniam a Tobia accepiſſe, eamque ſigillo ejuſdem Tobiæ in ſaccu-*

* Tob 1. 7. Περὶ τὸ θυσιαστήριον πάντων τῶν γεννημάτων.

* Vide ad cap. XIV.

ſacculis munitam reſtituiſſe Raphaeli narrant * ; *cùm Vulgata mutui nomi-* * Tob. I. 16.
ne acceptam a Gabelo ſummam diſertè habeat . Saram eâdem die ad ſoce- 17.
rum perveniſſe , qua Tobias junior * : *capitale futurum fuiſſe Ragueli , ſi* * Tob. XI. 18
filiam ſuam Tobiæ nuptum tradere detrectaſſet * . *Nihil illæ de tribus no-* * ibid. ver.
ctibus continenter ab utroque conjuge exactis * ; *conveniſſe ajunt ante iter* 14.
cum Raphaele de mercede ſolvendâ , unius nempe drachmæ in ſingulos dies , ad- * Tob. VI.
jectâ quotidianâ annonâ , & præmio confecti feliciter itineris * ; *denique* 19. 20. 21.
tanquam hiſtoriæ parergon addunt viciſſitudinum Amani hiſtoriam , quem VIII. 4. 5.
acerrimum Judæorum hoſtem in tetrum deinde carcerem conjectum, & ſup- * Tob VII.
plicio traditum narrant , educto e tenebris Achiacharo , neceſſario Tobiæ , & 19 XII. v. 1.
ad ſummas dignitates evecto * . *Nihil ſane hac additione putidius , cum hiſtoria* * Tob. ulti-
Amani multò ſeriùs poſt captivitatem Babylonicam, & obitum utriuſque Tobiæ mo Ver. 12
contigerit . Plura vide in Commentario . Docemur autem his omnibus , Græ-
cis Helleniſtis & fidem , & diligentiam in ejus libri verſione defuiſſe .

Sed hæc de Tobiæ libro ſint ſatis . Nunc autem , quæ de libro Judith ſecun-
dùm Italam, Hieronymianamque Verſionem percepta ſunt , eadem hùc breviter
transferamus. Chaldæum Exemplar, cujus B. Hieronymus meminit in Præfatione,
ad noſtram ætatem non perveniſſe dolemus. Quæ tantùm ſuperat Græca Tranſlatio,
illius jacturæ ſuffragatur . Sed a noſtrâ Vulgatâ ita diſcrepat , adeoque a Chaldæo,
ut ambas haſce Verſiones ex uno eodemque archetypo expreſſas fuiſſe Recentio-
res plerique vix credant. Niſi fortè (inquit laudatus Author in Prolegomenis
ſuis) Græcum Interpretem , non Verſionem ſimplicem & literalem aggreſſum
eſſe dixerimus , ſed Paraphraſim , variis , & ad arbitrium excogitatis adjunctis or-
natam ; vel ſaltem, S. Hieronymum , qui in hoc Libro *fortaſſe* , quemadmodum
& in verſione Tobiæ, Interprete uſus eſt, Hebraicè exponente,quæ ipſe Latinè ſcrip-
tis excipiebat , ſaltem , inquam, S. Hieronymum ſive Interpretem in compendium
redegiſſe Hiſtoriam credamus, pluribus verbis de ſuo adjectis, ut pronior ſenſus effi-
ceretur . Nemo enim certò definire poteſt, quo ſenſu verba illa S.Doctoris accipien-
da ſint : *Magis ſenſum e ſenſu , quàm ex verbo verbum transferens ....* Quod ad
variantes Lectiones veterum Latinorum Exemplarium ſpectat *Libri Judith* , de
quibus tàm graviter S. Hieronymus queritur , jure illum queri ſatis intelligimus ,
ſi vetera Mss. Vulgatæ ante S. Hieronymum uſitatæ, quæ adhùc ſuperſunt , & teſti-
monia veterum Patrum , ex iis relata ,conſulantur . Author novæ Editionis S. Hie-
ronymi , ſcilicet Cl. Martianæus , Exemplar S. Germani a Pratis Calmeto com-
municavit , ſatis quidem ad Græcum Romanæ Editionis accedens , ſed & in plu-
ribus diſcrepans ; ut demonſtrat in Commentario . Interdum propriùs ad noſtram
Vulgatam accedens , a Græco recedit . Hoc Exemplar ab ipſo ſub nomine Veteris
Vulgatæ laudatur . Etiam in Codice Mſ. Bibliothecæ Bodlejanæ * reperiuntur * Ne. F. 6.
duæ Editiones Latinæ Libri Judith , quarum poſterior S. Hieronymi Præfatione 7. 8.
inſignitur , & eſt ipſa , quam S. Doctor ex Chaldæo idiomate latinam fecit . Prior
verò , quæ eſt antiqua Latina ex Græca Verſione tranſlata , Præfationem nullam
habet ; habitura tamen, ſi fuiſſet a Hieronymo ad Græcam Originem priſtinæ inte-
gritati reſtituta. Noſtri Codices Vaticani,San Germanenſi,& Bodlejano præſtabunt.

Liber Judith , quamvis a Hieronymo in Prologis ad Libros Regum , Salo-
monis , & Jonæ inter apocrypha recenſeri videatur , in Præfatione tamen , quam
S. Doctor eidem Libro præfixit , illum in Catalogo Sacrarum Scripturarum nume-
ravit. Quid poteſt eſſe tàm apertum , tàm perſpicuum , quàm ipſius teſtimonium ?

Apud Hebræos (inquit) *Liber Judith inter* * *apocrypha legitur ; cujus autho-* * *Vide no-*
ritas ad roboranda illa , quæ in contentionem veniunt , minùs idonea judicatur . *tam Cl.*
Chaldæo tamen ſermone conſcriptus , inter hiſtorias computatur . Sed quia hunc li- *Martianæi ad hùc Pro-*
brum SYNODUS NICÆNA in numero Sanctarum Scripturarum legitur compu- *logum .*
taſſe, acquievi poſtulationi veſtræ, imo exactioni, &, ſepoſitis occupationibus, qui-
bus

Digitized by Google

bus vehementer arctabar, huic unam lucubrationem dedi, magis ſenſum e ſenſu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum Codicum varietatem vitioſiſſimam amputavi: ſola ea, quæ intelligentiâ integrâ in verbis Chaldæis invenire potui, Latinis expreſſi. Accipite Judith viduam, caſtitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim, non ſolùm feminis, ſed & viris imitabilem dedit, qui caſtitatis ejus remunerator, virtutem ei talem tribuit, ut invictum omnibus hominibus vinceret, & inſuperabilem ſuperaret. Origenes in Epiſtola ad Africanum: *de quo* (Libro Judith) *nos oportet ſcire* (inquit), *quòd Hebræi Tobiâ non utuntur, neque Judith. Non enim ea habent, niſi in apocryphis Hebraicè, ut ab ipſis diſcentes cognovimus.* Quamobrem ejus ætate aliquod Hebraicum Exemplar apud Judæos ferebatur. Sed putat V. Cl. Calmet, Hebræum illud ab Origene pro Chaldaico, quod ſequiori ætate pro Hebræo habitum eſt, facilè fuiſſe uſorpatum. Si enim, inquit, Hebraicum autographum, vel ſaltem optimum aliquod illius Exemplar ætate S. Hieronymi ſuperfuiſſet, ille, nec ignoraſſet, nec neglexiſset. Cum igitur è Chaldæo Verſionem ſuam adornare coactus ſit, nullum planè extitiſse Judæorum lingua ſcriptum dicamus oportet. Domnus Martianæus nullum conditum fuiſſe putat Decretum a S. Nicenâ Synodo, quo Liber Judith in numero Divinarum Scripturarum computatus diceretur: ſed neque in eum cenſum ab Athanaſio receptum fuiſse dicit, qui tamen præſens aderat Nicæno Concilio. Ideo autem computatum credit in numero Scripturarum, quòd ex eodem Libro quædam recitatæ fuerint Sententiæ a Patribus Synodi Nicænæ. Monet tamen cum Mariano Victorio, optimum, in ſola Eccleſia Catholica, ratumque ejus eſse, condendi Sanctarum Scripturarum Canonem, atque in eundem admittendi Libros, quos Deo movente ſcriptus fuiſse perſpexerit. In eandem ivere ſententiam Bibliographi recentiores, aliique non pauci. Verùm antè S. Hieronymum antiquiſſimi Patres, tanquam Canonicam Scripturam, hunc librum laudarunt, uti S. Clemens Papa in Epiſtola ad Corinthios, Auctor Conſtitutionum Apoſtolicarum, Origenes Homiliâ 19. in Jeremiam, & libro 3. in Joannem, Africanus, S. Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 4, Tertullianus de Monogamia cap. 17., S. Ambroſius de Officiis lib. 3. & de Viduis, aliique. Et quoniam opinionum commenta delet dies, veritatem verò confirmat Antiquitas, videamus an S. Hieronymus vera narraverit, cum aſſenſu Nicænorum Patrum dixit, Librum Judith pro Canonico ac divinitùs inſpirato fuiſse habitum. Caſſiodorius vir in lectione SS. Patrum, Scripturarumque apprimè verſatus, cap. 14. Inſtitutionum Divinarum Literarum, loquens de Sancti Hieronymi Bibliothecâ Divinâ, ac de diviſione, & numero Sacrorum Librorum, hæc monumentis conſignavit: *Unde, licet multi Patres, ideſt S. Hilarius, & Rufinus, & Epiphanius, & SYNODUS NICÆNA, & CHALCEDONENSIS non contra dixerint, ſed diverſa, omnes tamen per DIVISIONES SUAS Libros Divinos Sacramentis competentibus aptaverunt.*

Ego, cum antiquæ S. Hieronymi recordor ſententiæ, cumque mutationem ejuſdem in Prologo Judith conſidero, non poſſum ſtatuere, utrum magis mirer Doctorem Maximum, quæ ſibi altâ mente perſuaſerat, voluiſſe ea, nemine contradicente, retractare; an (ſi peculiarem Canonem Synodus Nicæna non condidit) ex ſola privatâ auctoritate aliquot Nicænorum Patrum potuiſſe a veteri obfirmataque ſententiâ diſcedere. Sed miror etiam Clariſſimos VV. Victorium, & Martianæum S. Hieronymi Editores: quoniam ipſis difficile non fuiſſet agnoſcere, cur, quæ maxim S. Hieronymum ſpecie primâ veritatis impulerant, acriterque commoverant, ab iis tandem ipſe abalienatus fuerit, atque receſſerit; ſi ſtatuiſſent, ſeriùs fortaſſe Sancto Doctori illud Conciliare Decretum fuiſſe perſpectum. Refer pedem, ſi placet, Eruditiſſime atque Illuſtriſſime Præſul, ad noſtram Vallicellanam Bibliothecam, ut inſpicias adhuc ſuperſtitem Nicænum Canonem

illum

illum, de quo quæritur. Ejus ponderis, atque germanitatis Te judicem eſſe volo, cùm acutiſſimè videas. Sed antea in recitatis Prologi Hieronymiani, atque Caſſiodorii authoritatibus mentem oculoſque defige. Videbis Codicem quantivis pretii, notatum lit. B. num. 58. & proculdubio ad octavum Sæculum referendum, in quo pag. 76. ita legitur.

UT, PRÆTER SCRIPTURAS CATHOLICAS, NIHIL IN ECCLESIA LEGATUR

* *Capituli XXIV. Niceni Concilii.* * Sic.

Item, ut, præter Scripturas Canonicas, nihil in Eccleſia legatur ſub nomine Divinarum Scripturarum. Sunt autem Canonicæ Scripturæ, ideſt, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Hieſus Nave, Judicum, Ruth, Regum Libri IV. Paralipomenon Libri II. Job, Pſalterium, Salomonis Libri V. Libri XII. Prophetarum. Yſaias, Hieremias, Hiezechiel, Daniel, Tobias, JUDITH, Eſther, Eſdræ Libri II. Machabæorum Libri II.

NOVI TESTAMENTI.

Evangeliorum Libri IV. Actuum Apoſtolorum Liber unus, Epiſtolæ Pauli XIV. Petri Apoſtoli II. Johannis Apoſtoli III. Judæ Apoſtoli I. Jacobi Apoſtoli I. Apocalypſis Johannis Liber I. Hoc etiam Fratri, & Conſacerdoti noſtro Bonifacio, vel aliis earum Partium Epiſcopis pro confirmando iſto Canone innoteſcat, quia A PATRIBUS iſta ACCEPIMUS in Eccleſia legenda.

Aliquos Concilii Nicæni Canones intercidiſſe, Vir Cl. in VI. Parte mearum *Vindiciarum* oſtendam: neque Abrahami Ecchellenſis Maronitæ Titulis Canonum Nicænorum id urgere conabor, quorum *trigeſimus ſextus* ſecundæ Claſſis inſcriptus eſt: *Quomodo agendum eſt cum iis hæreticis, qui ſacras Cripturas integras retinent*; ſed novâ incedens viâ, patrocinium Decreti, Canonis Nicæni a S. Hieronymo in Præfatione allegati, ſuſcipiam. Et quoniam nulla res eſt, de qua ibidem tantoperè mihi agendum ſit, ut veritatem in pleno lumine collocem, &, contra Hæreticos noſtrorum temporum, palmari argumento demonſtrem, Catalogum Sacrorum Librorum, quod in Sacroſanctâ OEcumenicâ Tridentinâ Synodo definitum eſt, Nicæni Concilii *Capitulis* contineri; ego diligenter inquiram, cur a Carthaginenſi Concilio celebrato anno 419. Canone 27. fuerit illud *Nicænum Capitulum* adoptatum. Dein, ad majora progrediens, oſtendam, poſt illam adoptionem, a Scriptoribus Eccleſiaſticis pro Carthaginenſi ſanctione fuiſſe habitam, ac tamquam in alieno fundo collocatam. Hìc ad te de præcipuis momentis rationum non referam; quoniam alius erit de ipſis ſcribendi locus. At, ne poſsis fortaſsè conqueri quòd Tibi videar nihil de eo quod tetigi mandaſſe literis, perpauca afferam, plura etiam aliquanto, quàm tibi ſint a nobis in exordio Epiſtolæ denunciata. Ea autem transferri oportet ex Actis ejuſdem Concilii Carthaginenſis, quæ claram facient rem, occultatam hucuſque, & a Vallicellano Codice tandem patefactam. Veritas breviùs exponi non poteſt, quàm eſt tribus ſignificata Capitibus, quarto ſcilicet, quinto, & nono Carthaginenſium Actorum.

Igitur Cap. IV. ita legitur: *Petendus eſt autem literis noſtris èt Venerabilis Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus Bonifacius, ut ipſe quoque dignetur ad memoratas Eccleſias aliquos mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicæni Concilii ſecundùm ejus poſſint ſcripta proferre. Nunc autem memorati Concilii Nicæni qualia Exemplaria habemus, his geſtis ſociemus.*

Cap. V. *Aurelius Epiſcopus dixit: Præter iſta quæ præmiſimus Actis, neceſſe eſt, ut etiam noſtræ parvitatis litteris Sancto Fratri & Conſacerdoti noſtro Bonifacio ſingula, quæ tractamus, pleniſſimè intimemus.*

Cap. VII. *Univerſum Concilium dixit: Omnia quæ in Nicæno Concilio ſtatuta ſunt, nobis omnibus placent.*

Et Cap. IX. *Omne Concilium dixit: Exemplaria Fidei, & Statuta Nicæna*

Synodi quæ ad noſtrum Concilium per Beatæ recordationis olim prædeceſſorem tuæ Sanctitatis (qui interfuit) Cæcilianum Epiſcopum allata ſunt, ſed & quæ Patres, ea exemplaria ſequentes, hic conſtituerunt, vel nunc communi tractatu ſtatuimus, his geſtis Eccleſiaſticis inſerta manebunt; ita ut, quemadmodum ſuperiùs Venerabilibus viris Antiochenæ, & Alexandrinæ, ſed & Conſtantinopolitanæ Eccleſiarum Epiſcopis ſcribere veſtra Beatitudo dignatur, ut Exemplaria veriſſima Concilii Nicæni ſub aſtipulatione literarum ſuarum dirigant; quò, declaratâ veritate, ea Capitula, quæ in commonitorio præſens frater & Coepiſcopus noſter Fauſtinus, & Compresbyteri Philippus & Aſellus ſecum attulerunt, aut ibidem reperta, a nobis firmabuntur, aut ſi non inveniuntur, collectâ Synodo, de hoc in ſequenti tractabimus. Daniel Notarius Nicæni Concilii profeſſionem Fidei, vel ejus Statuta recitavit in Concilio Africano.

Sed quoniam de Libris a S. Hieronymo è Chaldaico in Latinum ſermonem converſis ſatis ferè diximus; deinceps (ut erat propoſitum) de Quarta reliqui Operis Parte dicatur; qua quidem nihil eſſe poteſt illuſtrius, cùm complectatur eos, qui ſuperant, Libros Antiquæ Latinæ Verſionis, quæ ceteris præſtabat, cùm tenacitate verborum, tùm perſpicuitate ſententiæ.

Hæc autem an *Itala* diceretur nec ne, præter David Casleyum in Catalogo Mss. Bibliothecæ Londinenſis edito anno 1734., video dubitare neminem. Ipſi ſoli ex omnibus, qui de Antiqua Interpretatione ſcripſere, venit in mentem, locum S. Auguſtini de Doctrina Chriſtiana eſſe vitiatum. Eum titulum decoris & gloriæ, quibus ipſe conjecturis eripiat Italis noſtris, ex Parte ſecundâ Tomi V. *Bibliothecæ Britannicæ* didici; in qua pag. 340. Gallico idiomate ita de Casleji ſententia refertur: *Les fautes des Copiſtes ont donné lieu à pluſieurs opinions, qui toutes ridicules qu'elles ſont en elles-mêmes, n'ont pas laiſſé d'être generalement ſuivies. Nous venons d'en voir un exemple, & Mr. Casley en donne un autre, qui lui a été communiqué en Converſation par le celebre Docteur Bentley. Voici ce que c'eſt. St. Auguſtin dans ſon Livre de la Doctrine Chrétienne, parlant des Verſions de l'Ecriture, dit dans toutes les éditions de cet Ouvrage, qu'à l'égard des Verſions latines du Nouveau Teſtament, l'Italique doune être preferée à toutes les autres, parce qu'elle eſt plus literale, & qu'elle exprime le ſens avec beaucoup de clarté: & il ajoute qu'il faut ſe ſervir des Exemplaires Grecs pour corriger les latins qui en auront beſoin:* In ipſis autem Interpretationibus ITALA ceteris præferatur: NAM eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ. Et Latinis quibuslibet emendandis Græci adhibeantur (*a*). *Mais Mr. Bentley lit* Illa, *au lieu d'*Itala; *&* quæ, *au lieu de* nam: ILLA ceteris præferatur, QVÆ eſt verborum tenacior: „ *il faut preferer celle qui eſt plus literale.* „ *C'eſt ſans doute ainſi qu'il faut lire, dit Mr. Casley, ou quelque choſe de ſemblable. Car ſi du tems de St. Auguſtin il y avoit eu une Verſion, diſtinguée par le nom d'* Italique, *à laquelle il donnoit la preference parce qu'elle repreſentoit exactement les termes de l'Original; d'où vient qu'il ne l'a nommée que cette ſeule fois, & en ſe ſervant du terme poëtique* Itala *au lieu d'* Italica? *D'où vient que les autres Peres Latins n'en ont pas dit un mot? D'où vient que St. Jerome en particulier ne l'a jamais nommée, lui qui a traité ce ſujet dans pluſieurs de ſes Ouvrages, & ſur tout dans ſa Preface ſur le Nouveau Teſtament, où il dit que le Pape Damaſe lui avoit ordonné de comparer les Verſions Latines avec le Grec, & d'en faire une qui fut Autentique; ou dans ſon Epitre à Pammachius, ſur la meilleure maniere de traduire?*

Mr. Caſley ajoute que dans un Manuſcrit de la Biblioteque Bodleienne qui a 800. *ou* 900. *ans d'Antiquité, il y a* Ita.[illa] ceteris præferatur: nam; *& dans un*

(a) *Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana*, lib. 2. cap. 15. ſelon l'edition des Benedictins, qui ont mis en marge, *Commendatur Itala Verſio Latina.*

un autre qui eſt à peu près du même tems ; il y a [illegible] cæteris præferatur nam ; *& à la marge de celui-ci* [illegible] *mal l'un & l'autre , & il ne faut pas être ſurpris que les Manuſcrits differens entr'eux dans les endroits où il y a une faute , les erreurs n'ayant point de fin. Mr. Casley croit que les leçons de ces deux Manuſcrits montrent que vraiſemblablement il y avoit d'abord* ILLA LATINA cæteris præferatur , *ce qui ayant été changé en* Itala , *le* quæ *a dû naturellement être changé en* nam . *Et ce qui rend cela dit-il , encore plus vraiſemblable , c'eſt l'eſpreſſion* Latinis quibuslibet , *qui y eſt miſe par opoſition dans la même periode . Il ajoute que ce ſont là les deux ſeuls anciens Manuſcrits qu'il ait vû de ce Traité de St. Auguſtin : qu'il y en a un , mais qui n'eſt pas ancien , dans la Bibliotheque Royale , & un autre dans le College de Merton a Oxford , qui conviennent avec les additions imprimées. Mr. Casley n'oublie pas ici les Peres Benedictins qui ont entrepris de nous donner une édition complette de la Verſion Italique . „ Que deviendroient preſentement , dit-il , les travaux des moi-*
„ nes Benedectins qui depuis pluſieurs années travaillent à nous donner une
„ édition de la Verſion Italique , & qui ont faite imprimer à Paris l'Evangile
„ de St. Matthieu & l'Epitre de St. Jaques de cette Verſion , come un eſſai de
„ tout l'Ouvrage ? N'avons nous pas lieu de croire qu'ils ſavent fort bien qu'ils
„ publient la veritable Verſion de St. Jerome , mais qu'ils n'oſent pas le dire ,
„ parce que le Pape e le Concile de Trente qui ſont infallibles , ont autoriſé la
„ Verſion de St. Jerome dont l'Egliſe Romaine ſe ſert à préſent c'eſt a dire ,
„ la Verſion Vulgate , qui ayant été ſouvent copiée en Manuſcrit , doit inévita-
„ blement differer de l'Original en pluſieurs endroits ; quoi qu'elle ſoit toujours
„ la meilleur Verſion Latine imprimée que l'ont ait étant verborum tenacior
„ s'attachant plus qu'aucune autre aux termes de l'Original ; qualité à la quelle
„ St. Auguſtine donne la preference .

Sacroſancto Tridentino Concilio quamquam gratia referri tanta non poteſt , quanta debetur , eo quòd Vulgatam Verſionem authenticam definiverit ; habenda tamen eſt tanta , quantam maximam Catholicorum animi capere poſſunt . Quæ enim eſt Scriptura tam ſancta , tam incorrupta , tam mendis ac nævis carens , in rebus morum , & fidei , quàm noſtra Vulgata Translatio ? Sed odio Caſleyus imbutus , eidem Synodo , atque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ venit iratior ; atque furentes impetus rabiemque non cohibens , fucum plebeculæ facit , offunditque tenebras illi Verſioni , cui unicè auctoritas tributa eſt . Myſteria item ſomniat arcana , quæ , ex S. Hieronymi Verſione a Cl. Martianæo evulgatâ , atque ex Italâ a me ſuſceptâ , vaniſſima eſſe demonſtrantur . Iſtud verò mendacium , quod a Caſleyo prolatum eſt , non poterat præteriri , ut , ipſo vèl invito , non verbo , ſed re probaretur nobis facultatem dari has geminas Verſiones edendi , Italam ſcilicet , atque Hieronymianam . Faciendum id erat Catholicis hominibus , ut nempe Editio Vulgata (quæ , ut oſtendimus , ex utraque coaluit) ab hæreticorum calumniis vindicaretur . Faciendum , ut Romæ prodiret ex Hoſpitio Apoſtolico S. Michaelis ad Ripam Typis Mainardinis . Quid reſpondebit ad hæc ? Nec omnino hiſcere audebit ? Factum libenter evulgo , ne a Catholicis invidiam aliquam in me commoveri Caſleyus putet . Sed quid ipſe addat , audiamus . Italam cum Hieronymiana Verſione mirè confundit , Vulgatam noſtram ex integro Hieronymianam appellat , atque præclarum illud ITALÆ nomen , a Sancto Auguſtino lib. 2. de Doctrinâ Chriſtianâ Antiquæ Verſioni Latinæ impoſitum , Antiquariorum erratum putat . Hæc etiam , ut dicitur , currentem incitarunt : quare ego me ad Italam refero ; & , poſtquam quid ipſe ſenſerit jam multis oſtendi , nunc , quid veriſſimum haberi debeat , paucis expono . Et quoniam vèl ipſum Italæ nomen in diſcrimen adductum eſt , vetuſtiſſimos Codices adhibebo , proferamque præcipua Monumentorum præſidia , quæ magna & firma

ma paravi, ad refellendam novam inauditamque ſententiam. Sapientiſſimus Præſul Simon Aſſemannus Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos Primarius a Te, Vir Cl. meo nomine exortatus, ut omnes Sancti Auguſtini Codices *de Doctrina Chriſtiana* in pluteis Apoſtolicæ Bibliothecæ aſſervatos dignaretur evolvere, ac perluſtrare; reſpondit, mirum eſſe eorundem in *Italae* lectione conſenſum:
,, S. Auguſtinus (ſunt ejus verba) lib. 2. de Doctrina Chriſtiana Cap. 15. inquit:
,, *In ipſis autem Interpretationibus ITALA ceteris præferatur: nam eſt ver-*
,, *borum tenacior, cum perſpicuitate ſententiæ*. Et ita legitur in omnibus Mss.
,, Codicibus Vaticanis: quos ſingulos non exſcribo, ne in re tam exigua
,, maximam jacturam temporis facere videar. ,, Ego inter eos, Præſul Doctiſſime, duos antiquiſſimos ut enumerem, Tibi ſufficiet, nempe Regio-Alexandrino-Vaticanum 229. folio 16. & alium item Reg. Vat. ſignatum n. 259. fol. 20. qui olim ad Senatorem Petavium pertinuerat. In hoc poſtremo ad oram paginæ hæc etiam Antiquarius adnotavit: *hic, ait, Italam ceteris Interpretationibus præferendam*. Controverſiam, de qua agimus, ex Vaticanis Codicibus (qui aliis ceterarum Bibliothecarum cùm antiquitate, tùm numero præſtant) definiri melius, quàm conjecturis volui; ut cuique conſtaret, exemplaria a Casleyo allegata, ex quibus ſuſpicio nata eſt, mendo certo certiùs non carere. Si tamen ipſe adhuc vitiatorum Codicum lectione delectabitur, &, quæ Librariis dormitantibus excidere, tueri volet, in Re Antiquaria novum Scepticorum genus inducet. Doctiſſimi Monachi è Congregatione S. Mauri quorum curâ, ſtudioque ſunt S. Auguſtini Opera ad vetuſtiſſimos Mss. Libros diligenter exacta, ne unum quidem Codicem ita legiſſe tradunt. Non ſcribam plura, ne in quo genuinam lectionem objurgat, id ipſum videar magni facere. Si tamen ea, quæ nemo dixit, adhuc ſenſerit, ipſum malè profecto ſentire, atque in ſummo errore verſari omnes inclamabunt. Ariſtarchus eum Homeri verſum negabat, qui ei non probabatur. Ita Casleyus: quod ipſi non placet, non putat eſſe dictum ab Auguſtino. Hic Sanctiſſimus Præſul & Doctor Eccleſiæ (ut videtur) *Italam* alio etiam appellat nomine, nempe INTERPRETATIONIS USITATÆ, libro *de Conſenſu Evange-*
*Ed. Monach. S. Mauri. *liſtarum* cap. 66. num. 128.* col. 84. cum inquit: ,, Johannes quoque, cùm taceat
,, quemadmodum Dominus diſcipulos ſuos ad hæc animalia ſibi adducenda
Jo. 12. 14. ,, miſerit, interponit tamen breviter hoc de pullo, cum teſtimonio etiam
Zach. 9. 9. ,, Prophetæ, quod Matthæus adhibet. In quo etiam teſtimonio prophetico
,, aliquantùm diverſa Evangeliſtarum locutio ab ea quidem ſententia non rece-
Matth. 21. 5. ,, dit: ſed poteſt movere quòd hoc Matthæus ſic adhibet, ut aſinam dicat com-
,, memoraſſe Prophetam; non autem ita ſe habet, vel quod Johannes interpo-
,, nit, vel codices Eccleſiaſtici INTERPRETATIONIS USITATÆ. Cujus rei
,, cauſſa illa mihi videtur, quòd Matthæus Hebræâ linguâ perhibetur Evange-
,, lium conſcripſiſſe. Manifeſtum eſt autem *Interpretationem illam*, quæ dicitur
,, Septuaginta, in nonnullis ſe ,, aliter habere, quàm inveniunt in Hebræo, qui
,, eam linguam noverunt, & qui Interpretati ſunt ſinguli eoſdem libros He-
,, bræos. ,, Doctiſſimos Monachos è Congregatione S. Mauri in Præfatione in tertium Tomum Operum S. Auguſtini audiamus: ,, Quòd adtinet ad Vetus
,, Teſtamentum, in eo exponendo *Sanctus Auguſtinus* præ oculis habuit Ver-
,, ſionem LXX. Interpretum, quæ ſola tunc in auctoritate erat jam inde ab
,, Apoſtolorum temporibus, ſed eam ita ſecutus eſt, ut in nullum inductus ſit
*Lib 2 de Conſenſu Evangel. cap. 66. Hieron. de Optimo Gen. Interpret. & in Eccleſ. VII. &c. ,, grave erratum; tametſi uberiores fortaſſe & locupletiores fuiſſent ipſius com-
,, mentarii, ſi in Hebraicas litteras penetraſſet. Porrò Græcus contextus LXX.
,, ab eo receptus ille ipſe eſt, quem recenſuit Nobilius; cujus pleræque Varian-
,, tes ex Auguſtino lectiones oriuntur ex Editionum vitiis, quæ ſubſidio vete-
,, rum librorum in hac Editione ſuſtulimus. Eam autem interpretationem cre-
,, dimus illam eſſe, quam ipſe * *Uſitatam* appellat, Hieronymus *Veterem* &
,, *Vul-*

Digitized by Google

,, *Vulgatam*, eamdem fortaſſe, quàm cæteris præfert Auguſtinus, nempe ITA-
,, LAM, ab ipſo laudatam in libro 2. *de Doctrina Chriſtiana* cap. 15. tamquam
,, verborum tenaciorem, cum perſpicuitate ſententiæ: ſi tamen Italica hæc aliud
,, complectebatur, quàm Novum Teſtamentum; quod ex Auguſtini verbis non
,, penitus exploratum eſt.

Mirabile Tibi videbitur, Præſul Sapientiſſime, cùm plurimùm in faciendo fidem interſit inter doctos, & rudes, quòd ego nunc a Cll. Patribus S. Mauri diſſerre velim in judicando de commemorato loco S. Auguſtini. Sed hominum cogitationes, cum ipſæ monumentis conſignatæ ſunt, & literis traditæ, niſi nos interpretemur, ut ſonant, numquam liberi erimus, aut Scriptoris mentem aſſequemur. Quamobrem locum illum ego veritatis amore ductus non de Novo ſolùm, ſed etiam de Veteri debere intelligi Teſtamento, ſine ulla trepidatione defendo. An verò in ſententia claudicem, Te Judicem volo, poſtquam recitavero verba ejuſdem Sancti Auguſtini, eaque fuſiori calamo exſcripſero. Igitur ipſe * inquit – *Quamquam tanta eſt vis conſuetudinis etiam ad diſcendum, ut qui in Scripturis ſanctis quodammodo nutriti educatique ſunt, magis alias locutiones mirentur, eaſque minùs latinas putent, quàm illas, quas in Scripturis didicerunt, neque in latinæ linguæ auctoritatibus reperiuntur. Plurimùm hìc quoque juvat Interpretum numeroſitas collatis Codicibus inſpecta, atque diſcuſſa; tantùm abſit falſitas, nam Codicibus emendandis primitus debet invigilare ſolertia eorum, qui Scripturas divinas noſſe deſiderant, ut emendatis non emendati cedant, ex uno duntaxat Interpretationis genere venientes.*

* *Lib. II. de Doct. Chriſt. cap. 14. & 15.*

In ipſis autem interpretationibus ITALA ceteris præferatur: nam eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ. Et Latinis quibuslibet emendandis Græci adhibeantur, in quibus Septuaginta Interpretum, quod ad Vetus Teſtamentum adtinet, excellit auctoritas: qui jam per omnes peritiores Eccleſias tantà præſentià Sancti Spiritus interpretati eſſe dicuntur, ut os unum tot hominum fuerit. Qui ſi (ut fertur, multique non indigni fide prædicant) ſinguli cellis etiam ſingulis ſeparati cùm interpretati eſſent, nihil in alicujus eorum Codice inventum eſt, quod non iiſdem verbis, eodemque verborum ordine inveniretur in ceteris; quis huic Auctoritati conferre aliquid, nedum præferre audeat? Si autem contulerunt, ut una omnium communi tractatu judicioque vox fieret, nec ſic quidem quemquam unum hominem qualibet peritia ad emendandum tot ſeniorum doctorumque conſenſum adſpirare oportet, aut decet. Quamobrem, etiamſi aliquid aliter in Hebræis exemplaribus invenitur, quàm iſti poſuerunt, cedendum eſſe arbitror Divinæ diſpenſationi, quæ per eos facta eſt, ut libri, quos gens Judæa ceteris populis, vel religione, vel invidià prodere nolebat, credituris per Dominum Gentibus miniſtra Regis Ptolomæi poteſtate tanto ante proderentur. Itaque fieri poteſt, ut ſic illi interpretati ſint, quemadmodum congruere Gentibus, ille qui eos agebat, & qui unum os omnibus fecerat, Spiritus-Sanctus judicavit. Sed tamen, ut ſuperius dixi, horum quoque Interpretum, qui verbis tenaciùs inhæſerunt, collatio non eſt inutilis ad explanandam ſæpè ſententiam. Latini ergo, ut dicere cœperam, Codices veteris Teſtamenti, ſi neceſſe fuerit, Græcorum auctoritate emendandi ſunt, & eorum potiſſimùm, qui cùm Septuaginta eſſent, ore uno interpretati eſſe perhibentur. Libros autem Novi Teſtamenti, ſi quid in Latinis varietatibus titubat, Græcis cedere oportere non dubium eſt; & maximè qui apud Eccleſias doctiores, & diligentiores reperiuntur.

* *Commendatur Itala Verſio Latina & Græca LXX. Interpretũ.*

Ut autem geminis ferè luminibus meam illuſtrem ſententiam, aliam ab eodem S. Auguſtino auctoritatem mutuabor: ipſe enim in Quæſtionum in Heptateuchum Procœmio hæc habet: ,, *Cum Scripturas Sanctas, quæ appellantur Canonicæ, legen-*
,, *do, & cum aliis Codicibus ſecundùm Septuaginta Interpretationem conferendo*
,, *percurreremus, placuit, eas quæſtiones, quæ in mentem venirent, ſive breviter*

 ,, *com-*

,, *commemorando, vel etiam pertractando tantummodo proponerentur, ſive etiam*
,, *qualitercunque tanquam a feſtinantibus ſolverentur, ſtilo alligare, ne de me-*
,, *moria fugerent.* ,, Scilicet Auguſtinus quamvis præferret Italam, eamque ſuis Commentariis conſignaret; tamen LXX. quoque Seniorum Verſionem aliquando in conſilium adhibebat, ut vidimus in Pſalterio, quod ipſe ad Populum enarravit.

Sit pro coronide Eccleſiæ Lugdunenſis judicium, Hæc, in Synodicis contra Joannis Scoti, & aliorum quorundam de libero arbitrio & prædeſtinatione errores Epiſtolis, libellum illum, olim *Hypomneſticon* inſcriptum, qui nunc *Hypognoſtici* titulo, Auguſtini etiam nomine legitur, falsò illi tribui hoc potiſſimum argumento cenſuit, quòd teſtimonia Scripturarum, ex Nova, qua utimur, Editione (Hebraicam vocat) in eo adſumantur; *cùm Auguſtinus contra Hæreticos diſſerens, vel de cauſis Fidei agens, ſemper* (inquit) *ex ANTIQUA convinceret contradicentes, & ex eadem* INSTRUERET FIDELES. S. Auguſtino tribuebatur jam Opus illud a Scriptoribus noni ſæculi, quos inter fuit Hincmarus, in Epiſtola ad Amolonem & laudatam Eccleſiam Lugdunenſem de Gotheſcalco ſcripta. Sed Hincmarum Remigius Archiepiſcopus & Eccleſia Lugdunenſis in libro *de tribus Epiſtolis* cap. 35. refellit in hæc verba: ,, Adjungit etiam rem novam, & ne-
,, que ex lectione, neque ex veraci aliqua traditione nobis hactenus compertam:
,, quòd ſcilicet Beatus Auguſtinus poſt omnes libros ſuos ſcripſerit quemdam
,, libellum, quem Græco vocabulo ὑπομνηστικόν nominat, quod latinè *Me-*
,, *moratorium* interpretatur; in quo de quinque quæſtionibus contra Pelagium
,, & Cæleſtium diſputaverit; & quidquid in præcedentibus libris de Prædeſti-
,, natione Divina erga damnationem reproborum dixerat, non ita ſe dixiſſe,
,, ut ab omnibus dixiſſe cognoſcitur & intelligitur, ſed alio abſurdiſſimo &
,, inconvenientiſſimo ſenſu; ut per hoc quod dixit, impios ad interitum præde-
,, ſtinatos, noluerit intelligi ipſos impios ad interitum prædeſtinatos, ſed
,, (quod nemo credere aut ſuſpicari poſſet) pœnam eis intelligi voluerit eſſe præ-
,, deſtinatam &c. Quis talem abſurditatem, immo inſaniam ferre poſſit? Nos
,, enim manifeſtè novimus, quia quando libros Retractationum jam ſenex &
,, morti vicinus ſcripſit, in quibus omnes præcedentes libros ſuos diligenter &
,, fideliter retractavit, nequaquam adhuc iſtum Libellum ſcripſerat, quia ſi
,, ſcripſiſſet, utique inter alios etiam ejus mentionem feciſſet. Manifeſtum etiam
,, videtur, quia poſt ejus obitum, quando vitam ipſius, & catalogum non ſo-
,, lùm librorum ejus, ſed etiam tractatuum ad Populum, & Epiſtolarum ad
* Poſſidius. ,, diverſos, quidam Sanctus Epiſcopus * & alumnus ejus diligentiſſimè recenſuit
,, & deſcripſit, necdum iſtum libellum ſcripſerat Beatus Auguſtinus: ſi enim
,, ſcripſiſſet, utique tanquam præcipuè neceſſarium inter alios annumerari, & me-
,, moriæ commendari potuiſſet. Quòd ſi aliquis ex Eccleſiæ Rectoribus, qui poſt
,, ejus obitum extiterunt, ſimpliciter eum ex titulo, qui a Sancti Auguſtini nomi-
,, ne inſcriptus eſt, non conſiderata diligentiùs ratione, nec aliqua neceſſitate, ut
,, id faceret, compellente, ipſius eum eſse credidit, cujus in fronte nomen inve-
,, nit; quid hoc præjudicat veritati, quæ diligenter inquiſita, & inventa nullum
,, ſuper hac re errare permittit? ..... Nam & ipſe ſupra memoratus libellus ma-
,, nifeſtiſſimis indiciis non ſe Sancti Auguſtini eſse apertè oſtendit: quia, nec Præ-
,, fationem aliquam in initio ſui gerit, ubi ſe ab aliquibus rogatum, vel ſibi
,, neceſsariò viſum, ut de tali re, ideſt prædeſtinationis verbo in ſuis libris
,, corrigendo, ſive aliter exponendo aliquod novum Opus ſcriberet, ſignificaſse
,, inveniatur. Nec ulla talis neceſſitas extitiſse cognoſcitur, ut de illis quinque
,, quæſtionibus, de quibus tam multa & tam multipliciter in libris præceden-
,, tibus diſputaverat, iterum novo Opere diſputare cogeretur. Sed & ipſe ſermo ab
,, eloquio Sancti Auguſtini multùm diſcrepat. Et ſenſus ab illius ſenſu non pa-

,, rum

„ rum inferior habetur. Et modeſtia atque humilitas morum, & ſermonum ejus
„ non ibi ſervatur. *Et teſtimoniis ex Hebraica Tranſlatione, quam Beatus*
„ *Hieronymus edidit, præter conſuetudinem contra illos hæreticos utitur: quod*
„ *ille ex ANTIQUA potiùs EDITIONE facere conſuevit*. Et prorſus.... &c.
Iiſdem argumentis utitur Prudentius Epiſcopus Tricaſſinus contra Joannem Scotum libro de prædeſtinatione cap. 14. ubi librum *Hypomnoſticon* probat non eſſe Auguſtini.

Demum Tibi, Præſul Doctiſſime, exponam (ut pictor ad variandum colores ſolet) præcipuos Codices illos Antiquæ Latinæ Verſionis, quibus me uti oportebit. Sacrarum Scripturarum Exemplaria permulta opus erant, ut ſingula Tranſlationum genera quærerentur. Sed quoniam Itala in paucis admodum Mss. libris perennavit, eorum multitudine fuit ſuperſedendum. Qui ad Vetus Teſtamentum pertinent, rariùs etiam inventi ſunt: in quibus ſi quando incidi, hi ejuſmodi erant, ut minus haberent antiquitatis (pauci ſi excipiantur, qui vetuſtatem referunt millenariam, vel etiam ſuperiorem, ut ex illis ſpeciminibus characterum, quæ in hiſce literis dedi, licet agnoſcere). Novi Fœderis Exemplaria, Divinæ Providentiæ ductu felici fauſtoque, copioſius reperi: ſed quoniam eorum (quibus Intacta Antiqua Latina Itala continebatur) nondum judicium ex forma elementorum atque ſcriptionis genere comparatum eſt, ut Tibi, Vir ſapientiſſime, quid ſtatui de ætate conveniat, ſit cognitum atque exploratum, inciſas ære Tabulas præcipuorum Euangeliorum exhibebo, quòd alio modo id agi non poſſit. Impetratum eſt ab Eminentiſſimo & Reverendiſſimo Viro Fr. Carolo Vincentio Cardinali Ferrerio Epiſcopo Vercellenſi vigilantiſſimo, qui in communi Literarum utilitate tuendâ augendâque verſatur, ut Codex ille Sacrorum Euangeliorum, qui S. Euſebii, ejuſdem Urbis Antiſtitis, ac Martyris venerandi, fuiſſe traditur, (univerſo Illuſtriſsimorum, ac Reverendiſsimorum Canonicorum Vercellenſium annuente Conventu) exſcriberetur mihi diligentiſſimè, ac tanta gaza meo ſtudio Editionique reſervaretur. Id conſtat ex authentico documento, quod unà cum exemplo inſignis Voluminis mihi tranſmiſſum eſt, atque ita Scriptoris diligentiæ in fine adſtipulatur.

Fr. Carolus Vincentius Ord. Prædicatorum Divina miſeratione Tituli S. Mariæ in Via S.R.E. Presbyter Cardinalis Ferrerius Epiſcopus Vercellenſis.

Sacri Euangeliorum Codicis a D. Euſebio Magno Epiſcopo & Martyre propriâ manu conſcripti, & in Sacro hujus Euſebianæ Baſilicæ Cathedralis Reliquiarum depoſito ſub fideliſſima cuſtodia exſiſtentis, anteſcriptum Exemplar, juſſu noſtro, accedente Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Capituli hujus noſtræ Cathedralis conſenſu, ad poſtulationem Domini Joſephi Blanchini Veronenſis Sacerdotis in Congregatione Romana Sancti Philippi Nerii, a Reverendiſſimo Domino Franciſco Hieronymo Ruggeri hujus noſtræ Baſilicæ Cathedralis Canonici exaratum, cum autographo per infraſcriptos Reverendiſſimum Dominum Carolum Franciſcum Cantonum J.U.D. prædictæ noſtræ Cathedralis Canonicum, Vicarium noſtrum Generalem, & Jacobum Philippum Novareſe Cancellarium noſtrum, accuratè conferri mandavimus; factâque exquiſitiſſimâ collatione, ne verbo quidem aut ſyllabâ ab illo diſſidere, ſed in omnibus & per omnia fideliter concordare compertum eſt: & ita atteſtamur, & dicimus. In quorum omnium ac ſingulorum fidem has dari per prædictos DD. Vicarium noſtrum Generalem, & Cancellarium ſignari, ac Sigilli noſtri munimine roborari juſſimus.

mus. Vercellis, ex Cancellaria Noſtra Epiſcopali, die undecima Menſis Junii Anni milleſimi ſeptingenteſimi trigeſimi octavi.

Carolus Franciſcus Cantonus Vic. Generalis.

Loco ✻ Sigilli.

Jacobus Philippus Novareſe Cancellarius.

Hic autem incomparabilis Codex dux erit ac veluti antefignanus Italæ Novi Teſtamenti Editionis: Quatuordecim namque ſæculis gloriatur, ut ex ipſius ſpecimine impreſſo pag. CCCLXXV. poteris, Sapientiſsime Præſul, agnoſcere. Habet, ut in ætatibus auctoritatem ſenectus, ſic in Codicibus antiquitas; & quidem maximè, cùm agitur de ſtatuendâ Antehieronymianâ Latini Interpretis Verſione. Venerabilii Codice S. Euſebii nemini hactenus uti licuit. Ego a Doctiſsimo & Clariſsimo Viro Scipione Marchione Maffeio (qui ſemper erit mihi cum eximiis atque promeritis laudibus nominandus) anno 1726. cùm Veronæ Canonicum agerem, edoctus fueram, Vercellis exſtare Codicem Euangeliarium tantæ vetuſtatis, ut Veronenſem noſtrum (quem tunc in Ædibus Capitularibus a me primùm exſcriptum, uſque ad ann. 1732. quo Romam veni ſemper domi ſocium, & tamquam contubernalem habui, quoniam ab Ampliſsimo Capitulo Illuſtriſſimorum ac Reverendiſsimorum Canonicorum mihi ſoli facultas facta fuerat illum edendi, ut in Actis Capitularibus legitur) ex tenuiſsimis membranis purpurâ tinctis, & aureis argenteiſque characteribus exaratis confectum, exſuperaret. Quare anno inſequenti 1727. Epiſtolaribus officiis exorare cœpi Illuſtriſſimum atque Cl. Virum Franciſcum Hieronymum Ruggerium Canonicum præſtantiſsimum Sanctæ Vercelienſis Eccleſiæ, ut omnem operam, ſollicitudinem, curam in eo exſcribendo Codice ponere dignaretur: qui ſtatim ultrò ingenti labori ſe obtulit, ac literis humanitate plenisſimis, re jam confectâ, ad me iſta conſcripſit.

JOSEPHO BLANCHINO VERONENSI
FRANCISCUS HIERONYMUS
RUGGERIUS NOVARIENSIS S.T.D.
Et in Baſilica Cathedrali Euſebiana Canonicus S. P. D.

„ VEtuſtiſſimum tandem Codicem Euangeliarium Euſebianum jam multis „ ab hinc annis a plurimis ſapientiſſimis Viris, ac eruditiſſimis Scriptori- „ bus conquiſitum, vota tua Vir Clariſſime, non ſolùm ut antiquitatem ſpecta- „ res, verùm etiam ut magis ad confirmationem Catholicæ Fidei, quæ Sacro- „ ſanctis Euangeliis, tamquam firmiſſimis propugnaculis roboratur, veritatem „ erueres, conſequi potuerunt.

„ Prodit enim in lucem, illumque tenes diuturnâ temporum ſerie nullâ „ oblivione deletum, ſed cautè, ſtudioſè, ac ſedulâ diligentia aſſervatum, „ nunc verò D. O. M. opitulante, & Eminentiſſimo ac Reverendiſsimo DD. Ca- „ rolo Vincentio Ferrerio Ord. Præd. hujuſque Sanctæ Vercellen. Eccleſiæ Epi- „ ſcopo vigilantiſsimo ſic diſponente, ac Dignitatibus, & Canonicis Euſebiani „ Capituli annuentibus, mea ope, ac labore a ſuo Exemplari fideliter, & ad „ amuſsim tranſcriptum.

„ De vera poſſeſſore hujus ſacri Voluminis, præter antiquam, conſtan- „ tiſsimamque venerationem, quam ſemper erga illud Capitulum, & Ec- „ cleſia profeſſa eſt, illud aſſervando in Ipſomet ſacro Reliquiarum de- „ poſito, ubi Sanctorum Prophetarum, Apoſtolorum, plurimorumque Mar-

„ tyrum

„ tyrum Oſſa cuſtodiuntur; exſtant & documenta plurima certa fidei, moni-
„ mentiſque publicis conſignata, ex quibus ediſcimus, librum quattuor Euange-
„ liorum a Magno Sancto Patre noſtro Epiſcopo & Martyre Euſebio ex Græcani-
„ cis litteris ante Divum Hieronymum fuiſſe redditum. Hac ipſa igitur facultate
„ Græcarum literarum lectionis atque ſcriptionis ea perfectione Romæ potieba-
„ tur, ut Julius Pontifex Marci ſucceſſor, qui Euſebium ſacro Presbyterali cara-
„ ctere inſignivit, exiſtimarit illum non ſibi ſoli vacare, ſed etiam Chriſtianæ
„ Reipublicæ prodeſſe debere, ut habetur ex antiquiſſimis tabulis hujus Vercel-
„ lenſis Eccleſiæ, in quibus eundem Euſebium Interpretem ſacrorum Voluminum
„ deſignatum a Summo Pontifice fuiſſe traditur. Græcas enim literas non alio
„ propoſito ſibi fine didicerat, quàm ut perfectiùs Sacrarum literarum arca-
„ na dignoſceret.

„ Quo tempore, quove loco, quem ad finem hoc Opus incohaverit, com-
„ poſuerit, atque perfecerit, non me auctore, ſed præſtantiſſimi hujus Vercel-
„ leo. Eccleſiæ olim Epiſcopi Joannis Stephani Ferrerii teſtimonio ex Vita San-
„ cti P. N. Martyris & Epiſcopi Euſebii ab eo ſcripta mutuato pateſacere conten-
„ dam. Legitur itaque fol. 16. illius Vitæ.

Neque vero hæc, aliaque dum ageret, ſui obliviſcebatur: immo conſtans traditio eſt, eum non modò ad occaſionem tollendam, qua populus Ariana invidia ſeductus in eum peccaret; ſed etiam ardenti ſtudio vacandi ſibi, & Deo, ſeceſſiſſe in montes Oupæ Buggellenſis ditionis, & ultra Padum ad Caſtrum Credonenſe, tunc Diæceſis Vercellenſis, diverſis temporibus; ut qui tot curis juvandorum aliorum gratia diſtinebatur, haberet ubi ſubinde ſe colligeret, ac ſpiritum è cælo attraheret, majoreſque ei ad Dei gloriam provehendam vires ſuppeterent.

Legitur etiam in eadem vita manuſcripta Euſebium, dum in his locis religioſis & ſanctis moraretur, ſua ipſius manu quatuor Euangelia ſcripſiſſe, quæ ad hæc uſque tempora conſervantur: quæ quidem Sancta Euangelia totius poſtea vitæ tempore ipſius fuiſſe caros comites in ejus vita narratum habemus. Siquidem eorum temporum Chriſtiani homines & perpetuò apud ſe habere, ac circumgeſtare conſueverant, quemadmodum a mulieribus etiam factitatum novimus: id quod de S. Cæcilia in primis ſatis conſtat, quæ Chriſti Euangelia, utì ejus narrat hiſtoria, ſemper in pectore geſtabat ſuo. Immo idipſum nonnullis ad mortem uſque familiare fuit, utì Sancto Barnabæ, ad cujus defuncti pectus repertum eſt S. Matthæi Euangelium ipſius Barnabæ manu deſcriptum; quo tempore in Inſula Cipro, Zenone Imperante, corpus ejus inventum eſt. Quamobrem piè credendum exiſtimo, librum hunc in promptu ſemper habuiſſe Euſebium, non ſecus atque Barnabam, & Cæciliam: ſui illum theſauri inſtar duxiſſe, & ex hoc omnium doctrinarum, virtutum, rerumque mirabilium, tanquam ex Oceano tum venæ, tum fontes effluxerunt, quorum ſanctos latices cum Euſebius ebibiſſet, dæmonia, dæmoniorumque miniſtros ejecit; vitiorum, ſchiſmatum, hæreſum tetra monſtra ex Eccleſia ejecit, exterminavitque. Neque enim fructus expectari poterant alii, aut ab inſtrumenti perfectione atque preſtantia, aut a ſumma dexteritate peritiaque Artificis, qui inſtrumento ejuſmodi uſus eſt. Dolendum ſane eſt theſaurum hunc noſtrum injuria temporis aliqua ex parte conſumptum fuiſſe; tametſi ad eum illæſum conſervandum, & integrum, non ſemel adhibita fuerit diligentia, vèl a magnis Regibus, utì a Berengario, qui librum argenteis laminis contegendum curavit; quod ſatis adhuc prædicant illa carmina, quæ ſub Sanctiſſimi Euſebii effigie leguntur; ea verò ſunt:

Præſul hic Euſebius ſcripſit, ſolvitque vetuſtas;
Rex Berengarius ſed reparavit idem.

Argentum poſtquam fulvo depromiſit, & auro,
Eccleſiæ, Præſul, optulit ipſe tuæ.

Nec minus doleo, quòd videam folium unum illius ſacri Codicis religioſis quibuſdam perſonis reliquiæ loco datum; quemadmodum in infraſcripta ſyngrapha Auguſtini Ferrerii, ea tempeſtate Vercellenſis Epiſcopi, ac Patruelis Avi mei, legere eſt: quem nos Codicem perinde deſcribendum curabimus, priuſquam, aut illum diuturnitas temporis pejus efficiat, aut ulla illius pars alia deperdatur: ut ſaltem firmiſſimi teſtimonii loco exſtet Verſionis, ipſa qua hodie utimur S. Hieronymi Verſione antiquioris. Syngrapha autem illa ſic ſe habet; „ *Auguſtinus Fer-*
„ *rerius, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Vercellen, & Comes, Univer-*
„ *ſis Chriſti fidelibus, præſentes noſtras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiter-*
„ *nam. Noveritis quod nuper ad Eccleſiam S. Euſebii Vercellen. devotionis gra-*
„ *tia declinantes Mag. D. Jacobus Circeſten. & Peturus Ebult de Salus. Diæc.*
„ *Lauſanen. ad M. Principem noſtrum Excellentiſſ. Carolum Sabaudiæ Ducem*
„ *pro univerſali Helvetiorum Conventu Oratores, ſignificantes nobis, & Vene-*
„ *rando Cap. noſtro, Eccleſiam ſub hujus Sancti Euſebii invocatione in finibus loci*
„ *Salus, loco dicto Nieuchen Lauſanen. Diæceſis conſiſtere, quam homines &*
„ *incolæ loci prædicti ſumma venerantur devotione, & reverentia, ob ſubli-*
„ *me ſanctiſſimi Epiſcopi & Martyris Euſebii meritum. Quare ſi quid de illius*
„ *veſte, geſtis, ex reliquiis apud plebem prædictam haberetur, eadem plurimum*
„ *in Domino gratularetur. Nos ideo (ut par eſt) cupientes, & prædictum di-*
„ *vum Euſebium Patronum noſtrum devotis laudibus ubique locorum & terra-*
„ *rum ſumma veneratione extolli, juſtamque eorum Oratorum devotionem conſi-*
„ *derantes, nec non prælibati illius Principis noſtri Ducis ſingularem erga præ-*
„ *fatos Oratores benevolentiam, qui nobis & Capitulo noſtro pro eis affe-*
„ *ctuoſe ſcripſit, & magnificum D. Stephanum, Motæ in Sabaudia Dominum,*
„ *& ſuæ Excellentiæ, Capitaneum deſtinaverit. Quoniam hujuſmodi poſtulatio*
„ *ad Beati Euſebii cedit, populique præfati devotionem, eiſdem Oratoribus*
„ *(accedente venerandi Capituli conſenſu) partem lapidis, quo beatus Eu-*
„ *ſebius lapidatus exſtitit, & morti traditus; foliumque unum Evangelio-*
„ *rum, ante centum quadraginta quatuor ſuper mille annos, præfati S. Euſe-*
„ *bii Manu propria conſcriptum, & a ſacrario Eccleſiæ prædictæ, cum qua de-*
„ *cuit reverentia extractum, elargiti fuimus: ex quo Evangeliorum libro pluri-*
„ *ma miracula viſa ſunt, quæ nulla poterunt tergiverſatione celari, & quæ om-*
„ *nia apud Eccleſiam noſtram prædictam ſumma veneratione aſſervata tranſ-*
„ *mittimus, parique veneratione penes eos obſervari affectamus. Has autem*
„ *noſtras per eSecretarium noſtrumque juſſum ſubſignari, & Sigilli noſtri majoris*
„ *appoſitione roboratas, in teſtimonium præmiſſorum conceſſimus. Datum Vercel-*
„ *lis ex Palatio Epiſcopali noſtro, die 24 Januarii MDXV. præſentibus ibidem*
„ *Andrea Ferrerio, Patruo, & Vicario noſtro Generali, & Ludovico de Gromis*
„ *Canonico Vercellenſi teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis. Jo: de Ferreriis.*

Per hunc denique librum præcipuam quamdam ejuſdem ſanctitatem aliquando ſignificavit Deus, uti etiam ipſa ſyngrapha ſuperior innuit, ſæpius enim evenit, ut, qui illo tacto pejerarunt, ii aut ſtatim excæcati, aut alio membro capti ſint. Sed de hoc ſancto, nobiſque cariſſimo Codice ſatis.

„ Hucuſque idem memoratus Epiſcopus Jo: Stephanus Ferrerius, qui, quam-
„ vis in ſua præcellenti hujus ſacri Codicis deſcriptione eum poſteritati æter-
„ næque memoriæ dandum promiſerit his verbis: *Quem nos proinde deſcriben-*
„ *dum curabimus*: morte tamen præreptus anno 1610. antequam Vita S. Euſebii
„ ab ipſo collecta in lucem ederetur, alteri Ferrerio Epiſcopo, & Sac. Cardinalatûs
„ Purpura inſignito, atque ad ſpectabilem venerandumque Euſebianum Codicem
„ in præſentem memoriam revocandum incomparabili ſolicitudine prædito,
„ ſu-

„ ſupremo dictante providentiæ Numine, hiſce temporibus curam reliquit.
„ Aliud quoque documentum habetur in Sermone Athonis Epiſcopi Ver-
„ cellenſis anno 752., qui inter alios ad laudem Sancti Martyris Epiſcopi Euſebii
„ a Sanctis Patribus & Epiſcopis Ambroſio, Maximo, ac Gregorio Turonenſi
„ compoſitos recenſetur. Circa medium namque Serm. illius, ubi fit mentio de
„ Concilio coacto Mediolani anno 355. (juxta adnotationem Cardinalis Baro-
„ nii) a Conſtantio Imperatore, perniciosiſſimo Catholicæ Fidei hoſte atque ever-
„ ſore, ſic legitur: *Ad quem Beatus Euſebius ire diſtulerat, quem, quid agen-*
„ *dum, minimè latuerat*. Deinde ſubdit: *Nec ſe potuit continere, quin ad*
„ *memoratum Concilium iret pro Fide contendere, ſancti Euangelii cara depor-*
„ *tans pignora*. Idem teſtatur etiam Venerabilis Jo: Franciſcus Bonomius hujus
„ Eccleſiæ Epiſcopus anno 1554, qui inter cætera, ad apparatum excogitatæ
„ Translationis Sacri Corporis Sancti Martyris Euſebii pertinentia, elogia,
„ ex Sanctorum PP. tum Græcorum, tum Latinorum ſcriptis excerpta, quae in
„ Baſilica Euſebiana, Atrio Epiſcopali, Arcubus, Trophaeis, viiſque publicis
„ erant apponenda, illud quoque Athonis extabat. Habetur demum in Vita
„ Sancti Euſebii typis edita, n. XIV. fol. 138. *Sacroſancta Euangelia ſua ipſius*
„ *manu deſcripta, fidiſſimorum comitum loco, aſſiduè apud ſe babuit: quibus*
„ *uſus, vitiorum, ſchiſmatum, hæreſumque tetra monſtra undique exter-*
„ *minavit*.

„ Sed quid immoror in requirendis probationibus, cum tu compertum ha-
„ beas, quanta ſit hujus ſacri Codicis dignitas, quanta ejus conditoris certitudo,
„ quanta inſuper fides ei habenda. Hoc duce Novatorum errores eludere cona-
„ re; ut, ſicut oriente Sole, quidquid de nocturna umbrarum caligine reliquum
„ eſt, cito dilabitur; ita, hoc Sacro Volumine in lucem edito, & non ſolùm in
„ literaria Republica, ſed etiam in toto Terrarum Orbe diffuſo, omnium hæ-
„ reticorum oculi cæcutientes, Catholicæ Fidei agnitione illuſtrentur.

„ Faxit Deus, ut mea etiam ad majorem Ortodoxæ Fidei confirmationem, ad
„ majus gloriæ incrementum S. P. N. Martyris Epiſcopi Euſebii, eique famu-
„ lantis Capituli, ad dignam demum tui nominis commendationem com-
„ pleantur vota. Accipe igitur, præclariſsime ac ſemper mihi gratiſsime Blan-
„ chine, quidquid imbecillitas mea ſeligere potuit, quod omne tibi jucundiſ-
„ ſimum fore confido. Vive diu, zelando Fidei veritatem; ac in arduo maxi-
„ moque, quod ſuſcepiſti Opere, te Deus incolumen ſervet, ac demum ad feli-
„ ciſsimum ſalutis æternæ locum perducat. Vale. Vercellis.

Ego in Illuſtriſsimi Can. Ruggerii laudibus feram, ſi Diſſertationem quoque te-
xuerit ſingularem; atque ea monumenta ab omni antiquitate petita evulgarit, quæ
(ut ipſe in Epiſtola videtur innuere) in Archivo inſignis Capituli ad hanc diem uſ-
que adſervantur; ut eorum ope Sanctiſsimo Epiſcopo & Martyri Euſebio laudatum
Codicem Euangeliorum afferat vindicetque, magno cum fœnore noſtrarum *Vindi-
ciarum*. Id, ut velit efficere, etiam atque etiam rogo; promittoque, ejus Opuſculum
in meis Prolegomenis Euangeliorum in lucem editurum; ſicut ex literis ad eum
ſcriptis id me ſummopere velle perſpexit. Quantam verò antiquiſsimæ traditioni
Vercellenſis Eccleſię fidem, Præſul Illuſtriſſime, nos habere conveniat, edocent Acta
illa S. Euſebii, quae Ferdinandus Ughellius publici juris fecit Tomo IV. *Italiæ Sa-
cræ* col. 1030. primæ Edit., *ex Codice* (ut inquit) *vetuſtiſſimo Vitæ Sanctorum Mo-
naſterii Nonantulani*. In iis namque ita legitur: „ Pugnabat autem (*ſcilicet S. Eu-*
„ *ſebius*) contra immaniſſimas beſtias Arriomanitas, quæ eum expulerunt de
„ Civitate, perſecutione populi contra eum excitatâ: at ille, ne populus in eum
„ peccaret, quos poſtea delectabatur habere filios, ſciens ſcriptum, *ſi vos per-*
„ *ſecuti fuerint in una Civitate, fugite in aliam*; ultra flumen Padum tranſiit,

& ad

„ & ad Caſtrum, quod dicitur Credonenſium, perveniens, ibi tribus menſibus de-
„ gens) in honorem B. Dei Genitricis conſtruxit Oratorium; ubi etiam adhuc lon-
„ gius degens, EVANGELIUM Chriſti propriâ manum SCRIPSIT; cujus mira-
„ culum in eodem Codice quatuor Euangeliorum, non ſolùm verbis Chriſti, ſed
„ & ejuſdem Patris tanta virtus coruſcat, ut, ſi aliquis ſeductus a diabolo falſum
„ ſuper eum Sacramentum fecerit, citius ſuper eum plaga corporis oſtendatur,
„ itaut, aut morte mulctetur, aut, perditis oculis, ſpirituale & corporale lumen
„ amittat, aut, ariditate membrorum, mancus, vel claudus efficiatur, aut inva-
„ ſione dæmonum penè uſque ad exitum dilanietur. „ Hiſce laudationibus, huicque teſti Berengarius accedit, filius Eberhardi Ducis Forojulienſis, qui admodùm juvenis in Regem Italiæ anno 888. fuit adlectus, ut conſtat ex ſigillis cereis Diplomatum, quæ ipſe dedit primis ſui Regni annis. Ibi enim effigies cernitur hominis imberbis, vultumque juvenilem præferentis, qualem non videas in ſubſequentium annorum Diplomatibus. Guglielmus Godefridus Leibnitius, qui Editionem ornavit, ac brevem Chronologiam antiqui *Carminis Panegirici de laudibus Berengarii Auguſti* primùm ab Hadriano Valeſio Chriſtianiſſimi Regis Galliæ Hiſtoriographo evulgati, a menſe Majo anni 887. exorditur Regnum Berengarii in Italia. Sed id minimè ſolidis fundamentis; ut ait Doctiſſimus Abbas Lodovicus Muratorius Parte I. Tomi II. *Rerum Italicarum* pag. 373. cui ante oculos obſervabantur duo Diplomata Caroli Craſſi Imperatoris, data *anno* 887. *III. Idus Auguſti in Curte Regia Luſtonoa*, ſeu *Juſtonoa* pro quibuſdam prædiis Angelbergæ, olim Imperatricis in Italia morantis: ex quibus liquet nondum eo anno locum fuiſſe Berengario invadendi Regni, quod ſolùm poſt mortem Caroli ſubſequenti anno 888. factum eſt. Sunt & alia Diplomata nondum edita ejuſdem Berengarii, ex quibus idem evincitur. Unum datum eſt *anno* 889. *IV. Idus Septembris anno Regni II.* Alterum anno 894. IV. Nonas Septembris, anno Regni VII. ut alia omittantur. Ætate verò Berengarii ſic conſtabilitâ, naſcitur mihi nunc aliud probationis genus, in quo ferè conquieſcam, ne in adhuc immaturam meſſem videar falcem immittere. Sed quoniam ipſum explicari non poteſt, niſi prolatis Tabulis tegumentorum Codicis Euſebiani a Berengario auro argentoque contexti, atque Eccleſiæ Principi Vercellarum ab ipſo reverenter oblati, ipſæ Tabulæ proferantur (vide pag. CCCLXXVII. & ſeq.), ex quibus licebit conjicere, eum, poſtquam Epiſcopi Vercellenſis patrimonium ſatis amplum diripuerat, tactum dolore cordis intrinſecùs, Euſebianum autographum cum fœnore reddidiſſe. Rem narro ex Hadriano Valeſio, qui cap. IV. Adnotationum in laudatum Anonymi Panegyricum inquit: „ Anno 886. inter
„ Berengarium Forojulienſem Ducem, & Liutvvardum Epiſcopum Vercellen-
„ ſem, Caroli Auguſti a Secretis Conſiliarium unicum, orta diſcordia eſt. Be-
„ rengarius per vim, aut per inſidias Vercellas ingreſſus, multas res Epiſcopi pro
„ voluntate corripuit, ac Urbe exceſſit ſpoliis onuſtus, nemine prohibente: ſed
„ inſequenti anno 887. ad Imperatorem venit, & magnis muneribus contume-
„ liam, ac injuriam Epiſcopo factam luit, inimicoque ſatisfecit, quemadmodum in Annalibus Bertinianis invenitur. Anno enim 886. *Poſt Paſcha* (inquiunt) *habito generali Papiæ Conventu, Imperator per Burgundiam obviam Nordmannos in Galliam, qui tunc Pariſiis erant, uſque pervenit. Occiſo ibi Henrico Marchenſi Francorum, qui id tempus Niuſtriam tenuit, Rex parùm proſperè actis rebus, revertitur in ſua. Diſcordia inter Berengarium cognatum Regis, qui Foro-Julienſe fruitur, & Liutvvardum Epiſcopum oritur. Propterea Berengarius mittens Vercellinam Urbem expoliare, ibique veniens, multis rebus Epiſcopi abreptis, prout voluit, reverſus eſt. Et an.* 887. *Imperator Eliſaica magna infirmitate adgravatur. Poſtea parùm convaleſcens ad Alamanniam proficiſcitur, vergens Curtem Podonam, pro dolore capitis inciſionem accepit. Tranſacto die Sancto Paſcha, habitum eſt placitum Vueibilinga. Ibi inter alia*

Beren-

Berengarius ad fidelitatem Cæſaris pervenit , magniſque muneribus contumeliam , quam in Liutvvardo priori anno commiſerat , componendo abſolvit .

Igitur ex Epigrammate in tegumentis Codicis Vercellenſis expreſſo tenemus , ipſum Codicem a S. Euſebio fuiſſe exaratum ; quod teſtimonium, quoniam a Berengario proficiſcitur , ad nonum Chriſti ſæculum eſt referendum . Antequam verò tollatur manus è tabula , unicum ſaltem laudati Codicis locum recitemus , quem Ariani eo tempore , quo Auxentius Mediolanenſem Eccleſiam armis , exercituque occupaverat , (Valente, & Urſacio Eccleſiam Sirmienſem incurſantibus) de ſacro Joannis Euangelio puniendâ manu ſuſtulerunt *(*cap.3.v.6.*)*. Hoc autem flagitium quoniam deprehenſum fuit circa annum reparatæ ſalutis 357. miram Euſebiani Codicis antiquitatem oſtendit, atque inolitæ traditioni addit maximum pondus authoritatis. Legebatur nempe in laudato Capite 3. Euangelii ſecundùm Joannem v.6. *quod natum eſt de carne, caro eſt, quia de carne natum eſt; & quod natum eſt de Spiritu , Spiritus eſt , quia Deus Spiritus eſt , & ex Deo natus eſt ;* ut adhuc in Vercellenſi Codice habetur. Sed impii homines ea verba , *quoniam Deus Spiritus eſt* , dolo ac fraude è Sacris Voluminibus eraſere ; ut diſcimus a S. Ambroſio , qui Arianos ſic compellat in libro de Spiritu Sancto . „ Nec ſolum hoc loco , evidenter Sancti Spiritus *θεότητα* , hoc eſt Deitatem , Scriptura „ teſtatur; ſed etiam ipſe Dominus dixit in Euangelio: *quoniam Deus Spiritus eſt* . Quem locum ita expreſſè , Ariani , teſtificamini eſſe de Spiritu , „ ut eum è veſtris Codicibus auferatis: Atque utinam de veſtris , & non etiam „ de Eccleſiæ Codicibus tolleretis . „ Delebant ergo eum locum non modò ex ſuis , ſed etiam ex Eccleſiæ Codicibus Ariani . Atque illud facinus ad exitum perduxere ; quia plurimi ex ipſis , fraudulenter diſſimulata hæreſi , ſe ſe ab Eccleſiæ Catholicæ communione ſubducere perdiù refugerunt . Sed a vigilantiſſimis Eccleſiæ Paſtoribus hæc Arianorum perfidia detecta eſt , ut narrat idem Ambroſius , qui etiam tempus aſſignat . „ Eo enim tempore (*inquit*) , quo impiæ „ infidelitatis Auxentius Mediolanenſem Eccleſiam armis exercituque occupa„ verat , vel a Valente , atque Urſatio , nutantibus Sacerdotibus ſuis , incurſa„ batur Eccleſia Sirmienſis , falſum hoc , & ſacrilegium veſtrum in Eccleſiaſti„ cis Codicibus deprehenſum eſt . Et fortaſſe hoc etiam in Oriente feciſtis . „ Affirmat tamen Sanctiſſimus Mediolanenſis Antiſtes tanto Arianorum ſcelere fidem Eccleſiæ nec deleri , nec labefactari potuiſſe . „ Et litteras quidem (*ait*) potui„ ſtis abolere , ſed fidem non potuiſtis auferre . Plus illa vos litura prodebat , plus „ vos illa litura damnabat : neque enim vos poteratis oblinire veritatem , ſed illa „ litura de libro vitæ nomina veſtra radebat . „ Et verò (inquit Germonius lib. de veteribus hæreticis Eccleſiaſticorum Codicum corruptoribus pag. 116.) locum illum , *quoniam Deus Spiritus eſt* , non exſtare ampliùs in capite tertio Euangelii ſecundùm Joannem , cuique legenti manifeſtum eſt : illic autem ſaltem apud Latinos exſtitiſſe ante Arianorum tempora nemini dubium eſſe poteſt .

Nam Tertullianus in libro de carne Chriſti , quem Romæ ſcripſit adverſus Marcionem , Apellem , & Valentinum , quorum primus negabat Chriſtum veram carnem habuiſſe ; ſecundus concedebat veram carnem habuiſſe , ſed verè natum eſſe negabat ; tertius cum fateretur , & veram carnem habuiſſe , & verè natum eſſe , ajebat illum natum eſſe per Virginem , atque in Virgine , at non ex Virgine ; adverſus iſtos Hæreticos , inquam , Tertullianus * hunc ipſum Joannis locum citat : „ Ipſe Dominus , inquit , ſententialiter & definitivè pro„ nuntiavit , *quod in carne natum eſt , caro eſt* , QUIA EX CARNE NATUM „ EST . Sed ſi de homine tantummodo dixit , non & de ſemetipſo : plane nega„ Chriſtum , & ita defende non & ipſum competiſſe . Atquin ſubjicit , *& quod* „ *de Spiritu natum eſt , Spiritus eſt* , QUIA DEUS SPIRITUS EST , ET „ DE DEO NATUS EST . Hoc utique vel eo magis in ipſum tendit , ſi & in

* *De Carne Chriſti cap.* 18.

„ credentes ejus. Si ergo & hoc ad ipſum, cur & non illud ſupra ? &c. „ . . . . . Neque Romæ tantùm, aut ſolus iſta legit Tertullianus in Euangelio Joannis, ſed & in Africa Cyprianus, & cum illo plurimi Epiſcopi in Synodo, quæ Carthagine anno 256. celebrata eſt, & in qua agitur *de baptizandis hæreticis*.

Noviſſimus Editor S. Ambroſii ad hunc Joannis locum, quem ex laudato Eccleſiæ Doctore ſuperiùs recitavi, hæc putavit eſſe obſervanda. „ Sequentes voces (inquit Tom II. pag. 677.) *quia de carne natum eſt*, non minus abſunt ab „ omnibus omnium idiomatum Bibliis, quàm illæ, de quibus hìc diſputatur, „ *quoniam Deus Spiritus eſt :* Atqui, ut dubitare nequaquam licet, quin hæ „ ultimæ ab Hæreticis fuerint ex albo Sacrarum paginarum eraſæ, ita ſatis mi„ rum eſt, eaſdem nuſquam in proprium locum fuiſſe reſtitutas. „ Sed hæc fortaſſe cauſa eſt, cur Eccleſia non reſtituerit locum illum; quia non ſatis exploratum habebat, utrum verè in antiquiſſimis, & primigeniis Euangelii Exemplaribus extitiſſet, Quoniam verò properavi Euſebiani Codicis formam in lucem edere, Te, Auditor Rotæ Sapientiſsime, ſcire volo, me ab amiciſsimo viro Jacobo Vallarſio (de quo non ſemel honoris cauſa mentionem feci), cum circa annum 1730. Parmæ ageret, impetraſſe, ut meis ſumptibus Vercellas proficiſceretur ad eum luſtrandum Codicem, & characterum ſpecimen effingendum. Ipſe autem eâ quâ pollet humanitate iter illico arripuit; ſed quoniam in tranſcurſu bis tantùm, & per tranſennam ei Codicem videre licuit, ſemper laudandus Eminentiſsimus ac Reverendiſsimus Princeps Carolus Vincentius Cardinalis Ferrerius a ſummis Epiſcopii curis ad hoc etiam incomparabilis clementiæ munus exhibendum animum traduxit; atque, una cum Euangeliario ex Originali tranſcripto, mecum communicavit unius paginæ ſpecimen literarum in folio papyraceo, oleo papaveris albi illito (ita enim pellucida charta evadit; & velut in ſpeculo ſubjecta Codicis lineamenta, formamque ſcripturæ fideliter repræſentat); ad cujus ſimilitudinem ego ſequentem Tabulam ex ære incidi, atque affabrè elaborare curavi,

Utinam verò Eminentiſſimum Vercellenſem Epiſcopum omnes imitarentur, Sed ſunt nonnulli, quorum pervetera monumenta valde laudantur, ſed ea ferè apud illos, quia ſunt concluſa, laudantur. Hoc qui faciunt, non eſt eis ſatis non reprehendi, laudari etiam volunt ? O novum laudis genus, quod ignaviam nutrit, ac fovet! Ego ab iſtis abſum longiſſimè, non divortio caritatis, ſed literarum; quoniam ſe Barbararum nationum imitatores eſſe gloriantur; & animos tam inurbanos & agreſtes habent, ut ne magnorum quidem virorum eos moveat auctoritas, Hoc genus hominum, ad tumulanda monumenta vetera natum, eſt maximo Hiſtoricæ veritati detrimento. Sed quò, Præſul Sapientiſſime feror ? Amor antiquitatis me abripuit, atque ita a propoſito argumento abalienavit, ut de via decederem. Sed in eam redeo, Et quoniam, ante quam ſcribendi finem faciam, erunt mihi illuſtranda & alia Euangeliorum ſpecimina, accipe veluti Prodromum eorum, Epiſtolam Doctiſſimi atque humaniſſimi viri Philippi Abbatis Garbellii Patricii Brixiani, quam dudum ad me ſcripſerat de Manuſcripto Codice Euangeliario Regii Monaſterii S. Juliæ. Ipſam reliquis Tabulis Euangeliorum præambulam eſſe cupio. Rectiùs quidem vir magni ingenii, ſummæque prudentiæ Garbellius egiſſet, ſi ab ipſo nihil omnino actum eſſet de nobis, Sed publicis literis conſignatam memoriam publicam amoris gratiâ me habere voluit. Hæc detur amico venia, qui ferè ætatem egit in literis, & antiquo more laudat, quem unicè diligit.

VIRO

Codex Evangeliorum Euſebianus

lucanum

MULIERABSCO
DITINFARINA
DONECFERME
TARETUR
ETCUIRCUIBAT
PERCIUITA
TESETUICOS
DOCENSHIE
ROSOLYMIS
DIXITAUTEM
QUIDAMILLI
DMESIPAU
CISUNTQUI
SALUIFUTU
RISUNT
QUIDIXITADIL
LOSINTRATE
PERANGUS
TUMOSTIUM
QUONIAMMU
TIDICOUOBIS
QUAERENT
NECPOTERUNT
INTROIRE

CUMAUTEM
INTRAUERIT
PATERFAMI
LIASETADCLU
SERITOSTIUM
ETINCIPIETIS
FORISSTARE
DICENTESDME
APERINOBIS
ETRESPON
DENSDICET
NESIOUOS
UNDESITIS
TUNCINCIPIE
TISDICERE
MANDUCA
UIMUSCORA
TEETBIBIMUS
ETINPLATEIS
NOSTRISDO
CUISTIETDI
CETUOBISNES
CIOUOSUNDE
SITISDISCEDI



Digitized by Google




Digitized by Google

Codex argenteus Evangeliorum Regii Monaſterii Brixiani S. Juliae.

☧ INC. EUANG. SEC. LUCA ☧

QUONIAMQUIDEMMULTI
CONATISUNTORDINARE
NARRATIONEMRERUM
QUAEINNOBISCONPLETAE
SUNT· SICUTTRADIDERUNT
NOBIS·QUIABINITIOIPSI
UIDERUNT· ETMINISTRI
FUERUNTUERBI PLACUIT
ETMIHIADSECUTOAPRIN
CIPIO· OMNIBUSDILIGEN
TEREXORDINETIBISCRI
BERE· OPTIMETHEOFILE
UTCOGNOSCAS· EORUM
UERBORUM· DEQUIBUS
ERUDITUSESUERITATEM
FUITINDIEBUSHERODISREGIS
IUDAEAE· SACERDOSQUIDA
NOMINEZACCHARIAS·
DEUICEABIA·ETUXORILLI
US· EXFILIABUSAARON·



VIRO CLARISSIMO

JOSEPHO BLANCHINO VERONENSI
PHILIPPUS GARBELLUS

S. P. D.

REvocaſti me nihil tale cogitantem humaniſſimis officiis tuis ad ea ſtudia, quæ ſæpe ſepoſita, ſæpe etiam reſumta, nunc tandem, avocantibus rebus aliis, omnino diſtuleram. Cum enim Apographum Veteris Interpretis, quod in principis Eccleſiæ veſtræ Tabulario reconditum ſervabatur, edere ſtatuiſſes, invento inter Schedas Franciſci Patrui tui Viri ampliſſimi ſpecimine quodam noſtri Codicis argentei, quod a me olim acceperat, egiſti mecum per litteras, ut Lectiones a Vulgata abeuntes excerperem: tum, ſi quid aliud e re tua futurum putaſſem, illud ipſum, ceu Symbolam, ad hocce Convivium adferre ut ne renuerem. Feci lubens. Quid enim non a me exigeret cura iſta tua, quæ non multo pridem magni nominis viros tenuit ita, ut ſecum, ac cum universo Orbe Chriſtiano præclare actum arbitrarentur, ſi, ut in Galliis Martianæus vetuſtum Matthæi Exemplar vulgando, ſic in reliquis efferendis alii, quibus ſacra hæc monumenta ſuppeterent, pari fide ac ſedulitate laboraſſent. Quod profectò conſilium tuum dignum te, dignum Italia, dignum etiam memoria Patrui, cujus veſtigia tantâ cum laude premere pergis, Eruditis omnibus acceptum, probatumque iri, nemo eſt qui non videat. Sed dum Variantes Lectiones, quas olim e Matthæi Textu omnes, e Lucæ, ac Joannis aliquot in Adverſariis ſepoſueram, retracto iterum ac confero; ne errores noſtri, ſi qui fortaſſe legenti mihi, aut deſcribenti obrepſiſſent, imponerent poſteritati: en rurſus amantiſſimas litteras tuas, quibus cogitare te de edendo integri Codicis Textu ſignificas. Laudavi propoſitum iſtud, quo in re ſacra verſantibus, longe uberiùs quàm ſolis excerptis, ſatisfactum iri videbatur. Quamvis enim ad ſecernendum, quid olim e fontibus, quid e memoriæ penu promſerint Veteres: quæ in publicis Eccleſiarum Codicibus facies, quæ in privatorum eſſet, quid primis, quid ſequentibus ſæculis legeretur, hæc plurimùm conferant; nihil tamen æquè utile ac jucundum eſt, quàm ſeriem ipſam, indolem, genium, minutiſſima demum integri, ut ita dicam, corporis lineamenta, in pervetuſtis hiſce Antigraphis rimari atque effingere. Cujus rei cauſſa olim Bentleyus Joannem Millium ad vulganda Alexandrinum, Cantabrigienſe, Oxonienſe, Gallica denium urgebat ita, ut ea Editio -- * *ſingulas litteras, atque apices Exemplarium, etiam ubi a Librariis peccatum eſt, accuratè, & religiosè ſubſequeretur.* - Licet poſtea celeberrima illa ſua N. T. Græca Editione diſtentus, mox immaturo fato præreptus, hanc ſpartam aliis ornandam reliquerit. Et ſanè, cum Majorum ætate, longè verò amplius hac noſtra, is fuerit Antiquitatis amor, ea hominum ſtudia in perquirendis, quæ latebant plurima, atque etiamnum latent, quà ſacris, quà profanis Veterum Monumentis, ut in lucem hanc publicam efferrent; mirum propterea videri poſſit, nondum illorum quemquam primævi Interpretis Verſionem integram protuliſſe, qualis ante Hieronymum ferebatur. Nam præter admirabilem illum in deſcribenda Evangelica hiſtoria tot ſæculorum conſenſum, illud etiam liqueret fortaſſe, non ſatis attente Hieronymi, atque Auguſtini auctoritatem urgere multos, qui N. T. Latinas Verſiones plurimas olim in Eccleſia fuiſſe arbitrantur. Adeo in paucis, & quidem verbo tenus, differunt inter ſe Codices vetuſtiores, unum aut alterum ſi demas, quos aut licentia privatorum, aut ignorantia, quandoque etiam pietas inconſulta, miris modis interpolavit. Adde Cymeliis hiſce nullo alio conſilio proſpici ſecuriùs, ut ne vetuſtate dilabantur, quàm ſi typis excuſa verſentur in manibus omnium, nunquam deinceps niſi cum literis ipſis inte-

* Epiſt. ad Millium ap. Fabr. Bib. Gr.

interitura. Utcunque enim aut in Scriniis privatorum, aut in Bibliothecis Principum diligentiſſimè ſervatis, caracteres tamen ipſi ſitu, tineis, pulvere, ſed edacitate potiſſimùm temporis evaneſcunt. Ex quo fit, ut, quæ uno alterove ſæculo elapſis, legi non incommodè poterant, nunc liqueſcentibus lineis vix, ac ne vix quidem ſecerni queant. Quod profectò in hoc noſtro factum iri aliquando non dubito. Alicubi enim, in Lucæ præſertim, purpura illa in cæruleum, eumque opacum tranſeunte, glutine verò argenteo, quo liti fuerant caracteres hinc inde dilapſo, nonniſi luce plurima quid ſcriptum ſit ægre aſſequare. Integrum itaque Textum quatuor Evangeliſtarum me coram ut a legente Scriptor exciperet, curavi. Qua in re quid ſit ferendum ex te ſcis; tecumque omnes, qui hujuſcemodi ſtudiis operam impendunt. Neque hoc ſatis fidei noſtræ factum existimans, omnibus ad calcem uſque perductis, contuli rurſus cum Archetypo; excepto Matthæo, quem, occaſione commodùm oblata, ad te præmiſeram; oculis ſuapte imbecillis perpetuo illo niſu aliquando fatiſcentibus ita, ut pergere ultra non liceret. Evaſi tamen, perfectaque dedi. Habes nunc quid de illius Codicis indole, vero ſimilius putem: quid de illius ætate conjecerim; quæ præterea olim a me raptim obſervata, nunc ſecundis curis adaucta paululum, atque diſcuſſa in ordinem utcunque redegi. Si quid in hiſce meditationibus noſtris ex re tua eſſe videbitur, uteris perinde ac propriis; tui enim ſolius cauſſa digeſſimus. Sin minus, ſilentio premes. Me quidem lubenter, qui ſciam in trito illo excuſſoque pulvere vix eſſe novis veſtigiis locum, & nonniſi rara atque exquiſita ſpectare ſæculum ingeniis felix: quæ nos profectò neque ſperare nobiſmetipſis in tenuiſſimo cenſu, multo minus exhibere aliis poſſumus. Sed jam ad propoſita pergamus.

Inter celeberrima, non ſolùm Italiæ, ſed totius Europæ Monaſteria, illud fuit ſemper, eſtque etiam nunc, quod Deſiderius Langobardorum Rex in Urbe noſtra a fundamentis excitavit, ejus Eccleſia Servatori dicata. Quamvis poſtea, hac ipſa non equidem deſerta omnino, ſed ad privatæ pietatis officia, anguſtiis, ut puto, atque umbra plurima intercedentibus, ſepoſita, Nobiliſſimæ Virgines aptiorem aliam ſacris faciundis erexerint, Sanctæque Juliæ dicaverint. Locum hunc, ſi quem alium, cum Regis illius, tum Cæſarum, qui everſo Langobardorum imperio, rebus ſunt potiti, liberalitas atque indulgentia ad tantas opes evexerant, ut in pluribus Italiæ Provinciis ampliſſima prædia, jura, feuda, Eccleſias, earumque Sacerdotia poſſiderent. Quorum tamen pars maxima, ut eſt conditio rerum humanarum, in alios mox, atque alios dilapſa, Titulos tantum, ac documenta veteres dominos habere juſſit. Nam præter Apographa Deſiderii, & Adelgiſi, ſuperſunt adhuc Autographa ipſa veterum Imperatorum Diplomata, quibus Neptes, Filias, Sorores Deo ibi ſacratas beneficiis ingentibus ſunt proſecuti. Tum ſubſequentium Cæſarum, etiam invictiſſimi Auguſti Caroli VI. Regumque Hiſpaniæ reſcripta, quibus earum privilegia in ditione Mediolanenſi firmantur. Cetera enim omnia Majeſtas Principis noſtri in tutelam clementiſſimè recepit. Veterum præterea Membranarum ingens copia, in quibus donaria privatorum, Emphiteuſes, Emptiones, Venditiones, cetera demum ad ampliſſimi loci rationes pertinentia: tum quæ mores, acta, leges, judicia illorum temporum, præſertim vero Gloſſaria barbaræ Latinitatis augere plurimum poſſint. Et utinam documentis aliis, quæ illic ſupereſſe debuerant, ſeries tot ſæculorum, ſcripturæ difficultas, rerum ignoratio, ac ſubinde neglectus, omnium verò maxime deliramenta manuum otioſarum ne interceſſiſſent, quominus adhuc viverent, & vigerent. Sed acta res eſt; nec cineres iſtos movere jam licet. Ego illorum non pauca, ne fortunam eandem ſubirent, mea manu deſcripta in Adverſaria retuleram, editurus aliquando, ſi vita vireſque ſupereſſent. Licèt poſtea curæ aliæ, nova ſtudia, & luxata in dies valetudo, quæ me ſpem vetat inchoare longam,

longam, præterita conſilia interverterint, excuſſerintque de manibus. Sed ut ad rem noſtram redeam, inter præfata Monumenta jacebat Codex argenteus Evangeliorum, quem Virgines illæ Breviarium Anſæ Reginæ appellare ſolebant. Hunc mihi a Conſobrina mea tunc temporis Abbatiſſa oblatum cum vidiſſem: atque e limine tantum ſalutaſſem, membranis aliis intentus, impetravi poſtea: tum ut ſupradictum ſpecimen mitterem Patruo tuo, qui, Purpuræ inſignia Eminentiſſimo Joanni Franciſco Barbadico cum detuliſſet, illum nobiſcum, qui ei comites, honoris cauſſa, ab humaniſſimo Principe dati eramus, & inſpexerat, & caracteres excipere tentaverat: tum etiam, ut eâdem occaſione excuterem attentiùs, atque unà Variantes excerperem; quas mihi aliquando uſui futuras non dubitabam. Licet nunc, etiam ſupra quam mihimet ipſe ſpoponderam, uſu id profectò ampliore contigerit. Illis enim curis meis & amicitiam tuam debeo: & Monumento longè pulcherrimo, quam a me adhuc fortaſſe præſtolaretur, paratam felicioribus auſpiciis lucem, & æternitatem.

Codicem iſtum, ad hæc uſque tempora, Criticorum Sacrorum nemini inſpectum fuiſſe, certè a nullo ſtudiis adhibitum, illud argumento eſſe poteſt, quòd inter tot alios ab iis memoratos, unde Variantes hauſerunt, ne unum quidem videas, qui aliquam inde protulerit. Solus, quod ſciam, Paulus Galleardus Cl. Concivis meus unam, & alteram nobis exhibuit in elegantiſſima Editione operum Gaudentii: quam profectò auctiorem multò, præſtantioremque erat nobis daturus, ſi non alieno arbitrio uti, ſed ſuo: edere opus egregium, non feſtinare debuiſſet.

Mabillonius ipſe in itinere, quod per Italiam inſtituit, cum Brixiam inviſeret, omnes haſce vetuſti ævi reliquias clam habuit: nemine e noſtratibus facem præferente. De quo equidem inter amicos ſæpe eram queſtus: quòd non has etiam, unà cum tot aliis Urbium clariſſimarum, immortalibus ſcriptis commendaſſet poſteritati. Verùm nunc tandem egregie actum nobiſcum video, ne omnem Antiquitatum noſtrarum memoriam deberemus externis ingeniis. Et, quam in uno Matthæi Textu ab altrice Litterarum, atque artium Gallia olim accepimus, hanc illi Italia noſtra, & quidem cum fœnore ut aliquando gratiam rependat.

Forma Codicis, oblonga eſt ita, ut latitudinem ferme quadrante ſuperet. Ejus membranæ, licet purpura tinctæ fuerint, plurimæ tamen vetuſtate temporis Cærulei ſpeciem præſeferant. Caracteres, uti & Tetraplum illud, quod in extremo limbo cujuſque paginæ cernitur, argenteo quodam ceu pigmento ſunt liti: cujus tamen color multis in locis evanidus aureum ſimulat, fallitque, niſi attente inſpiciatur. Unde & nos olim Codicem aureum vocabamus. Pigmentum illud modò læve, nunc craſſum, ſcabrumque eſt. Sive hoc diverſa Illuminatorum manus, ſeu materia ipſa, aut demum penicilli præſtiterint. Utcunque enim pennis avium deſcriptos fuiſſe Codices iſtos aureos, argenteoſque, innuere videatur ſupralaudatus * Mabillonius, hoc tamen de prima, ut ita dixerim, manu intelligendum exiſtimo. Certum enim eſt a Librariis ductos primùm atramento caracteres, mox ab Illuminatoribus aurea illa, aut argentea mixtura ornatos, quæ profectò pennis reddi non poterat. Ita ſpiſſa eſt alicubi, ac prominens e membranis, præcipue in Marco; in quo & muſcam glutine illo circumlitam, atque irretitam adhuc integram invenimus. Unde olim conjeceram, Codicem hunc æſtate abſolutum fuiſſe. Tunc enim faciliùs areſcente pictura, ubi adverſam paginam abſolviſſent operæ, averſam, non multo temporis intervallo, tentare poterant. Dixi caracteres atramento ſimplici primitus ductos; quod pluribus in locis evidentiſſime colligas: in Lucæ præſertim, ac Joannis initio, ubi pigmentum illud dilapſum eſt.

* *Supplem. ad rem Diplom. pag. 51.*

Initio cujuſlibet Evangelii primæ lineæ auri bracteolis ſunt obductæ, quod etiamnum ſplendidum, intactumque eſt. Lineæ omnes ſtylo exaratæ, ut eas, in

 deſcriben-

deſcribendo, Antiquarius ſequeretur. Caracteres magnitudine æquales: niſi quod ad inſigniores Pericopas, quibus ut plurimum in lævo margine lectio adponitur, majores adhibentur. Et e contra, ſi quid in fine lineæ addendum ſuperat, minuſculis ſupplebat Librarius. Quod ad illorum ordinem ſpectat, nihil addam in præſens: cum ſpecimen ipſum ſeriem continuam, ſtructuramque a Veteribus uſurpatas præ oculis ponat.

Alicubi, rarò tamen, in unam duæ litteræ coaleſcunt: aſt ſemper in fine lineæ; neque aliter quàm N aut V ſuperaddito longurio, ut T uno, atque eodem tractu exprimeret Librarius: quam litterarum coagmentationem licentiùs multò uſurpabant in vetuſtis Lapidibus Quadratarii. Non enim in fine lineæ tantum, ſed mediis etiam, neque hoc ſemel illud ipſum videas præſtitiſſe.

Nihil autem frequentius in Codice iſto quam litterarum permutatio O pro V, T pro D; ſed præ ceteris B pro V, & viceverſa uſurpatis; quod imperitis harumce rerum crucem figere aliquando poſſit, cum non ſemel ſenſus ipſe verborum inverti videatur: præterito in futurum tempus, hoc in illud ſæpe tranſeuntibus. Sed res eſt cum Eruditis, quibus nihil in antiquis hiſce Monumentis perſpectius. Aliquando etiam U pro Y, & e contra; ſed parcè uſurpatum inveni in Matthæo, & Joanne; Murram ſcilicet pro Myrram, & Verbym pro Verbvm: quæ omnia, ſive Lectorum, aut deſcriptorum vitio, ſeu veriùs Idiotiſmis illorum temporum tribuas, certum eſt Mss. Exemplaria fere omnia, tum vetuſtas etiam Lapidum inſcriptiones, ac Numiſmata occupaſſe.

Obſervabamus aliquando Exemplaria iſta uncialibus litteris deſcripta, onera
Præfat. in Job extr. magis exarata, quàm Codices Hieronymum appellaſſe: idque poſtea imitatum Alcuinum, qui pondera Librorum portatu difficilia, ac proinde lectorum mani-
Præf. ad quæſt. in Geneſim. bus gravia dixit. Placuit in lance hoc noſtrorum appendere, inventum eſt quatuordecim pondo. Liquet etiam ex memorato Hieronymi loco, jam tunc in purpureis membranis, aureis, atque argenteis litteris deſcripta fuiſſe Exemplaria, cum ad Eccleſiarum, quas ante tetigerat, uſum: tum ad privatorum, quos ibidem redarguit: objecta illis magnificentia Codicum, qui tamen minus eſſent exacti. Et fortaſſe in hujuſcemodi ſumptuoſis Antigraphis, magis quàm in ceteris, peccaverint Antiquarii; quòd operis moroſam diligentiam tædium, ac laſſitudo, mox feſtinatis, atque incuria ſequerentur. Cum præcipue difficilius eſſet errata corrigere: obſiſtente caracterum pulcritudine, ac membranarum, quarum ſpecies, ſecus atque in putis, lituram, ſpongiamque vix ferret.

Ceterum etiam longe ante Hieronymi tempora in uſu fuiſſe operoſa iſta exemplaria teſtis eſt Capitolinus in Maximino altero: cui inter omnia futuri Imperii, hoc accidiſſe ait, ut puero, cum Grammatico daretur, Libri Homerici omnes purpurei aureis litteris ſcripti primùm porrigerentur. Neque dubium eſt, quin mos iſte ab Ethnicis Antiquariis ad noſtros manaverit, quo tempore incertum. Puto tamen non primo, fortaſſe nec medio altero ſæculo: cum pauper adhuc, & antiquæ ſimplicitatis tenax Eccleſia eſſet. Sed tum demum, cum longè, lateque diffuſa, confluentibus ad ejus ſinum non populo tantum, ſed principibus viris, fœminiſque, abundare cœpiſſet. Longe vero amplius reddita ſub Conſtantino pace, auctiſque divitiis tum ipſius exemplo, qui, ut mox videbimus, Codices ſacros a peritiſſimis Antiquariis deſcribi, ornarique juſſit, imitantibus, ut fieri amat, Principis curam privatis: mox etiam augentibus in majus.

Evangeliis præfixi ſunt Canones Euſebii; quorum tamen primi quatuor, & ſeptimus omnino, octavi vero pars maxima periere. Litterarum ſtructura, ac ſeries eadem ferme, atque in Evangeliis, niſi quod minores ſunt, rudes, impolitæ, inæquales, multiſque in locis ſitu, ac vetuſtate detritæ. Argento olim inluminatas fuiſſe alicubi apparet, levis enim litura ut plurimum intercidit: ſolo

atra-

atramento ferrugineo prominente. Membranæ ipſæ mutilæ, carioſæ, violaceo, ſed obſcuriori colore deformatæ: ut facilis ſit conjectura, Canones illos vetuſto olim, atque exeſo Codici adnexos, poſtmodum alicujus opera huic noſtro acceſſiſſe; quod fit longe evidentius e quaternionum nota. Cum enim ſeptem quaternionibus Canones complecantur, ſi olim cum Codice hoc deſcripti fuiſſent, jam, qui primus in Matthæo eſt, octavus eſſe debuerat.

In Canonibus hiſce digerendis, non Euſebii, ſed Codicum, quos præ oculis habebat, œconomiam Librarius ſervaſſe videtur. Nam X. in quo Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes apud illum, hic poſt Matthæum ſequitur Joannes, mox Lucas, ac ſubinde Marcus: addita ad finem uniuſcujuſque Epigraphe.

Explicit Canon X Matthæi incipit Canon X Joannis

Explicit Canon X Joannis incipit Canon X Lucæ

Explicit Canon X Lucæ incipit Canon X Marci

In fine Canonis Octavi, in quo ceteroqui Matthæus, & Joannes deſiderantur, neque Ammonii, atque Euſebii ſeriem ſequebatur deſcriptor (ſub ſectione enim CCCXXXIX. exhibet ea, quæ apud illos, & in Codice leguntur CCCXL.) & Marci pericopas non ultra trigeſimam quartam ſupra duceteſimam producit. Num verò cum Codice paria faciat, incertum: extrema enim in Marco periere. Canones excipit quædam ceu Præfatio, quæ unam & alteram paginam implet. En illam tibi: nam & in hocce ſabulo auri fortaſſe ramenta invenient Eruditi.

Sanctus Petrus Apoſtolus Diſcipulus Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti. edocens fideles. propter diverſitatem adſertionis linguarum admonet cunctos ut in octavo libro Clementis continet ſcribtum. docens ſic. Audite me conſervi dilectiſſimi. Bonum eſt ut unuſquiſque veſtrum ſecundum. quod poteſt proſit accedentibus ad fidem religionis noſtræ. & ideo non vos pigeat ſecundum ſapientiam quæ vobis per dī providentiam conlata eſt. differentes inſtruere. ignaros edocere. ita tamen. ut his quæ a me audiſtis & tradita ſunt vobis veſtri tantum ſermonis eloquentiam ſocietis. nec aliquid proprium & quod vobis non eſt traditum proloquamini. etiamſi vobis veriſimile videatur. Sed ut dixi quae ipſe a vero propheta ſuſcepta vobis tradidi proſequimini. & ſi minus plena adſertionis eſſe videbuntur & ideo ne in interpretationibus linguarum ſecundùm quae in interiora libri oſtenduntur. legenti videatur. aliud in graeca lingua. aliud in latina vel gotica. deſignata eſſe conſcribta. illud advertat quis. quod ſi pro diſciplina lingua diſcrepationem oſtendit. ad unam tamen intentionem concurrit. quare nullus exinde titubare debet de quod ipſa auctoritas manifeſtat ſecundum intentione lingua propter declinationes ſonus vocis deligenti perceptione ſtatuta ſunt. ut in ſubſequentibus conſcribta leguntur. Hac res fecit probanter publicare. propter aliquos qui falſa adſertione ſecundum volumtate ſua mendacia in Lege vel in Euangeliis per interpretationem propria poſuerunt. quare illa declinantes haec poſita ſunt. quae antiquitas legis in dictis graecorum contineri inveniuntur. & ipſas etymologias linguarum convenientes ſibi conſcribtas, ad unum ſenſum concurrere demonſtrantur; nam & ea convenit indicare, pro quod in vult b̄res factu eſt, latina vero lingua adnotatio ſignificatur. quare id poſitum eſt agnoſci poſſit ubi littera. gr. ſuper vult b̄re invenitur. ſciat qui legit quod in ipſo vult b̄re ſecundum quod graecus continet ſcribtum eſt. ubi vero littera. la. ſuper vult b̄re. invenitur. ſecundum latina lingua in vult b̄re oſtenſum eſt & ideo iſta inſtructio demonſtrata eſt. ne legentes ipſos vult b̄res non perciperent. pro qua ratione poſiti ſunt ſed quod.

Caracteres mutilæ hujus raſodiæ, quam barbarum, atque infelix ſæculum extulit, neque illos, quibus Canones deſcripti ſunt, neque, qui in Codice repræſentant. Nam & minores iſtis, & illis paullo majores uſurpavit bardus ille, quicunque is demum fuerit deſcriptor. Paginarum lineæ ſtylo quidem ſunt

ductæ,

ductæ, ſed neque profundæ ut in textu, & magis cohærentes. Ex quo fit, ut, licet viginti tantum ſingula quavis facie ſint ductæ, non ſecus ac in Euangeliis; frons tamen, & latera, limbique latiùs excurrant. Hanc a ſegniorum temporum lanio, qui Codicem fatiſcentem reſarciit, hic adſutam, cum membranæ, tum locus ipſe ſatis evincunt. Suta enim eſt inter duas alias purpureas equidem, ſed quarum color, ut recens, ac propterea vividus, ſic tenuis, atque dilutus, aliter atque in Codice. Præterea nudæ ſunt, neque lineis ad opus paratæ. In anteriore, quam ſurſum vorſum ſector ille diſpoſuit, hæc leguntur, litteris quam in Præfatiuncula majoribus, & ad Codicis ſpeciem effictis - *VELIT LECTOR VIDEATUR RECITARE* - In poſteriore verò, utcunque appareant litterarum veſtigia, eas tamen ita ſpongia delevit, ut nihil penitus erui poſſit. Quorſum vero, aut unde lacinia iſta huc irrepſerit, viderint quibus vacat. Illud eſt obſervatu dignum, jam tunc in uſu fuiſſe Gothicam Vulfilæ Verſionem; cujus ſemeſas N T reliquias magno poſteritatis bono edidit Franciſcus Junius. Si tamen de ea loquitur conſarcinator iſte.

Quod ſupra monuimus, membranas ſcilicet, in quibus Canones reſcripti ſunt, in quaterniones diſtributas fuiſſe, hoc ipſum in Euangeliis, de quibus mox erit ſermo, præſtitit Librarius. Nota illa ad calcem averſæ cujuſque octavæ paginæ poſita q. I. q. II., & ſic deinceps. Quam Valeſius ait fuiſſe vetuſtiſſimis Codicibus familiarem: atque a ſeipſo in MS. Exemplari Gregorii Turonenſis, nongentorum circiter annorum, obſervatam Neque ſolis quanternionibus, ſed mixtis identidem Ternionibus vetera illa Exemplaria conſtitiſſe indicat laudatus Euſebii locus in quo præceptum ſibi ait a Conſtantino ut quinquaginta Codices Divinarum Scripturarum in membranis egregie expolitis a peritiſſimis Antiquariis deſcribi curaret; paratoſque ut ſtatim comitante Diacono ad eum mitteret. Mox ſubdit. *αὐτίκα δ' ἔργον ἐπηκολούθει τῷ λόγῳ, ἐν πολυτελῶς ἠσκημένοις τεύχεσι τρισσὰ καὶ τετρασσὰ διαπεμψάντων ἡμῶν*. Juſſa ſcilicet Principis e veſtiglo opus excepiſſe: miſiſſeque ſe Terniones, & quaterniones in voluminibus operoſe cultis. In quibus Hiſtorici verbis putat ibi vir doctiſſimus Enallagen eſſe; ac propterea dicendum fuiſſe *τεύχη ἐν τετρασσοῖς*, non vero *τετρασσὰ ἐν τεύχεσι*. Ait recte, ni fallor, ſe habent citata Euſebii verba. *Τεύχη* enim illa operoſe culta, atque ornata nihil profecto erant aliud, quàm integumenta Codicum, quos per Terniones, & quaterniones ab Antiquariis diſpoſitos, mox ſectis tabellis, ut plurimum aluta, quandoque etiam ſerico, auro, gemmiſque diſtincto, contectis ſupterveſtiebant, compingebantque librarii. Verbaque Euſebii ſic eſſe intelligenda, cum textus ipſe, tum illa *πολυτελῶς ἠσκημένα*, quæ in Ternionibus locum habere non poterant, ſuadere videntur.

Notis ad Euſ. de vita Conſt. IV. 37.

In fronte cujuslibet Euangelii legitur minuſculis caracteribus nomen auctoris, quod tamen non initio ſolum, ſed procedente textu alternis paginis ſervatum eſt ita, ut in earum quavis, averſa ſcilicet, & adverſa Tituli partem legentes offendant, adpoſita Epigraphe

Secundum Matthæum
Secundum Joannem &c.

Quod in Canonibus Codici adſutis obſervabamus, nempe aliter, atque in Euſebianis diſpoſita fuiſſe Euangelia, hoc ipſum in contextu ſervatum videas. Matthæo primum, mox Joanne, tum Luca, ac deinceps Marco procedentibus. qua de re, utpote inſigni, neque, quod ſciam, ſatis hucuſque explorata, peculiari obſervatione paullo fuſius poſtea diſſeremus.

Antiquarium, a quo Exemplar hoc noſtrum deſcriptum eſt, non indiligentem ſolummodo, ſed imperitum, ac plane indoctum fuiſſe legentibus patet. Adjecta inſuper vitioſiſſima interpunctione. Quapropter circa ea tempora ſcriptum puto, quibus interverſo tot exterarum gentium irruptionibus Occidentis impe-

imperio, litteræ ipſæ ad ſquallorem, perniciemque redactæ fuerant: unde poſt tot ſæcula, nirentibus Italorum ingeniis, tandem emerſere.

Quod veto Codicibus olim accidere ſolebat, nempe ab imperitis Criticis ut perperam corrigerentur, huic quoque noſtro in pluribus eontigit. Non equidem quòd Corrector ille quicumque is demum fuerit, aut adjeeerit aliquid, ant immutaverit. Sed abraſis, quæ vitioſa cenſebat, ut recta non ſemel pervertit, ſic mendoſa ſupinus præteriit. Superſunt enim ubiqne litterarum veſtigia, unde narivam ſcripturam deprehendamus. Latini etiam ſermonis jejunum fuiſſe, hoc unum inter cetera exemplum eſto, quod Lucæ X. 40. oecurrit: ubi Martha de Sorore, quæ illam in miniſterio domeſtico non adjuvaret, conqueſta ait: *Domine non eſt tibi curæ quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare?*, quo in loco ſolœciſmum verirus ſi curæ relinqueret, E finalem extrixit. Cum vero audaces manus in Codicem extenderet, ad vulgatam Hieronymi reſpexiſſe fidem facit, præ aliis, locus ille inſignis Matthæi II. 1. *Cum ergo natus eſſet Jeſus in Bethleem Judeæ*. Et rurſus 5. *At illi dixerunt in Bethleem Judææ*, quos Hieronymus in antigraphis ſuorum temporum mendoſos exiſtimans, Judæ reſtitnerat. Nam ſubverſor ille, ut lectionem ad Vulgatam exigeret, diphtongum alteram utrobique deraſit. Menda vero, quæ præteriir, tot ſunt, nt referre pigeat. Cum præſertim ne ullus quidem ex his nævis pulcherrimi corporis deſit in Apographo, quod ad te miſimus.

Latinitatem quod ſpectat: tum in verbis efferendis orthographiam hic paſſim adhiberi, quæ primævi Interpretis ætarem, ſimplicitatemque præſeferant, ſentient eruditi harumce rerum æſtimatores. Neque enim opus eſt ut excerpta inde adferamus.

Exemplar autem hoc noſtrum ex Antigraphis illis manaſſe, quæ non ſolum Hieronymi tempora, ſed Hilarii Pictavienſis præceſſeranr, eum facies ipſa, rum loci aliquot, quos poſtea exentiemus, manifeſtiſſime ev incunt.

Octavo ſæculo labente, aut ſequentis initio huc delatum, olim conjeceram, eum ad Parruum tuum ſcriberem: idemque nunc ſentio. Sive Principum dono, qui filias, neptesque in celeberrimo loeo Deo Opt. Max. deſpondebant, ſeu ex nobiliſſimis Virginibus aliqua illud ſecum adrulerit. Niſi forte, quod vero propius eſſe videarur, ex ipſis Deſiderii, atque Anſæ Cymeliis depromtum, ac filiæ pietati conereditum, inrer eerera ſpiritualium nuptiarum ornamenta hoc illa ad ſui, aliarumque, quæ unà deſpondebanrur, uſum regio in loco depoſuerit. Hujuſeemodi verò donaria Saeratis locis paſſim exhibita, nemo eſt in antiquiratibus hiſce verſatus qui ignoret. Tum ſumtuoſos hoſee, ac magnificos Codices nonniſi divitibus, aut Eeeleſiis parari ſolitos: ſuperante privatorum fortunam impendio, quibus ceteroqui pauperes ſchedæ, ur eas vocabat Hieronymus, ſatis, ſuperque eſſent futuræ. Plures verò in regali Monaſterio, viventibus adhue deſiderio, & Adelgiſo, Sacros codiees ſervatos fuiſſe liquet ex Apographo membranaceo Bullæ eujuſdam a Signaldo Aquilejenſi ad Anſebergam datæ, quam aliàs exſcripſimus, & in Adverſaria retulimus, quæ ſic haber.

Sigualt ſervus ſervorum Domini Patriarcba dum noſtra mediocritas ex feliciſſimorum principum deſiderii & adelgiſi una cum collegis noſtris religioſiſſimis & ſanctiſſimir epiſcopis ob totius ortodoxae eccleſiæ ſtatum perventa fuiſſet ſingula queque ſuperflua deo auxiliante ſubtilius elimata. Popoſcit a nobis veneratio tua beatiſſima anſeberga abbatiſſa per prandulum cubicularium ſacri palatii ſeu & prepoſitum monaſterii veſtri ut venerabile eundem monaſterium veſtrum quod ſitum eſt in urbe que dicitur brixia quod conſtat ad honorem domini ſalvatoris conſtructum privilegii infulis a noſtra frueretur auctoritate. quatenus concordantibus nobis reverentiſſimis epiſcopis noſtris ex communi adſenſum eternale predicti oraculi robur ſtili noſtri firmitas impertiret. Et quia ſemper

 ſunt

ſunt exibenda que utilibus fuerint inlimationibus impetrata. Placuit ergo modis omnibus ut pie devotionis imploratio ſalubri moderetur interventionis adſenſu. Qm̃ vero conata eſt religio tua ſalubriter a nobis extorquere quatenus præfatum monaſterium cum univerſis baſilicis ad ſe pertinentibus qui a piiſſime adque tranquilliſſime anſe regine jure conſtructum eſſe noſcitur privilegiis ſedis ſanctæ noſtræ aquilegenſis cui Deo auctore deſervimus decoretur. Quapropter piis deſideriis faventes hac noſtra auctoritate id quod recte expoſcitur effectu * Supple, occaſione. *mandamus. Et ideo omnem cujuslibet ecclefie ſacerdotem quamlibet * .... one habere prohibimus. Itaut niſi abbatiſſa monaſterii fuerit invitatus nec miſſarum ibidem ſollemnitate quiſpiam preſumat omnimodo celebrare. Ut libere liceat ſororibus ibidem degentibus regularem normulam inmolabiliter obſervare. Sacerdotales vero ordines a quocunque & de quacunque civitate epiſcopo abbatiſſa voluerit irreprenſibiliter ordinetur. Si quando vero ut ſunt humani generis caſus abbatiſſa obierit non aliunde ſed ex eadem congregatione religioſiſſime monache in loco defuncte abbatiſſe eligant ſucceſſorem. Illud videlicet addentes ut* * Supplendum, Epiſcopo, aut qualibet, *quidquid ibidem juſto ordine a quocunque * ep..... libet perſona inlata ſunt ſeu futuris temporibus fuerint illatura ſive ex noſtra ditione ſeu ex epiſcoporum noſtrorum immutilata modis omnibus valeant permanere. Nec hoc pretereundō eſſe conſpicimus itaut abbatiſſa que quocunque in tempore fuerit nulla licentia concedatur CODICES aut vaſa ſacrata aut quolibet theſaurum Eccleſiæ quoquo modo donare Aut alienare. Si quis autem contra hanc noſtram ſereniſſimam diſpoſitionem temerarius auſibus adire temptaverit eterno anathemate plectendos eſſe cenſemus. Conſcripta hujus privilegii ſeriem. Anno invictiſſimorum principum deſiderii & adelgiſi XVI. & XIIII. ſub indictione XI. Dato ticino in urbe regia III. idus octobris.*

Sigoald gratia dei patriarca in hoc privilegii textu a nobis ſalubriter elimatum manupropria ſubſcripſi. Apolinaris Chriſti miſericordia indignus humilis Epũs in hoc privilegii textu manu mea ſubſcripſi. Otto in Dei nomine Epũs in hoc privilegii textu manu mea ſubſcripſi. Julianus humilis Epiſcopus in hoc privilegii textu manu mea ſſ. Felix humilis Epiſcopus in hoc privilegii textu manu mea ſſ. Felix peccator Epiſcopus in hoc privilegii textu ſſ.

Vides antiquiſſimum Eccleſiarum uſum, quo Codices iſtos, non ſecus ac reliquam ſupellectilem Deo dicatam in cenſum Theſauri ſacri referebant, ad Sigualdi uſque ſæculum perſtitiſſe. Et utinam anathemate illo ſuo perculſa ſuccedentium temporum nimia facilitas non ab iis ſolùm, ſed a ceteris etiam Regum, Principumque Donariis liberrimas manus abſtinuiſſet. Quanta hîc fortaſſe etiamnum copia veterum Eccleſiæ monumentorum, quanta religioſæ pietatis ſuperſtes foret? quorum nunc loco nihil niſi incon ſultæne libetalitatis, an verius prodigalitatis memoria ad poſteros tranſiit.

Quæ etiamnum ſuperſunt monumenta eandem ne fortunæ aleam ſubire, an eludere poſſint, incertum. Ut verear faciunt cum viciſſitudines temporum, tum præteriti caſus, & unius præ ceteris, inſignis profecto memoria, quam a Virginibus illis accepi. Nempe cum tot membranarum ſupellex neglecta penitus, ac confuſa jaceret, conſulente viro nobili, & acris cetera judicii, ſed harumce antiquitatum jejuno, vocatum Notarium quemdam ut inſpiceret, atque in ordinem cogeret, acceſſiſſe, propoſitis conditionibus operam locaſſe. Cum in Autographa a Langobardis Notariis barbara illa latinæ Scripturæ deformatione exatata incidiſſet, quod a nemine intellectum iri arbitraretur, ceu Tabularii dejectamenta abjeciſſe, juvantibus cladem hanc, quæ unà erant, illorum Apographis: ſatis ſuperque iſta eſſe cogitantem ſi ſervarentur. Ita factum ut primigenia illa diſtracta, ac diſſipata perierint. Uno dumtaxat ſuperſtite, cujus inſcriptio ſuperaddita membranæ in orbem volutæ digna profecto eſt, quæ litteris man-

mandetur, ut inſigne præ ceteris inſcitiæ non minus, quam impudentiæ illius monimentum. Datum eſt Ticini regni Deſiderii, & Adelgiſi tertio, & primo XVII. Septembris Indict. XIII. continens legatum Giſulfi cujuſdam ſtratoris regii, qui Radoaram Uxorem ſuam ex ſemiſſe uſufructuariam reliquerat, tum ut ea decedente, Epiſcopus Laudenſis venumdatis bonis, quod inde eſſet redactum, pauperibus diſtribueret. Mortuo Giſulfo ſupralaudata ejus Uxor, raro pietatis exemplo, egit libello ſupplici apud Regem ut mariti voluntas ſtatim adimpleretur: *quatinus* (ſunt verba documenti) *ſine aliqua offenſione ipſa ejus aelemoſina ad requiem vel refrigerium animae ejus citius occurrere poſſit*: impetravitque. Itaque Epiſcopus divenditis bonis Gaideri cuidam Regii Monaſterii Procuratori, pretium aureorum MMMDCCCL. ab eodem ſolutum pauperibus erogavit. Subſcripſitque huic cartæ unà cum Radoara, aliiſque Teſtibus ibi deſcriptis. Ejus chirographum tale eſt.

Ipolitus ego licet indignus per Dei gracia Epiſcopus Radoara Deo dicata ſuplicante regiae poteſtatis pro venundacione terrolae quod ei vir ſuus poſt ejus obitum conceſſit teſtis manu mea conſcribſi cum Sacerdotes fideles & precio recepi tremilia DCCCL. & contuli diſtribui pro anima Giſulfi ſtratoris.

Documentum iſtud, in quo agitur de acquiſitione bonorum, quæ unà cum cæteris etiamnum poſſident in agro Cremonenſi, ne temporum decurſu fatiſceret, petierant olim Clariſſimæ Virgines a Conſulibus Urbis noſtræ ſæculo XIII. labente, ut per publicos Notarios exciperetur, ſupereſtque unà cum Archetypo Apographum eorumdem: aſt pluribus in locis ad originis veritatem minime exactum. En tibi Chirographum ſuperlaudati Hypoliti, quale illud deſcripſere.

Ipolitus Toletinus dignus per Dei gratia Epiſcopus Sadoara Deo dicato ſuplicante feci & proteſtatis pro venundacione te ſola &c. uſque ad extrema verba Giſulfi roratoris.

Bardus ille, qui membranas digeſſit, cum Archetypum non adſequeretur, conjectis in Apographum oculis hanc inde Epigraphen exſculpſit, quæ poſteris ad intelligentiam documenti facem prætenderet.

MCCXCIX. 26. Novembre Ippolito Tolentino Veſcovo di Sadovara per il Legato di Ghiſolfo Roratore.

Vides infelicibus cartis quo cum homine rem eſſe contigerit? Et ſanè mirum quòd Diplomata alia non adtigit. Neque tamen aliorum manus effugere iis datum, detractis multorum ſigillis, in quibus Cæſarum imagines, eorumque nomina ſervabantur. Quibus ego caſibus motus, tum quod confuſa rurſus omnia eſſe nunciaretur, inſtiti apud lectiſſimas Virgines ut hominem ſpectatæ integritatis, ac fidei, perficiendoque operi idoneum ſeligerent, qui membranis omnibus ſedulò inſpectis, atque in ſeriem laudabiliorem coactis, Archivum ſi vellent, diutiùs manſurum pararet. Factum. Urgente opus amico noſtro Joanne Andræa Aſtelato Monacho Caſſinenſi, Viro & docto, & harumce Antiquitatum cupientiſſimo, qui niſu improbo, ac pertinaci, ut eſt cœpti ſemel laboris ad miraculum patiens, ultimam illi manum tandem impoſuit.

Sed ad exemplar noſtrum converſi iterum, dicebamus præfixum fuiſſe ab Antiquario ſingulis Evangeliis nomen Auctoris, ea profectò de cauſa, ut lecturi, quem ex Evangeliſtis vellent, primo obtutu inſpectis titulis deprehenderent. Millius tamen nonniſi poſt conditum Canonem id factum aſſerit; cum antea abſque præfixis auctorum nominibus circumferrentur, non ſecus ac ceteræ *συγγράψεις* incertorum ſcriptorum, ut ſcilicet appoſitis titulis dignoſceretur, ea ſola eſſe vera, & authentica Inſtrumenta Evangelica. Hinc (ait) Marcioni objectum a Tertulliano, quod Evangelio ſuo nullum, *ad imitationem Veteris Eccleſiæ*, inſcripſiſſet auctorem. At vir laborioſus, cum hæc ſcriberet, ad alia feſtinans non ſatis

Proleg. n: 347. Edit. N. T. ex recenſione Kriſteri.

ſatis cavit conjecturam hanc ſuam ab ipſo, quem citat, Tertulliano luculentér explodi. Elevat enim ex hoc fidem Euangelii Marcionis, quod titulo careat. *Et poſſem* (inquit) *hic jam gradum figere, non agnoſcendum contendens opus, quod non erigat frontem, quod nullam conſtantiam præferat, nullam fidem repromittat de plenitudine tituli, & profeſſione debita auctoris*. Jam itaque ante Marcionis tempora, & quidem in vetere Eccleſia inſcripta erant ſuis nominibus Euangelia. Ut quid enim hanc tituli nuditatem objeciſſet illi Tertullianus, adverſus quam tueri ſe poterant Marcionitæ vetuſtate temporum, & conſuetudine Eccleſiarum, in quibus ex Millii ipſius calculo, per triginta ad minus annos ante conſtitutum ab Aſiæ Epiſcopis, ut ipſe putat, Euangelicum Canonem, Lucæ, ac Marci Euangelia, Matthæi verò longe amplius, ſine titulo habita fuiſſent? Quòd vero ait ſtatutam a Canonis conditoribus inſcriptionem Auctorum, ut vera Euangelia dignoſci poſſent, jam neque hoc ipſo illorum fidei ſatis cautum iviſſent. Cum & Marcion interverſo Lucæ, quo utebatur, & ſi qui alii adulteras manus in Matthæi, Marci, ac Joannis extenderent, eodem plane titulo imponere Lectoribus poſſent. Itaque non eſt ambigendi locus, quin jam tunc hoc in ſacris Libris, quod in profanis, ab Antiquariis uſurpatum fuerit, ut ſcilicet Auctorum ſuorum nomina præſeferrent.

Adverſus Marcionem IV. 2.

Superest nunc, ut de peculiari in Codicibus aliquot Canonis ſerie, quæ in noſtro etiam ſervata eſt, tum de hujuſcemodi diverſitatis origine diſquiramus.

Hiſt. Crit. N. T. I. 10. Ricardus Simonius, expenſo Codice Cantabrigenſi, in quo Euangelia eodem ordine, ac in noſtro efferuntur, non eſſe hunc illi peculiarem obſervat, cum ex pervetuſto Catalogo Exemplaris Sangermanenſis, in quo Euangelia eâdem ſerie recenſentur, tum ex Druthmari loco, quem poſtea videbimus. Additque morem hunc videri a Latinis inventum, qui Græca Exemplaria ad ſui ipſorum uſum deſcribebant. Sed Vir, cetera in rebus hiſce diu, multumque verſatus, ampliorem etiam laudem inde conſecuturus, niſi præjudiciis indulſiſſet, non attendit, Latinos ordinem hunc in Canonem non invecturos, niſi præeuntibus Antigraphis, quæ ſequerentur. Cur enim Lucam Marco, aut his Joannem, non vero è contra antepoſuiſſent, cum æque ad ipſorum uſum utraque ſeries aptari commodum poſſet? Neque aliud quidquam e loco Druthmari eruere poterat, quam in Codice Hilarii, ut tunc ferebatur, Matthæum, & Joannem ceteris præiviſſe.

Proleg. n. 1269. Millius de œconomia iſta Canonis in ſupralaudato Exemplari ſic ſtatuit: Conſilio videlicet Digeſtoris hoc factum. Ad calcem enim Matthæi hæc haberi: ἐυαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον ἐτελέσθη. ἄρχεται Ἐυαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην. hinc Lucam, ac tandem Marcum cum eadem ἐπιγραφῇ. Ita nempe diſpoſitis Libris iſtis, ut Apoſtolorum Euangelia Apoſtolicorum Euangeliis præponerentur; quomodo Marcum, & Lucam Apoſtolorum comites vocat Tertullianus. Quid ſibi voluerit in allatis verbis, Conſilio nempe Digeſtoris ordinem illum obtinuiſſe, profecto non aſſequor. Suopte ingenio hoc feciſſe Antiquarium, neque ipſe ex allata ἐπιγραφῇ recte conjecerit, ut puto. Addebatur enim ab Exſcriptoribus nota illa, ut ne Librorum ordo in compingendis poſtea Codicibus Operas falleret. Et longe vetuſtior barbaro illo, ac miſere indocto (ut ipſius verbis utar) Librario, qui Apographum illud deſcripſit, erat iſta, de qua nunc agimus, Canonis ſeries; uti ex Nazianzeni carmine viderat Millius ipſe. Hoc itaque voluerit, ni fallor, non ſponte, aut caſu, ſed ſuperiorum temporum Antigrapha ſequutum Antiquarium, non aliter, atque in illis diſpoſita erant Euangelia, in ſuo Apographo collocaſſe. Eos vero, quibus ſeries iſta primitus uſurpabatur, dignitati Apoſtolorum hoc dare voluiſſe (nam cur Lucas Marcum præverterit alia eſt ratio ineunda) recte equidem conjecit Millius. Neque tamen ex adducto, nec ſatis liquido Tertulliani loco, ſed ex aliis ejuſdem Scriptoris; rem, de qua agitur illu-

Contra Marcion. IV. 2.

Nota ad calcē Euang. Matth.

illuſtrare poterat, ſi vacaſſet. Hos itaque utpote inſignes, cum ab ipſo, tum a viris eruditis in notis ad eundem præteritos operæ pretium facturum me puto ſi pauliſper expendero.

Hic ſcriptor, conſtituto prima Euangelici Inſtrumenti auctores Apoſtolos eſſe, quibus hoc munus prædicandi Euangelii a Domino fuiſſet impoſitum: tum & Apoſtolicos, ſed cum Apoſtulis, ut ipſe ait, & poſt Apoſtolos. Lucam vero nihil aliud docuiſſe, quam quod ab Apoſtolis Eccleſiæ didiciſſet; factumque propterea ex hac doctrinæ conſenſione, ut Lucæ Euangelium perinde ac Apoſtolicum monumentum a Fidelibus reciperetur; taleque ſemper apud illos manſiſſe, quale etiam ſuo tempore tuebantur; eâdem ſubinde ratione firmat auctoritatem Euangeliorum Matthæi, Joannis, ac Marci: quod ſcilicet Eccleſiæ ab Apoſtolis conſtitutæ, tum ad earum exemplum ceteræ omnes, eadem, ut genuina fidei Chriſtianæ Inſtrumenta ſemper ſuſpexiſſent. Quibus ita conſtitutis, urget poſtea Apoſtatam illum inquiens, *Itaque & de his Marcion flagitandus, quid, omiſſis eis, Lucæ potius inſtiterit: quaſi non & hæc apud Eccleſias a primordio fuerint. Atquin hæc magis a primordio fuiſſe credibile eſt, ut priora, qua Apoſtolica, ut cum ipſis Eccleſiis dedicata. Igitur dum conſtet hæc quoque apud Eccleſias fuiſſe, cur non hæc quoque Marcion attigit, aut emendanda ſi adulterata, aut agnoſcenda ſi integra? Nam & competit, ut, ſi qui Euangelium pervertebant, eorum magis curarent perverſionem, quorum ſciebant auctoritatem receptiorem*. Locus hic Tertulliani eò eſt inſignior, quò magis perplexus, & luce aliqua indigens, ut rectè conſtet, tum etiam quia, ad inveſtigandam, quæ olim in Africana Eccleſia vigere potuerit, Canonis œconomiam, facem nobis aliquam præferre videatur.

Cit. Lib. IV. 2.

Cap. IV.

Itaque cum vix dubio ſit locus, jam ab ipſa Euangeliorum editione Eccleſias illas, quarum in ſinu, ut ita dicam, educta fuerunt, ea ipſe ut novæ Legis authenticas Tabulas ſervaſſe, & Fidelibus ut nota eſſent effeciſſe; tum illorum Exemplaria ſtatim in alias etiam diffuſa: ſive miſſis ad hoc Notariis ea ſibi ut deſcriberentur curaverint: ſeu Diſcipulis ipſis Apoſtolorum non ſolum, ut inquit Euſebius, κηρύττειν τὸν Χριστὸν φιλοτιμουμένοις, ſed etiam τὴν τῶν θείων εὐαγγελίων παραδιδόναι γραφήν. Et hic quidem e re nata Credentium utilitati egregie conſulentibus: ut ſcilicet, nunciato jam ipſis Euangelio, ſacra illa Volumina deſcribendi copiam ultro fidelibus facerent. Matthæi proinde, quod primum omnium Hieroſolymis, aut non procul emerſerat, confluentibus eò undique, ceu ad naſcentis Chriſtianiſmi incunabula fidelibus, Apographa aliò, atque aliò translata: tum proceſſu temporis Marci, ac Lucæ, poſtremo etiam Joannis Eccleſias omnes quaquaverſum occupaſſe. Sicuti verò non ſtatim ubique gentium conſtitutæ ſunt Eccleſiæ, citiùs provinciis aliquibus, ſeriùs aliis ad fidei ſacramentum vocatis; ita pro ratione locorum, ac temporum modo hoc, modo illud ex Euangeliis nactas earum aliquas in Codices ſuos retuliſſe: tum & ceteræ etiam, prout occaſio, aut facultas ſe dabant, addidiſſe. Et ita ordinem nullum fixum, aut certum tunc adhibitum credibile eſt, donec vulgatis jam quatuor Euangeliis, ac paſſim diſtractis, Eccleſiarum aliæ rationem temporis, quo prodierant, aliæ Auctorum habentes, diverſimode illa in ſuis Exemplaribus extulere. Et Orientalium quidem plurimas ordinem temporis ſequutas innuere videtur Origenes. Eccleſiaſtico enim inſiſtens Canoni ita enumerat Euangelia Matthæi, Marci, Lucæ, ac Joannis, ut etiam quæ illorum prius, quæ poſtea prodierint, ex traditione acceptum deſignet. Eandem ſeriem Euſebius tuetur; quæ poſtea, Hieronymo Vulgatum Interpretem recenſente, apud Occidentales etiam Eccleſias obtinuit.

H. E. III. 37.

Ap. Euſeb. H. E. VI. 25.

Verùm alias, non temporum, ſed auctorum ratione habita, Apoſtolos, deinde Apoſtolicos in Codicibus ſuis diſpoſuiſſe, cum Exemplar noſtrum, ac Cantabrigienſe, tum illud Hilario olim, fama tenus, tributum a Diuthmato maniſeſtiſſi-

feſliuſime evlocunt. Et quidem in Africana Eccleſia ex duplici iſta Canonis ſerie ſervatam alteram, fidem facere videntur adducti Tertulliani loci. Auctores ſcilicet Euangelii fuiſſe quidem & Apoſtolicos, ſed cum Apoſtolis, & *poſt Apoſtolos*. Mox etiam clarius, *At quin hæc magis a primordio fuiſſe credibile eſt ut priora quà Apoſtolica*. De tempore, quo prodierint, loquutum Tertullianum nemo ſanus crediderit. Diverſum itaque aliquid innuere voluit iſta, ut ſic dicam, prioritate, qua principem Matthæi, ac Joannis Euangelio locum adſcripſit. Neque aliud, ni fallor, niſi quod apud Eccleſias in ſacrorum N. T. Librorum cenſu Apoſtolicorum illa præverterent. Quam conjecturam fulcire videntur ſequentia, *Nam & competit, ut, ſi qui Euangelium pervertebant, eorum magis curarent perverſionem, quorum ſciebant auctoritatem receptiorem*. Quibus verbis nihil aliud ſenſiſſe illum arbitror, quam, utcunque ejuſdem auctoritatis apud Eccleſias cum Apoſtolorum, tum Apoſtolicorum Euangelia eſſent, priorum tamen, habita Apoſtolatus, ac Magiſterii ratione, uſu apud illas fuiſſe potiorem. Quòd & frequentior in divini verbi prædicatione ab iis peteretur auctoritas, & prima ſemper ante illa Apoſtolicorum in Synaxibus legerentur. Quidquid tamen de hoc ſit (veritatem enim in tanta vetuſtatis caligine conjecturis aſſequi tentamus) quamvis non auſim pro certo affirmare Tertulliani ævo in Eccleſiis illis primum in Canone locum Apoſtolis datum, veroſimilius tamen hoc puto ex allatis hujuſce ſcriptoris locis, quos ſupra perpendimus. Dixi Tertulliani ævo, nam poſtea eadem, quæ in recenſione Hieronymi, ſeries obtinuit: ſaltem in Carthaginenſi, ut liquet ex Euangeliſtarum ordine, quem ibi ſervatum ſcribit Auguſtinus.

Serm. 244. de temp. Quod de Eccleſiis Africæ in diſponendo Canone conjiciebamus, hoc de Galliarum aliquibus ut idipſum non ſine veritatis ſpecie affirmare poſſimus, faciunt Codices ſupra laudati. Qamvis Cantabrigienſis non Eccleſiæ ulli, ſed privato cuidam in uſu fuerit, qui retenta dumtaxat, quæ illic vigebat, Canonis ſerie, cetera per ſummam licentiam cum in Euangeliis, tum vel maxime in Actis Apoſtolorum ita miſcuit, invertit, recudit, ut, teſte Millio, qui illud accuratiſſime inſpexit, omnium, quotquot ad noſtra tempora pervenere, interpolatiſſimum dederit. Unde non immerito Simonii judicium deſideres, qui in Hiſtoria Critica N. T. adornatam ad corruptos hoſce fontes Latinam Verſionem non ſemel male conſultus credidiſse videatur. Sed cum de Antigraphis iſtis ſit ſermo, videamus nunc Druthmari locum, quem ſupra tetigimus.

Expoſ. in Matth. cap. 1. Hic ſcriptor, poſtquam Euangeliſtas quatuor fluminibus, quæ a Paradiso voluptatis exibant, cum quatuor Elementis comparaſſet: ac deinceps Epocham quamdam Euangeliorum ſtatuiſset, *poteſt* (inquit) *ipſe ordo Euangeliorum ideo ſic haberi, ut unus Apoſtolus ſit in capite, alter in fine, & illi duo qui inter ipſos habentur, auctoritatem ab ipſis duobus habeant. Vidi tamen Librum Euangelii Græce ſcriptum, qui dicebatur Hilarii fuiſſe, in quo primi erant Matthæus, & Joannes, & poſterius alii duo. Interrogavi Euphemium Græcum cur hoc ita eſſet: dixit mihi, in ſimilitudinem boni agricolæ, qui, quos fortiores habet boves, primò jungit*. Nihil hic, unde Simonius hunc ordinem a Latinis invectum aſſerere poſſet.

Coutantius in vita S. Hilarii operibus ejus præfixa, quorum Exemplar pulcherrimæ Editionis veſtræ, humanitati, ac benevolentiæ erga me tuæ acceptum refero, obſervat deſcribendis illum ſacris Libris vacaſſe. Idque ex Teſtamento S Perpetui Epiſcopi Turonenſis, in quo legavit Euphronio Auguſtodunenſi librum Euangeliorum, *quem ſcripſit Hilarius Pictavenſis quondam Sacerdos*: atque hunc ipſum credi, qui etiamnum Turonis in Eccleſia S. Gratiani ſervatur. Ex quibus Teſtamenti verbis putat, interpretari poſse allatum Druthmari locum: ut nimirum S. Hilarii dictus ſit Codex ille, quia manu ipſius exaratus. Ego vero, ſi licet paria facere, utcumque non improbem conjecturam hanc Viri doctiſſimi,

puta-

Digitized by Google

putatem tamen Codicem illum unum ex Aſiaticis fuiſſe, quem cum in Phrygia exul ageret, ſtudiis ſuis adhibuerit Hilarius: mox ab exilio revertens in patriam retulerit. In quam conjecturam eò facilius ductum me fateor, quòd perquam veroſimile ſit minoris Aſiæ Eccleſias in diſponendo Canone, non attenta ſerie temporum, quibus Euangelia prodierant, ſed habita Apoſtolatus ratione, Matthæi primùm, quod ubique gentium, tum Joannis, a quo plures conſtitutæ, rectæque fuerant, in Codices ſuos retuliſſe. Sicque fortaſſe factum, ut mos ille etiam in Gallias inveheretur. Niſi jam antea obtinuerat. Quod pateret luculentius, ſi in laudato Apographo Eccleſiæ Turonenſis, ante exilium, ſi ita eſt, ab Hilario deſcripto, pari ſerie, ac in ſupralaudatis, Canon procederet. Multò verò magis hoc mihi ſuaderet, ſi verum eſset, quod putat Cutaotius, Hilarium, poſt Commentarios in Matthæum, ſtatim curam hanc in Joannem extendiſſe. Ita enim Exemplarium ſuorum ordinem ſequi videbatur.

Num verò ex laudato Diuthmari loco rectè conjecerit Clariſ. Editor, in Antigrapho Hilarii, poſt Matthæum, ac Joannem, poſteriores duos Marcum (ut ipſe ait) ac Lucam proceſſiſſe, incertum omnino eſt. Videndum propterea ab iis, penes quos vetuſtiores Codices ſuperſunt, num in quibus Matthæus, & Joannes procedunt, Lucas ſemper, deinde Marcus, ut in noſtro, ac Cantabrigienſi, an ſecus ſequantur. Fortaſſe enim ex diverſa eorum ſerie cum nos Eccleſiarum, ac privatorum in digerendo Canone erui poſſet; tum etiam quodnam ex Euangeliis Lucæ, ac Marci primum illis nanciſci contigerit. Utcunque enim Apoſtolis ob dignitatem primus in Canone locus ſit datus: de Luca tamen, ac Marco ambiguum, cur ille hunc præverterit. An quia ſerius Marci Exemplar habuerint illi, quibus ſeries illa uſurpabatur, Luca in Codices antea relato, an alia de cauſa. Forte etiam Lucæ principem poſt Apoſtolos locum tribuerint, quòd longè uberiùs, quàm Marcus, Euangelicam Hiſtoriam digeſſerit, repetitis videlicet altius rebus; & ſtemmate Servatoris ſecundum carnem accurate digeſto. Certe in hoc rationem temporis non habuiſſe illos, apud quos ea Canonis ſeries vigebat, ex Veteribus liquet, qui Marcum ante Lucam Euangelium ſuum litteris conſignaſſe putaverunt, uti ſuperius ex Origene obſervabamus. Aliter tamen ſentiente Clemente Alexandrino, qui Euſebio teſte, *προγεγράφθαι ἔλεγεν τῶν εὐαγγελίων τὰ περιέχοντα τὰς γενεαλογίας*. Nempe quòd fons, funduſque Euangelicæ Hiſtoriæ genus Chriſti juxta carnis diſpenſationem eſſe videretur, propterea vero ſimilius eſſe arbitratus eſt Clemens, munito jam a Matthæo, ac Luca itinere iſto, conſtitutoque, quod primum omnium ſciri oportebat, tunc & Marcum Euangelio ſuo incubuiſſe. Dixi a Matthæo, & Luca; quamvis ambiguus ſit, hunc ne, an illum præiviſſe ſenſerit Clemens. Fortaſſe tamen præluxerit ſententiæ illorum, qui primum ante alios in ſcribenda Euangelica Hiſtoria fuiſſe Lucam arbitrantur; quos inter duo è Proteſtantibus Baſnagius, & Clericus. Hic enim ad Dodvvelli locum, in quo Matthæum Euangeliſtarum antiquiorem aſſeruerat, hoc nuſpiam probatum ſe vidiſſe ait. Quæ enim Græci recentiores de ætate Euangeliorum commenti ſunt, ea nullo fundamento niti. Sed longa, ut puto, intenſione operis fallente memoria. Nam haud multo ante dixerat - *Origenes, non modo dogmatum ævi, ſed & Antiquitatum Eccleſiaſticarum callentiſſimus ita de quatuor Euangeliis loquitur in fragmento Tom. I. Comment. in Matth. apud Euſebium H. E. VI. 25.* πρῶτον μὲν γέγραπται τὸ κατὰ τὸν ποτὲ τελώνην, ὕστερον δὲ Ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ Ματθαῖον. Porro, ſi poſt Origenem recentiores Græci Matthæum ante ceteros ſcripſiſſe ajunt, fundamento ſatis valido nituntur, auctoritate ſcilicet hominis Antiquitatum Eccleſiaſticarum callentiſsimi, qui primum inter Euangelia a Matthæo antea Publicano, deinde Apoſtolo Jeſu Chriſti, ſcriptum aſſerit.

H. E. VI. 14.

Diſſert. III. de IV. Euangeliis, ad calcem Harmon. Euangelicæ.

Sed multò licentius Baſnagius, qui ut Lucam Matthæo priorem Induceret, inter

Ad A. C. LX.

inter ceteras conjecturas hanc afferre non dubitavit; melius ſcilicet in Chriſti ſtemmate efferendo res ſucceſſuras, ſi Lucæ prius, mox Matthæi ordo conſtitiſſet. Ac propterea ex hujus *decentia* futurum tunc fuiſſe, ut inde inciperet, unde initium ſumendum fuerat. Nempe & a miſſione Angeli ad Eliſabetam, atque Mariam: & ab Edicto Auguſti, quo impulſa Virgo in Bethlem perrexit, ibique peperit. En tibi hominem periculoſa ſæculi ſapientia æque de profanæ Hiſtoriæ, ac de Divinæ Scriptoribus judicantem, quaſi non iſti θεόπνευστοι eſſent; quodque ad id munus vocatos deceret, Divinus ille Spiritus neſcire permitteret. Et mirum profectò, quòd Criticus iſte utrumque Euangeliſtam haud ſervatæ licentiæ non poſtulaverit, quòd non altiùs, ut poſtea Joannes, a generatione Divina Verbi
H. E. III. 24. initium Stemmatis ſumſerint (diem fortaſſe dicturus Euſebio, qui provinciam hanc a Spiritu Sancto illi ſervatam ſcripſiſſet). Hoc enim ad ſummam rerum, de quibus deinceps agere debebant, facere omnino videbatur. Et perverſis etiam ingeniis, quæ Jeſum Chriſtum, uti hominem dumtaxat, erant traductura, ne ad horrenda illa Brevia miſerrime impingerent, facem prætuliſſent.

Obſervavimus jam, quantum equidem per tot ſæculorum nebulam proſpicere nobis licuit, quem in Canone Euangelico diſponendo ordinem quædam ex Orientalibus, tum Africæ, ac Galliarum Eccleſiæ uſurpaverint. Manus tamen e veſtigio illis daturi, qui nos per deſerta hæc loca gradientes, ſi minus verum, at ſaltem quod vero ſimilius ſit, fortaſſe non adſequutos, in viam reduxerint. De Italiæ noſtræ, præſertim de aliarum omnium Principe Eccleſia Romana, quid conjicere in proclivi ſit, fateor me neſcire. Quamvis enim in Canone ſuo Matthæum olim, ac Joannem, ratione habita Apoſtolatus, duobus aliis præferre potuerit. Idque eò amplius, quod Joannes & Romæ fuerit, & in igneum oleum,
De præſcript. Hæret. cap. 36. Tom. I. ut inquit Tertullianus, (perperam Vaticanus Nyſſeni Codex in laudatione altera Sancti Stephani inter Monumenta Eccleſiæ Græcæ a Cl. Zacagnio edita εἰς ὕδωρ) demerſus, fidei teſtimonium reddiderit; de Luca tamen, ac Marco eſt utrinque ambigendi locus. Et ſanè, quòd crederem ad diſquiſitionem hanc ſubſidium aliquod e Vaticana ſperari poſſe, oraveram olim Eminentiſſimum Principem Angelum Mariam Quirinum Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarium, ut, ſi qui Codices in ea ſupereſſent, in quibus diverſus a Vulgata ordo vigeret, eos inſpici a VV. CC. ejuſdem Bibliothecæ Cuſtodibus jubere dignaretur. Qui, ut eſt non ſolum animi magnitudine, ſplendore operum, munificentia, liberalitate, quæ verè Principem deceant, ſed ſcientiarum laude, fovendis literis, provehendiſque propterea ingeniis ad immortalitatem nominis factus, votis noſtris benignè annuens, ut ſacra illa monumenta inſpicerentur, mandavit. Sed nihil inde lucis affulſit. Omnibus, quotquot inſpecta ſunt, ad Hieronymi Canonem comparatis.

De ceteris Eccleſiis longiùs in Italia ab Urbe ſemotis, Ciſalpinæ præſertim
Hæreſ. LI. Galliæ, facile eſſet ad rem, de qua agimus, e vexato Epiphanii loco de Lucæ in Italia, Galliaque prædicatione, aliquid comminiſci. Sed longiùs fortaſſe, quam par eſt, & noſtris, & aliorum conjecturis indulſimus. Itaque ex Æſtuariis hiſce in continentem aliquando reducti, inſigniores aliquot locos Exemplaris hujuſce noſtri inſpiciamus.

Dixeram ex Antigraphis illis manaſſe, quæ ante Hilarii tempora ferebantur. Et fecerat huic aſſertioni locum Beatus Auctor Lib. X. de Trinitate num. 41. ubi de pericope illa loquens Lucæ XXII. 43. 44. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram: quæ in Codice noſtro deſunt. *Nec ſane* (inquit) *ignorandum a nobis eſt, & in Græcis, & in Latinis Codicibus compluribus vel de adveniente Angelo, vel de ſudore ſanguinis nil ſcriptum reperiri. Ambigentibus igitur utrum hoc in Libris variis aut deſit, aut ſuperfluum ſit (incertum enim hoc nobis relinquitur de diverſitate librorum) certe &c.* Qua de re, aut quo ſæculo expuncta fuerint verba

illa

illa, aut a quibus, in obſcuro eſt. Expendi tamen merentur ea, quæ Grotius ad hunc locum, tum ad alium ejuſdem Euangeliſtæ commentus eſt, *Adnot. in Lucam.* ne Viri Eruditiſſimi judicium legentibus imponat. *Illaudabilis* (inquit, de adventu Angeli, & ſudore loquens) *fuit & ſuperſtitio, & temeritas eorum, qui banc particulam, & ſequentem de ſudore delevere: nibilo graviore de cauſa, quam quo illud, quod ſupra eſt de fletu, deletum diximus.* Dixerat autem ad Lucæ XIX. 41. particulam illam de fletu a Latino, Syro, Arabe Interpretibus retentam. At Epiphanium teſtari, ſuo tempore non exſtitiſſe in publice receptis exemplaribus; dignaque eſſe verba illius in Ancorato, quæ notentur, *vel ob boc* (inquit) *ut videamus quantum ſibi Eccleſiarum Præpoſiti permiſerint.* Verba Epiphanii a Grotio prætermiſſa, quæ illi improbandæ *Prolegom. num. 798.* Præſidum Eccleſiaſticorum licentiæ anſam præbuerant, adtulit Millius, errare, inquiens, miſere Grotium, qui ita de Eccleſiarum Præpoſitis ſenſerit. Ea ſunt Ὀρθόδοξοι ἀφείλοντο τὸ ῥητὸν φοβηθέντες, καὶ μὴ νοήσαντες αὐτοῦ τὸ τέλος, καὶ τὸ ἰσχυρότατον. Et ſane mirum quòd Vir infinitæ lectionis, & acerrimi judicii, Orthodoxos, qui haud laudabili timore, ne fletus Servatore noſtro J. C. indignus videretur, ea verba deleverant, hic loci pro Eccleſiarum Præpoſitis intelligi voluerit. multò vero magis, quòd ſi ἀδιόρθωτα (ad quæ ibidem provocat Epiphanius) adhuc ſupererant Exemplaria, ea profectò eſſe debebant, quæ in Eccleſiis & caſtius, & accuratius, quam apud privatos, ſervari ſolebant. Tantum abeſt, ut Eccleſiaſtici ipſi, aut Epiſcopi aliquid de primævo textu detrahere ſibi ipſis permiſerint.

Locus alter, uti in Codice noſtro, ſic ab Hilario lectus eſt Matth. XXVI. 53. *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exbibebit mibi modo pluſquam duodecim millia Legiones Angelorum?* Hilarius de Trinitate X. 42: *Nec ſibi Angelus mittitur, qui ſi vellet, duodecim millia legionum de cælo deduceret.* Et in Pſalmo LIII. *quia cum Domino duodecim millia legionum Angelorum poſſent in tempore paſſionis aſſiſtere.* Et ſic rurſus Pſalmo LIV. *Sed inter bac babens poteſtatem duodecim millia cæleſtium legionum evocare.* Millius ad hunc Matthæi locum, præeunte Eraſmo, putavit Hilarium memoria lapſum, dum ad laudatum Pſalm. LIV. *duodecim millia* ſcribebat. „*Canone enim* (inquit) *XXXII. in Matth. legit ut Editi.*„ Fefellerant ſcilicet Millium unus & alter ex tribus locis adductis; neque vidiſſe poterat, quæ doctiſſimus Editor obſervavit, nempe in probatioribus Mss. ubique lectionem hanc conſtanter ab Hilario retentam. Ex qua uniformitate in adducendis, diverſis licèt, & loco, & materia, Sacrorum librorum Pericopis, nullibi facta mutatione verborum, conjicere certò poſſumus, veteres Eccleſiæ ſcriptores non e memoriæ penu, ut plerumque ſolebant, ſed ex Codicum ſuorum fide eas adtuliſſe: longe autem certius, cum has, ad argumentum aliquod illuſtrandum, præcisè, ac per partes inculcant. Cujus rei exemplum alterum dabit Tertulliani locus a Millio non obſervatus: ex quo clariſſime liquet, Scriptorem hunc ſic olim in Antigrapho ſuo legiſſe. Haud levi ſane argumento Codicem noſtrum, qui eandem lectionem exhibet, ex Apographis ad vetuſtiſſima Exemplaria comparatis, deſcriptum fuiſſe. &c.

Hoc eſt, Auditor Rotæ Sapientiſſime, exordium Epiſtolæ Prodromæ Codicis Evangeliorum Regii Monaſterii Sanctæ Juliæ, quam magni nominis, atque ſelectæ eruditionis Vir Philippus Abbas Garbellius ſcripſit ad me. Reliquam partem, quæ jam evulgatâ triplo major exiſtit, quoniam aditum ad vindicias variantium lectionum, atque ad Textûs Brixiani Codicis cognitionem patefacit, volo eidem Textui eſſe conjunctam. Summa autem ratione id facere arbitror, ne ſcilicet monumentum illud auro gemmiſque præſtantius incomptum atque neglectum Lectoribus exhibeatur. Adde Authoris mentem, adde propoſitum, quod in Epiſtolam conjectum eſt. Demum cum hiſce conſiliis, amicorum quoque conſilia conſentiunt.

Igitur ad reliqua Mss. Librorum a nobis adhibendorum ſpecimina veniamus. Quorum primum, Tuum illud Euangeliarium Bibliothecæ Cæſareæ Vindebonenſis eſto. Argenteus Liber eſt, literis nempe argenteis ſummo ſtudio curâque exaratus. Mutilus ad nos uſque pervenit, maleque temporis injuriis affectus. Folia perquam tenuia, non videntur ex hædina pelle conſtare, neque ex cortice, aut phylara. Sed tantam nihilominus præſeferunt vetuſtatem, quanta ex Verſione Antiqua Latina Itala, atque ex literarum forma cognoſcitur. Codex duodecim omnino ſæculorum eſt, a Te primùm, Vir Clariſſime, erutus; &, cum Viennæ ageres, me rogante, collatus diligentiſſimè, in locis quibus abit in diverſa a noſtrâ Vulgatâ Editione. Quadratæ figuræ propiùs accedit, a qua remotiſſimæ antiquitatis indicia feliciter auſpicatur; ut videre licet in Codice Vaticano Verſionis LXX. Seniorum, a nobis paginâ CCCLXXIV. in tabula ex ære expreſſo, in Virgilio Mediceo, circa Valentis, aut Theodoſii tempora ſcripto, in Colbertino numeralis notæ 3084. (de quo Cl. Vir Domnus Bernardus Montfaucon * ait: *hoc Codice vetuſtiorem nullum ex iis, qui noti ſunt, eſſe opinor; eſtque forma penitus quadra, ut ex ſubjecto ſpecimine videbis, paginam quippe integram delineari curavi*), in Compleſſionibus Caſſiodorii, quas V. Cl. Marchio Scipio Maffejus deliciæ Patriæ meæ, ac Literariæ Reipublicæ inſigne decus, & ornamentum, ex pluteis Ampliſſimi Capituli Veronenſis primùm in lucem edidit, atque in permultis aliis. Moribus autem antiquitùs id obtinebat etiam apud Hebræos in exſcribendis Divinis Scripturis, ut ex Tractatu Sophim edidici. Moſes enim Ægyptius, cap. IX. Tract. *De Libro Legis*, hæc ſcribit: *Longitudo libri Legis non ſit major illius latitudine, neque latitudo major longitudine*. Elementa craſſioris formæ ſunt, eaque uncialia dicebantur, (quoniam ſere unciâ, id eſt pedis duodecimâ parte conſtabant) teſte S. Hieronymo in Præfatione in Librum Job. Budæus de Aſſe lib. I. illas literas ex Codicis craſſitudine unciales dictas putat, malè tamen. Casleyo verò, de quo ſupra paginâ CCCLXII., venit in mentem locum S. Hieronymi in editis libris eſſe vitiatum. Id novi ex Tom. 5. Bibliothecæ Brittannicæ, in qua pag. 335. ita relatum habemus:

* Lib. III. Palægraphiæ Cap. I. pag. 167.

„ Le paſſage de St. Jerome que nous avons indiqué, donne lieu à Mr. Casley de
„ faire une remarque très curieuſe. Qu' on achete ſi l' on veut, dit ce Pere, d'
„ anciens livres écrits ſur du Velin couleur de pourpre, en lettres d' Or & d' Ar-
„ gent, ou en lettres qu' on apelle communement unciales, & qui ſont plutot
„ des fardeaux, que des livres; pourvû qu' on me permette à moi & à mes amis
„ d' avoir des Manuſcrits en petit Caractere, & qui ſoient plus recommanda-
„ bles par l' exactitude de la correction que par lieur magnificence. *Habeant*
„ *qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis Auro Argentoque de-*
„ *ſcriptos, vel UNCIALIBUS, ut vulgo ajunt, LITERIS, onera magis exa-*
„ *rata quam Codices; dummodo mihi meiſque permittant pauperes habere*
„ *ſchedulas, & non tam pulchros Codices, quàm emendatos*. C' eſt ainſi que l'
„ on imprime ou qu' on cite toujours ce paſſage; mais au leu de ces mots *un-*
„ *cialibus literis*, les lettres unciales, ou d' un pouce, Mr. Casley croit qu'il faut
„ lire *initialibus literis*, des lettres initiales, & il ſe fonde ſur l' autorité de plu-
„ ſieurs Manuſcrits, & ſur la maniere uſitée de lire de tels mots ambigus, qui

„ eſt-

Digitized by Google

„ eſt de choiſir la leçon qui s'accorde le mieux avec le bon ſens. „ *On comprend*
„ *d'abord, dit M. Caſley, que par* initialibus literis *il faut entendre les lettres*
„ *qu'on a coutume de mettre au commencement des Livres, des Chapitres, ou*
„ *des Paragraphes, les quelles on apelle Capitales; & ſi un livre étoit tout*
„ *écrit de ces le tres-là, ce ſeroit veritablement un fardeau plutot qu'un livre,*
„ *comme le remarque St. Jerome. Et nous avons encore aujourd'hui de vieux*
„ *Livres de cette eſpéce. Mais que faire de ces* literæ unciales, *ces lettres lon-*
„ *gues d'un pouce? Où a-t-on trouvé que les Anciens écrivoient des livres d'un*
„ *ſi monſtrueux caractere? Et ſi on en a écrit de tels, d'où vient qu'il n'en*
„ *reſte pas la moindre trace?* „ Mais dira-t-on, cette addition de St. Jerome, *ut*
„ *vulgò ajunt*, comme on parle ordinairement, ne convient pas ſi bien à *ini-*
„ *tialibus* qu'à *uncialibus*. Mr. Casley avouë que plus un terme eſt impropre,
„ quoique ſouffert par l'uſage, plus il a beſoin de cette adouciſſement: cependant
„ que ſi un Livre entier étoit écrit en plus groſſes lettres qu'à l'ordinaire, &
„ qu'elles fuſſent apellées *literæ initiales*, l'adouciſſement *ut vulgò ajunt* ne
„ ſeroit pas inutile; ce qui ſuffit, dit-il, pour juſtifier ma remarque. Ce paſſa-
„ ge de St. Jerome ajoute Mr. Casley, a été la ſource de pluſieurs erreurs: car ou-
„ tre qu'il a produite les *literæ unciales*, qui ont paſsé à la montre pendant ſi
„ long-tems; on y a auſſi trouvé les *literæ minutæ*, les petites lettres, ou le
„ menu caractere. On a pretendu que par *literæ initiales* (ou *unciales* ſi l'on
„ veut), il falloit entrendre les lettres *Capitales* par oppoſition aux *petites let-*
„ *tres* ou menu caractere, dont on a ſuppoſé que les *pauperes ſchedulæ* étoient
„ écrites; & on s'eſt imaginé qu'elles differoient comme la groſſe & la petite
„ lettre different aujourd'hui: mais ceux qui ſont verſez dans les Manuſcrits,
„ & dans les Inſcriptions du tems de St. Jerome, ſavent que le menu caractere
„ n'avoit pas encore été inventé, & qu'on ne ſe ſervoit que de lettres capitales.
„ Et en effet, tous les anciens livres & toutes les Inſcriptions de ce tems-là qui
„ nous reſtent, ſont en lettres Capitales, & on ne ſauroit donner un ſeul example
„ du contraire. Cela ſe peut auſſi prouver par le temoignage des anciens Auteurs.
„ Pline, Tacite, & Priſcien remarquent que le anciennes lettres des Grecs éto-
„ ient faites à peu près comme celles des Romains, qui les avoient priſes des
„ Grecs (*a*). Or il paroit viſiblement qu'il s'agit ici des lettres Capitales, qui
„ ont encore beaucoup de reſſemblance, au lieu que le petit caractere Grec eſt ſi
„ different du Latin, que la remarque de ces Autheurs ne ſauroit lui convenir.
„ Lipſe parlant des lettres Latines dit que le menu caractere n'étoit pas connu
„ des Romains, *nam hæ minutæ* (litteræ) ignotæ olim * St. Jerome n'a donc
„ pû entendre par *literæ initiales* que les plus groſſes capitales: car ſes *paupe-*
„ *res ſchedulæ* étoient auſſi écrites en Capitales, mais plus petites, & qui ne dif-
„ feroient des autres que par leur grandeur. Quoique le Manuſcrit Alexandrin,
„ ſoit tout écrit en Capitales, ces Capitales ſont neanmoins beaucoup plus pe-
„ tites que celles d'un Manuſcrit Grec de la Bibliotheque Cotoniene, qui con-
„ tenoit les Evangiles, & dont il ne reſte que quatre feuillets: toutes les lettres
„ de ce fragment ſont de la même grandeur que le lettres initiales de chaque
„ paragraphe du Manuſcrit Alexandrin. Mr. Caſley nous donne un échantillon
„ de l'un & de l'autre. Mais, dira-t-on, il n'eſt pas facile d'écrire beaucoup,
„ ni d'écrire vite en ſe ſervant de ce gros charactere; quelle apparence y a-t-il
„ donc que les Anciens qui ont écrit tant de volumes, ayent voulu s'en ſervir;
„ n'ont ils pas dû trouver une maniere d'écrire plus prompte & plus expedi-
„ tive, ſur tout pour les affaires ordinaires? Cette objection ſuppoſe qu'ils ſe
ſer-

* De pronunt. Ling. Lat. cap. 8.

(*a*) *Veteres græcas fuiſſe eaſdem pene, quæ nunc ſunt Latinæ*. Plinius Lib. VII. cap. 58. *Poma ac Literis Latinis, quæ veterrimis Græcorum*. Tacitus Annal. Lib. XI. *Apud antiquiſſimos Græcorum non plus quam ſedecim erant Literæ; quibus ab illis acceptis, Latini Antiquitatem ſervaverunt perpetuam*. Priſcianus Lib. I.

„ ſervojent de la même anere, & des mêmes plumes dont nous nous ſervons au-
„ jour d'hui. Mr. Casley répond que quand on a fait une découverte extremement
„ utile tout le monde s'étonne qu'elle n'ait pas été faite plûtôt. On peut dire avec
„ autant de raiſon, a ajoute-t-il, que l'Imprimerie, & la plu part des autres dé
„ couvries utiles doivent avoir été faites plûtôt qu'on ne dit; mais cela ne prou-
„ ve pas que les choſes ſoient ainſi. D'ailleurs, les Anciens avoient une manie-
„ re prompte de déſigner les choſes par des hieroglyphes, & par des abbrevia-
„ tions: l'Iliade a tenu dans une coquille de noix. „

Recte ego, Nobiliſsime Præſul, augurabar de Codicibus manuſcriptis (benè enim mihi cogniti ſunt), nihil ab his, quæ Casleyus tradit, abeſſe longiùs. Quare Tu (quod ad rem noſtram facit) ſtatim doctiſſimum Præſulem Simonem Aſſemannum per Epiſtolam conſuluiſti, ut ipſe Vaticanorum Codicum certiſſimo teſtimonio hujuſmodi controverſiam definiret. Se vidiſſe autem nihil minus reſpondit, quàm quod Caskejus putat; ejuſque ſententiam univerſorum manuſcriptorum judicio damnari. Ne cui ergo videar ingratus in eum, qui, hortatu Tuo, me levavit hoc incommodo, ipſam reſponſi particulam recitabo. „ S. Jeronymus (*ſcribit ad*
„ *Te*) in Prologo in Job, qui incipit: *Cogor per ſingulos Scripturæ Divinæ li-*
„ *bros &c.* hæc literis conſignavit: *habeant qui volunt veteres libros, vel in mem-*
„ *branis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus, ut vulgò ajunt,*
„ *literis, onera magis exarata, quàm Codices &c.* Ita omnes Mss. libri Vaticani
„ quos inter melioris notæ ſunt, & ad VII. vel VIII. ſæculum referendi, ſignati
„ num. 1. fol. 223. num. 17. fol. 169. num. 18. fol. 161. num. 19 fol. 172. n. 20.
„ fol. 161. & n. 21. fol. 170. „ De celeri charactere ſcribetur alibi minutoque ut illum S. Hieronymi ætate in uſu fuiſſe demonſtrem. Nunc verò ad Codicem Vindebonenſem redeamus, in quo utrumque illud ſuſpexiſti, quod S. Hieronymus fruſtra quandoque deſiderabat in aliquibus exemplaribus ſuorum temporum, pulchritudinem ſcilicet cum emendatione conjunctam. Ego tamen perpauca ſolummodo reſtrictè præfiniam (quoniam in Notis ad Euangelia locus patebit latius); atque ex ingenti, immenſoque Lectionum campo, in exiguum quendam gyrum compellam epiſtolam meam; & in ea, pro coronide, ſcribam unicè de Titulis, ordineque ſacrorum Euangeliorum. Igitur in Tuo Codice Cæſareo Lucas inſcribitur, *ſecundum Lucanum*. Quæ inſcriptio eſt peculiaris duobus tantùm MSS. Libris Italæ Verſionis, iiſque antiquitate cæteris procul dubio præferendis. Primus eſt Vercellenſis, ſeu Euſebianus; ut videre licet in ejus ſpecimine characterum impreſſo pag. CCCLXXV. Alter verò celebris Abbatiæ Corbejenſis, cujus variantes lectiones dedit Cl. Vir Dumnus Auguſtinus Calmet poſt Acta Apoſtolorum, præmiſſâ hac eruditâ Præfatione, a nobis minime prætereundâ.

„ Poſt noſtri in S. Matthæi Euangelium commentarii editionem ad manus
„ meas pervenit vetuſtiſſimus Abbatiæ Corbejenſis Codex Ms. num. 195. ſæculo
„ ſexto uncialibus literis exſcriptus, in quo verba ſæpiſſimè altera ab alteris ſe-
„ juncta non ſunt, & mendis diffluens eſt orthographia. Continet iſte quatuor
„ Euangelia, qualia erant ante S. Hieronymi correctionem, ſeu interpretationem.
„ Cum autem eo uterentur ad Euangelium in Miſſa canendum, plures, præcipuè
„ verò in S. Matthæo, ſuperadditæ fuerunt correctiones, quò S. Hieronymi Vul-
„ gatæ conformior redderetur. Hæ tamen correctiones, tum ob atramenti, tum
„ ob characteris diſcrimen ab ipſo Opere facile diſcerni queunt. Quatuor autem
„ Euangeliſtæ alio omnino ordine, ac in noſtris exemplaribus, in illo collocan-
„ tur. Occurrit primò S. Matthæus, cujus priora undecim capitula excidere;
„ Secundò S. Joannes; Tertiò S. Lucas, vel LUCANUS, ut ibi appellatur; &
„ quartò S. Marcus. Præcipuas hujus Ms. variantes lectiones collegimus; ſi enim
„ omnes adnotare placuiſset, totus fuiſſet exſcribendus; nam in ſingulis ferme
„ verſiculis, ſi verborum ordo, & vocabula æquivalentia ſpectentur, obviam

ha-

„ habentur. Hujus Mſ. & aliorum, qui in antiquis Bibliothecis adhuc inveniri
„ poſſent, auxilio, nullus dubito, quin Veteris Italicæ textus quoad Evangelia
„ reſtitui poſſet. Lucas Brugenſis vetuſtum Abbatiæ Malmundarienſis Mſ. vete-
„ tem Vulgatam continentem laudat. P. Martianæus Congregationis S. Mauri
„ Benedictinus veterem S. Matthæi textum e duplici antiquo Mſ. S. Germani de
„ Pratis altero, & altero Corbejenſi, ſed a noſtro ob ejus antiquitatem, & cha-
„ racterem longè diverſo, depromptum edidit. Corbejenſis, qui in P. Martia-
„ næi manus incidit, 800. annorum antiquitatem non excedit, & literis Saxo-
„ nicis, ſeu Merovingicis ſcriptus eſt; noſter verò exaratus characteribus Lati-
„ nis, quadratis, uncialibus, & ſexto ſæculo, ut doctiores opinantur. Mar-
„ tianæi Codex veterem S. Matthæi Italicam tantummodo, ut videtur, conti-
„ net; noſter quatuor Evangelia. Noſtrum autem conferentes Mſ. cum Martia-
„ næi editione S. Matthæi, animadvertimus noſtrum cum Mſ. S. Germani de
„ Pratis, cujus variantes ad oram ſuæ editionis poſuit Martianæus, magis con-
„ venire. Has omnes variantes conferentibus patebit, quàm verè dixerit S. Hiero-
„ nymus Præf. in Evangelia tot olim variantes in exemplaribus occurriſſe, ut tot
„ diverſa exemplaria cenſeri poſſent, quot Codices haberentur. *Si Latinis exem-*
„ *plaribus fides eſt adhibenda, reſpondeant, quibus? Tot enim ſunt exemplaria*
„ *pene, quot Codices.* „Quomodo ſit intelligendus hic locus, ego alibi oſtendam.

De ordine Evangeliorum Cl. Vir Philippus Abbas Garbellius eruditè de more, ſuoque ſtylo conſcripſit: quare perpauca ſolùm adjiciam (ea tamen, uti arbitror, non ingrata illi), ex quibus novum antiquitatis pondus Vindebonenſi Codici accedet. In eo ergo, Te docente, cùm exſtet Lucas, deinde Marcus ſequatur (qui Manuſcripto libro finem imponit), mihi etiam in mentem venit, Matthæum, & Joannem, (quorum priora Evangelia tempus edax abſumpſit in Cod.), ordine præceſſiſſe; ut in Veronenſi (de quo infra), in Cantabrigienſi, in Brixiano, aliiſque intuemur. Apoſtolis nempe, ob eorum dignitatem, primus in Canone locus eſt datus, ut docet Tertullianus. Mos verò ille in Gallias etiam invectus eſt, quæ Matthæum primùm, tum Joannem in Sacros Codices retulerunt. Id diſcimus ex recitato vetuſtiſſimo Abbatiæ Corbejenſis Exemplari, quod Calmet contulit, atque laudavit, nec non ex altero Bibliothecæ Patrum Benedictinorum S. Germani, Verſionem Italam Epiſtolarum Beati Pauli, ac è regione Græcum Textum exhibente, ad cujus calcem exſtat Catalogus Librorum Novi Teſtamenti, in quo ita legitur: *Matthæus* (habet) *verſus* 2600. *Johannes verſus* 2000. *Marcus* 1600 *Lucas* 2900. In veteri quoque Stichometria Codicis Græci Prophetarum Rupifucaldiani, ſcripta ante annos mille literis uncialibus, editâque a doctiſſimo Coteleria in notis ad Barnabam, & ante illum a Morino, princeps Matthæi ac Joannis Evangelio locus adſcribitur. Quare autem Sacrorum Evangeliorum Canon ita in iis Codd. digeſtus fuerit, aperiamus. In Conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 2. cap. 57. hæc habentur: *Lector in quodam loco excelſo ſtans legat libros Moſis, & Jeſu filii Navis, Judicum, & Regnorum, item Paralipomenon, & quæ de populi reditu conſcripta ſunt: ad hæc Jobi, & Salomonis volumina, ſimulque ſexdecim Prophetarum. Peractiſque per binos lectionibus, quidam alius Davidis hymnos pſallat, & populus extrema verſuum ſuccinat. Dein Acta noſtra recitentur, & Epiſtolæ Pauli adjutoris noſtri, quas Sancti Spiritûs ductu ad Eccleſias miſit. Poſtea Diaconus, vel Presbyter legat Evangelia, quæ ego MATTHAEUS ET JOHANNES vobis tradidimus, & quæ auditores Pauli LUCAS ET MARCUS accepta reliquerunt vobis &c.* Hæc mihi videtur cauſa veriſſima, cur Matthæus & Joannes Lucam Marcumque in nonnullis antiquis Italæ Verſionis Exemplaribus anteiverint. Sed ſpecimen characterum Codicis Vindebonenſis, quod Tibi acceptum refero, Præſul Doctiſſime, tandem in lucem proferatur.

Codex Evangeliorum argenteus Bibliothecae Caeſareae Vindebonensis

PARABOLIS DICITUR UT UIDE~
TES UIDEANT ET NON UIDEANT
ET AUDIENTES AUDIANT ET NON
INTELLEGANT NEQUANDO CON
UERTANTUR ET DIMITTAM EIS
PECCATA ET AIT ILLIS NESCI
TIS PARABOLAM HANC ET QUO
MODO OMNES PARABOLAS CO
NOSCETIS QUI SEMINAT
UERBUM SEMINAT HI AUTE~
SUNT QUI CIRCA UIAM [ubi] SEMINA
TUR UERBUM ET CUM AUDIE
RINT CONFESTIM UENIT SATA
NAS ET AUFERET UERBUM QUOD

Nunc reliquum eſſet, quoniam de Codicis Cæſarei præſtantia jam ſatis ſcriptum videtur, ut nihil minus induſtriæ, quàm rei utilitas poſtulat, quærerem in adornanda Veronenſis Evangeliarii deſcriptione. Quoniam vero hujus Voluminis moles nimium excrevit, cogor nunc, rogante humaniſſimo Viro Hier. Mainardo, finem imponere. Sed antequam tollatur manus è tabula, ſilentio præterire non poſſum, Exemplar illud Ampliſſimi Capituli Veronenſis, quinto (ut videtur) Sæculo fuiſſe exaratum in membranis purpureis, literis argenteis aureiſque, ad inſtar Vindebonenſis, Brixiani, S. Germani a Pratis, & aliorum, de quibus Mabillonius, Montfauconius, & Le Long ſermonem inſtituerunt. Antiquam Latinam Italam Verſionem quatuor Evangeliorum repræſentat cum nativis lineamentis ſuis: eſtque nullibi ad Hieronymianam emendationem exacta. Eam autem in Veronenſi Eccleſia uſque ad Othonem III. moribus obtinuiſse conjicio ex quadam inſigni (& ſingulari) notâ rubro colore conſcriptâ, ac duabus crucibus interclusâ ad oram Canonis Euſebiani $\frac{\text{CCLXVIIII}}{\text{II}}$ Evangelii S. Matthæi, cui referendam eam eſſe item ex aliis duabus Crucibus & verbis IN ac FINEM ita indicatur.

✠ CCLXVIIII. IN *Sicut enim homo peregre afuturus vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis*
II. *bona ſua.*

CCLXX. (a) *Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicui-*
V. *que ſecundum propriam virtutem * ſuam, & profectus eſt.*

Continuo abiit qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis alia quinque. Similiter qui duo accepit, lucratus eſt in eis alia duo.

*Qui autem unum talentum accepit *, fodit in terram, & abſcondit pecuniam Domini ſui. Poſt multum vero temporis venit Dominus ſervorum illorum, & poſuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, optulit alia quinque ſuper talenta, dicens:*

*Domine, quinque talenta * mihi dediſti: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.*

*Ait illi Dominus ejus: Euge bone * ſerve, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam* (1) (*: intra in gaudium Domini tui.*) FINEM.

Ex inferiori S. Zenonis Epiſcopi nota nullo negotio cognoſci, atque perſpici poteſt, Codicem, de quo loquimur, fuiſſe uſque ad ea tempora in ſacris Miſſarum ſolemniis Veronæ lectum recurrente e mortuali die S. Zenonis Epiſcopi, quem Cives olim mei Patronum ſibi Maximum elegerunt; ut diſcimus ex Ratherio Epiſcopo, a quo in Apologetico pag. 366. Tom. I. Spicilegii Acheriani *peculiaris noſter Patronus*, & in Synodica ad Presbyteros p. 377. *ſpecialis noſter Doctor, atque Proviſor* appellatur. *Civitatis Veronæ Patronus, atque Gubernator* ſimiliter dicitur in Othonis Imperatoris Privilegio anno 988. apud Ughelium pag. 745. uti & in alio an. 996. pag. 749. in quibus utriſque Veronenſis Epiſcopus *Vicarius S. Zenonis* honoris cauſa nominatur. In Proœmio Statutorum Veronenſium *Patroni, Protectoris*, & *Defenſoris* nominibus appellatur; magnuſque eidem cultus aliquot in capitibus ejuſdem Statuti, aliiſque in *partibus*, uti vocant, quas in Civitatis Cancellaria videre licet, decretus ſemper fuit. Tandem præcipuum Veronenſis Eccleſiæ titum nunc quoque vigentem notare libet, mimirum S. Zenonis commemorationem fieri a Clericis Sæcularibus, & a Regularibus utriuſque Sexûs in Matutinis, & Veſperis, cum ſuffragia recitantur, nec non in Collecta *A cunctis*, poſt Apoſtolorum Petri, & Pauili commemorationem: qui ritus præceptus a Jo. Matthæo Giberto Epiſcopo in Conſtitutionibus tit. 2. cap. 2. duobus ſæculis ante, & eo amplius in Synodalibus MSS. Thebaldi Epiſcopi Conſtitutionibus a Petro Sçaligero in alia Syno-

* *Cod. vocabit, more veterum.*

* *addit ſuam & ita Gr. Cantabrig. ſ[illegible].*

* *deeſt abiens; etiā in Cantabrig.*

* mihi dediſti, *cum S. Ambroſio lib. 5 de Fide, pagin. 553.*

* *Cod. ſerbe.*

(1) *Verba uncinis clauſa, Scriptor Nota de emortuali feſto S. Zenonis die Codicis noſtri margini adjecit. Nullam aliam verò Notam, aut additamentum in toto Codice extare, Lectorem hic monitum volo.*

(a) ✝ II. ID. APRILIS ADSVMPTIO SCI ZENONIS EPI. *Hæc Nota marginalis eſt ſcripta X. ſæculo ab eodem, ut puto, Antiquario, qui literis conſignavit Codicem illum Sacramentorum Veronenſis Eccleſiæ a Cl. Viro Marchione Maffejo laudatum, in quo nomina regis Othonis, & VVolfangi Epiſcopi expreſſa leguntur.*

Synodo confirmatis præſcriptus, ut docent Eruditiſſimi Viri Petrus, & Hieronymus Fratres Ballerinii Presbyteri Veroneníes in editione Sermonum S. Zenonis Epiſcopi Veronenſis (cap. IV. §. I. Diſſertationis III. pag. 131.) hiſce diebus publici juris factâ. Italam autem, ut ajebam, Veronæ lectam fuiſſe uſque ad X. Chriſti Sæculum a recitata marginali nota indicatum, hac evidenti ratione concluditur. In quodam inſigni libro Miſſali Ampliſſimi Capituli Veronenſis, qui exeunte Sæculo XII. ſcriptus videtur, haberque Epiſtolas, & Evangelia per anni circulum, in Miſſa S. Zenonis, legitur lectio ex *Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Hebræos: Fratres omnis Pontifex &c.* uſque ad ea, *tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech*. Evangelium verò, *Homo quidam &c.* uſque *auferetur ab eo*. Quòd Evangelium, ut tradit Perettus in ſcholiis ad vitam S. Zenonis, erat etiam in membranaceo Lectionario Veronen. Monaſterii S. Euphemiæ Ordinis D. Auguſtini. Hinc eſt quòd vetuſtus Miſſalis Codex Ambroſianus Bibliothecæ Vaticanæ-Palatinæ ſignatus num. 506. *in Natali S. Zenonis Epiſcopi & Confeſſoris* hanc Rubricam exhibeat: *Epiſtolam, & Evangelium require de Confeſſoribus*, quoniam in Miſſa Confeſſorum Pontificum etiam antiquitus (uti hodie) legebatur Parabola *talentorum*, quemadmodum videre licet in *Libro Miſſarum Romanæ Eccleſiæ* edito a Ven. Card. Thomaſio pag. 220. Quod autem S. Zenonis Epiſcopi Feſta dies ex antiquiſſimo Veronenſis Eccleſiæ ritu ad Lipomanum uſque *Confeſſoris*, non *Martyris* Officio ac Miſſa fuerit celebrata, luculenter oſtendunt omnes Sacramentorum libri ejuſdem Eccleſiæ, iique etiam Venerabilis Monaſterii S. Zenonis, in quo Beatiſſimi Antiſtitis Corpus religioſè ſervatur. Eos codices univerſos, quoniam egomet vidi, nemo, ut arbitror, de mea aſſeveratione dubitabit. Quod ſi S. Zenonis cultus religioque martyrii poſt laudati Lipomani Epiſcopi tempora in omnium ferè Civium mentes pervaſit, id eveniſſe putaverim non temerè, nec caſu, ſed quòd gloriam ſæpe Divi ſuam, etiam recenti ætate, declaret. Et forte Lipomanus ritum mutavit, Officiumque, auctoritate S. Gregorii Magni lib. 3. Dialogorum cap. 19. ubi S. Zenonem *Martyrem* bis appellat, dum celebre illud Atheſis exundantis, & ad januam Eccleſiæ S. Zenonis apertam ſtantis miraculum deſcribit.

Omnia fere profudi, Præſul Illuſtriſſime, quibus ſi videris Eccleſiæ Catholicæ cauſam *de Vulgata Latina Verſione* per me fuiſſe defenſam, eum putabo fructum eſſe maximum. Vale ergo, Romanæ Rotæ decus, & Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Rebus gerendis apud S. Sedem Curator reverende.

Poſt obſignatam Epiſtolam tandem agnovi, Præſul Illuſtriſſime, nihil me ſcripſiſſe ad Te de Sexta Parte reliqui Operis, quæ complectetur *Vindicias Canonis Sacrarum Scripturarum* a Sacroſancta Tridentina Synodo conditi Seſſione IV. celebratâ die VIII. Menſis Aprilis An. Domini MDXLVI. Quamobrem prius excuſandum me eſſe arbitror, deinde ejuſdem partis aliquid Tibi propinandum. Præteritam enim culpam videri volo redemiſſe, & meditata jampridem ſaltem per tranſennam indigitaſſe. Igitur nonnulli *Indiculi* edentur in lucem ab omni antiquitate petiti, quibus non minus gratum erit, Hæreticorum objecta delere, quàm noſtrum Sacrarum Scripturarum Canonem, cenſumque librorum tueri. Id cum erit factum, audaciæ adverſariorum, & noſtræ Editionis finem reperies. Poſtrema pagina me in arcto poſuit: nec aliud monumentum, quo eam impleam brevius occurrit, quàm anecdota quædam Leonis Papæ ſententia *de Apocryphis Scripturis*. De ejus Auctore indicare conſilium meum Tibi per tempus haud vacat. Titulo ſane fidem adhabendam eſſe puto; ſed Magno Pontifici Leoni I. Opus abjudico. Hæc eadem loquutus ſum Domi Tuæ, cum doctiſſimi Viri de more intereſſent. Tibi probari videbatur opinio mea: propterea aliis quoque fortaſſe probabitur, cùm ea publici juris fiet. Cura valetudinem tuam, Sacrarum Literarum Hoſpes, & Præſidium; & me amare perge, habetoque in numero tuorum. Hoc mihi gratius facere nihil potes.

INCI-

Codex argenteus Evangeliorum Amplissimi Capituli Veronensis.

\+

I INPRINCIPIO
ERATUERBV̄
ETUERBUM
ERATAPUTD̄M·
ETD̄SERATUER·
HOCERATIN
PRINCIPIO
APUTD̄M OM
NIAPEREUM
FACTASUNT
ETSINEEUM
FACTUMEST
NIHIL
QUODAUTEM
FACTUMEST
INEOUITAEST
ETUITAESTLUX
HOMINUM

ETLUXLUCET
INTENEBRIS
ETTENEBRAE
EAMNONCŌ
PREHENDE
RUNT.
III FUITHOMO
MISSUSAD̄O
CUINOMEN
ERATIOHAN
NISHICUENIT
INTESTIMO
NIUMUTTES
TIMONIUM
PERIBERET
DELUMINE
UTOMNESCRE
DERENTPEREV̄

Digitized by Google

* INCIPIT SENTENTIA PAPÆ LEONIS De Apocryphis Scripturis.

Curandum ergo eſt, & Sacerdotali diligentia maximè providendum, ut falſi Codices; & a ſincera veritate diſcordes in nullo uſu lectionis habeantur. Apocryphæ Scripturæ, quæ ſub nominibus Apoſtolorum multarum habent ſemina falſitatum, non ſolum interdicendæ ſunt, ſed etiam penitus auferendæ, atque ignibus concremandæ. Quamvis enim ſint in illis quædam, quæ videantur ſpeciem habere pietatis; numquam tamen vacuæ ſunt venenis: & per fabularum inlecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium* narratione ſeductos, laqueis cujuſcumque erroris *involvant. Unde ſi quis Epiſcoporum, vel apocrypha habere non prohibuerit, vel ſub Canonicorum codicum* nomine, eos libros in Eccleſia permiſerit legi, qui Priſcilliani ſunt adulterinâ emendatione vitiati, hæreticum ſe noverit judicandum: quoniam, qui alios ab errore non revocat, ſeipſum errare demonſtrat. Legitur autem omnis Scriptura Divina Sancti Canonis ab initio anni uſque ad finem, in Eccleſia Sancti Petri, hoc ordine. Tempore Veris, hoc eſt VII. diebus ante initium Quadrageſimæ uſque ad octavam diem ante Paſcha, leguntur quinque libri Moyſi, cum Jeſu Nave, & Judicum. Et VII. dies ante Paſcha, liber Iſaïæ Prophetæ, unde ad paſſionem Chriſti* cum venit, & Lamentationes Hieremiæ. Diebus autem Paſchæ, Epiſtolæ Apoſtolorum, & Actus Apoſtolorum, atque Apocalypſis, uſque Pentecoſten. In tempore autem Æſtatis, Regum,* Paralipomenon, uſque ad medium Autumni, hoc eſt XV. Kal. Novembris: deinde liber Salomonis, & Mulierum, atque Machabæorum, & liber Tobi, uſque Kal. Decembris. Ante autem Natalem Domini noſtri Jeſu Chriſti, Iſaiæ, Hieremiæ, & Daniel, uſque ad Epiphaniam. Poſtea quidem, Ezechiel, & Prophetæ Minores, atque Job, uſque Idus Februa-*

* *Ex Codice Palatino-Vatic. ſignato num. 277. pag. 92. qui ſcriptus videtur ſæc. VIII ſed mendis ſcatet, & ſphalmatum labeculis, ignaviâ Scriptoris* huic Papæ Leonis ſententiæ de apocryphis Scripturis *offuſis.*

* *Cod.* lectiones.

* *Cod.* narrationum, ſeductus.

* *Cod.* involvunt.

* *Cod.* nominum.

* *ſic:*

* *Supple*, &.

bruarias. Pſalmi, omni tempore. Evangelium, & Apoſtolum, ſimiliter. *Tractatus vero Sancti Hieronymi; Ambroſii; *ceterorum Patrum, pro ut Ordo poſcit, leguntur. Explicit.*

* Cod. Tractus.

* Supple, &c.

Specimen Vulgatæ Antiquæ Latinæ & Italæ Verſionis Evangelii ſecundum Matthæum, ex quatuor vetuſtiſſimis Codicibus erutæ, Notis ac Prolegomenis illuſtratæ, & in Quinta Parte noſtri hujus reliqui Operis unà cum ferè integro Novo Teſtamento Jeſu Chriſti typis edendæ.

Columna I. exhibet Codicem Evangeliarium S. Euſebii Epiſcopi, & Martyris, qui in Sacrario Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Capituli Vercellenſis unà cum Venerabilibus Lipſanis adſervatur. Ut autem Sculptores facere ſolent, qui (quòd alio modo agi non poſſit) cupientes vivam imaginem conſervare alicujus inſignis Viri, ob religionem, pietatem, gratiam, ſapientiamque in poſterorum memoria unicè cari, dignique, ut eum futuræ ætates venerentur & colant; ex gypſo, aut nitido marmore vultum effingunt cum nativis lineamentis ſuis; ita ego, Auditor Rotæ Sapientiſſime, ut Codicis Euſebiani Vercellarum faciem tam conſimilem, quàm poteſt, exprimam, ac ſcitè pingam (quò in perpetuum ejus memoria maneat), dabo operam (ſicut ſpecimen ſubjectum oſtendit), ut Typis Mainardinis Editio deiſcentis monumenti elaboretur ad hanc pactionem normamque, quòd ſcilicet tot paginæ, tot lineæ, exituſque linearum tot ſint in impreſſo, quot in Manuſcripto libro. Ita quicumque volet Editionem noſtram cum Evangeliario membranaceo conferre, paginas (hac de cauſa, etiam in Codice, juſſu Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Epiſcopi numeratas) nullo negotio adinveniet, lineaſque ſupputando, ſyllabas ſyllabis comparabit, ad fidem Editoris experiendam.

Columna II. Codicem Veronenſem è regione poſitum repræſentat. De quo in V. Parte hujus Operis a nobis agetur fuſiùs in Diſſertatione Epiſtolari, Sapientiſſimo atque Illuſtriſſimo Viro Domino Joanni Franciſco Muſellio Cathedralis Eccleſiæ Veronenſis Archypresbytero nuncupandâ.

Columna III. continet Evangelium S. Matthæi editum ex Codice Corbejenſi ſignato num. 21. & cum alio Codice Monaſterii S. Germani a Pratis numeralis notæ 15. ſumma fide collatum a Cl. Viro Domino Joanne Martianæo, cujus lege ſis Prolegomenum III. Uterque ſcriptus dicitur ante octingentos annos. Sed non utriuſque par pretium. Ego enim (bonâ cum veniâ) San-Germanenſe Exemplar, ad marginem amandatum, pluris facio:

Columna IIII. quæ Evangelium Quadruplex terminat, Codice Brixiano erit illuſtris. Et Epiſtola prodroma Doctiſſimi Viri Philippi Abbatis Garbellii (de quo ſupra pag. CCCXCVI. & alibi) chorum ducet Diſſertationum, quæ Novo Jeſu Chriſti Teſtamento ſecundùm Antiquam Latinam Italam Verſionem anteibunt.

EVAN-

* I. *CODEX VERCELLENSIS.	*CODEX VERONENSIS. * II.
SEC	*MATH.*
er...	erum.
Videntes autem	Videntes au-
ſtellam gavi-	tem ſtellam
ſi ſunt gaudi-	gaviſi ſunt
o magno valde.	gaudio magno
Et intrantes in	valde. Et
domum, vide-	intrantes (a) in
runt puerum	domum, inve-
cum Maria	nerunt puerum
matre ejus, & * pro-	cum Maria
cedentes ado-	matre ejus,
raverunt eum:	& procidentes
& apertis then-	adoraverunt eum:
ſauris ſuis obtu-	& apertis then-
lerunt ei mune-	ſauris ſuis optu-
ra, aurum, thus,	lerunt ei mu-
& (1) murram. Et ad-	nera, aurum,
moniti in ſom-	* thus, & mur-
nis ne redirent	ram. Et admo-
ad Herodem, per	niti..n.....
aliam viam re-	ad Herodem,
greſsi ſunt in	per aliam viam
...am regionem.	regreſsi ſunt
Qui cum receſ-	in ſuam re-
ſiſsent	gio-

* *Scribitur E pro I more veterum.*

* *Cod. tus, ſine aſpiratione.*

* III. *CODEX CORBEJENSIS.

er. Videntes autem ſtellam gaviſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum: & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & murram. Et (a) reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam. Qui quum receſ- ſiſſent,

* IIII. *CODEX BRIXIANUS.

er. Videntes autem ſtellam gaviſi ſunt gaudio magno valde & intrantes in domum viderunt puerum cum maria matre ejus. & procidentes adoraverunt eum. & apertis thenſauris ſuis optulerunt ei munera aurum (1) thus & murram & admoniti per ſomnium ne redirent ad herodem per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam. rece- den-

Pro tuenda ratione hujus orthographiæ, quæ natura Codici inſiſtit, multa ſcribit in ſua Epiſtola prodroma Vir Cl. Abbas Philippus Garbellius.

Notæ Codicis Veron. (1) *In antiquioribus Latinis Codd. ex more pronunciandi more Ypsilon Græcum, ut plurimum, per Upsilon reddebatur. Vide Cl. Martianæum in notis ad Evangelium Corbejenſe, pag. LXV.*

Varian. Lect. MS. San-Germ.
(a) admoniti.

Notæ Codicis Brixiani.
(1) abraſâ aſpiratâ, & apparente.

*I. *CODEX VERCELLENSIS.

SEC.

ſiſſent, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in AEgyptum, & eſto ibi uſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim ut Herodes quaerat puerum iſtum perdere.
Surgens autem Joſeph a ſomno, accepit puerum & matrem ejus, & abiit in AEgyptum, & erat ibi uſque ad mortem

*II. *CODEX VERONENSIS.

MATH.

gionem.
Qui cum receſſiſſent, ecce Angelus Domini apparuit in * ſomnis Joſeph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in AEgyptum, & eſto ibi uſque ... eſt enim ut Herodes quærat puerum iſtum perdere.
Surgens autem Joſeph, accepit puerum & matrem ejus nocte, & abiit in AEgyptum, & erat ibi uſque ad conſum-

* Cod. in ſomnes ſumpto e pro i.

*III. *CODEX CORBEJENSIS.

ſiſſent, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi uſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim ut Herodes quærat puerum (*a*) ad perdendum eum. Qui conſurgens, accepit puerum & matrem ejus nocte, & (*b*) ſeceſſit in Ægyptum, & erat ibi uſque ad (*c*) obitum

*IIII. *CODEX BRIXIANUS.

dentibus autem illis. ecce angelus dñi apparuit joſeph in ſomnis dicens, ſurge & accipe puerum & matrem ejus & ſuge in aegyptum & eſto ibi uſque dum dicam tibi, futurum eſt enim ut herodes quaerat puerum perdere eum, Ille autem ſurgens accepit puerum & matrem ejus nocte. & abiit in aegyptum. & erat ibi uſque ad obitum

Var. Lect. MS. San-Germ. (*a*) iſtum perdere, Surgens autem Joſeph, (*b*) abiit, (*c*) conſummationem.

*I. *CODEX VERCELLENSIS.

SEC.

tem Herodis:
ut adimplere-
tur quod dic-
tum eſt a Domino
per Prophetam
dicentem:
Ex AEgypto vo-
cavi filium me-
um. Tunc He-
rodes ut vidit
quoniam de-
luſus eſt a Ma-
gis, iratus eſt
valde, & miſit,
& occidit om-
nes pueros,
qui erant in
Bethlem, &
omnibus re-
gionibus ejus,
a bimatu & in-
fra, ſecundum
tempus quod
exquiſierat
a Ma-

*II. *CODEX VERONENSIS.

MATH.

ſummationem
Herodis: ut
impleretur quod
dictum eſt a
Domino per
Prophetam
dicentem:
Ex AEgypto voca-
vi filium meum.
Tunc Herodes
ut vidit
quoniam deluſus
eſt a Magis,
iratus eſt
valde, &
miſit, & oc-
cidit omnes
pueros, qui
erant in
Bethleem, &
omnibus finibus
ejus, a bimatu
& infra, ſecun-
dum tempus
quod

*III. *CODEX CORBEJENSIS.

tum Herodis: ut adimpleretur quod dictum eſt a Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum. Tunc Herodes (*a*) videns quoniam illuſus eſſet a Magis, iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem (*b*), & in omnibus finibus ejus, a bimatu & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat

a Ma-

*IIII. *CODEX BRIXIANUS.

tum herodis. ut adimpleretur quod dictum eſt a dnõ per prophetam dicentem. ex aegypto vocabi filium meum.

Tunc herodes videns quod deluſus eſſet a magis, iratus eſt vehementer.

Et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleem & in omnibus finibus ejus a bimatu & infra. ſecundum tempus quod exquiſierat

a ma-

Ver. Lect. MS. San-Germ. (*a*) ut vidit . . . eſt. (*b*) Judææ, & omnibus regionibus.

Digitized by Google

*I. *CODEX VERCELLENSIS.

SEC.

a Magis.
Tunc adimple-
tum eſt quod
dictum eſt
per Hieremi-
am Prophetam
dicentem:
Vox in Rha-
ma audita
eſt, fletus
& ululatus
multus: Ra-
chel plorans
filios ſuos,
& noluit con-
ſolari, qui-
a non ſunt.
Defuncto au-
tem Herode,
ecce Angelus
Domini apparu-
it in ſomnis
Joſeph in...
gypt ....ns:

*II. *CODEX VERONENSIS.

MATH.

quod exqui-
ſierat a Magis.
Tunc adim-
pletum eſt
quod dictum
eſt per Hiere-
miam Prophetam
dicentem: Vox
in Rama
audita eſt,
ploratus &
ululatus mul-
tus: Rachel
plorans filios
ſuos......
conſolari, quia
non ſunt.
Defuncto autem
Herode, ecce
apparuit An-
gelus Domini
in ſomnis
Joſeph in
AEgypto dicens:

*III. *CODEX CORBEJENSIS.*

a Magis. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam Prophetam dicentem: Vox io Rama audita eſt, ploratus & ululatus (*a*): Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.

II. DEfuncto autem Herode, ecce (*b*) apparuit Angelus Domini in ſomnis Joſeph in Ægypto, dicens:

*IIII. *CODEX BRIXIANVS.*

a magis.

Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per hieremiam prophetam dicentem. vox in rama audita eſt. ploratus & ululatus multus. rachel plorans filios ſuos & noluit conſolari quia non ſunt. defuncto autem herode ecce apparuit angelus domini in ſomnis joſeph io ægypto dicens

Var. Lect. MS. San-Ger. (*a*) m1 ltus. (*b*) Ecce Angelus Domini apparuit Joſeph in ſomnis.

PSALTERIUM
DUPLEX
CUM
CANTICIS
JUXTA
*(1) VULGATAM GRÆCAM LXX. SENIORUM,
ET
*(2) ANTIQUAM LATINAM ITALAM VERSIONEM.

Prodit ex inſigni Codice Græco-latino Ampliſſimi Capituli Veronenſis uncialibus charaEteribus ante ſeptimum ſæculum exarato,

OPERA ET STUDIO

JOSEPHI BLANCHINI VERONENSIS
CONGREGATIONIS ORATORII ROMANI PRESBYTERI.

*(1) *S. Hieronymus, in Epiſt. ad Sunniam & Fretelam num.* 2.

„ Illud breviter admoneo, ut ſciatis aliam eſſe Editionem, quam
„ Origenes, & Cæſarienſis Euſebius, omneſque Græciæ
„ Tractatores ΚΟΙΝΗΝ, ideſt *Communem* appellant, atque
„ *Vulgatam*, & a pleriſque nunc Λουκιανὸς dicitur, aliam
„ Septuaginta Interpretum, quæ in Ἑξαπλοῖς Codi-
„ cibus reperitur, & a nobis in latinum
„ ſermonem fideliter verſa eſt, & Jeroſolymæ,
„ atque in Orientis Eccleſiis decantatur.

*(2) *S. Auguſtinus (de Latinis Interpretibus loquens) lib.* 2. *De Doctrina Chriſtiana Cap. XV. ait*:

In ipſis autem Interpretationibus ITALA ceteris præferatur; nam eſt verborum tenacior, cum perſpicuitate ſententiæ.

psalmostodauid

oteautonediocenabessalom
oyiosautu
quirieisacusontesproseucesmu
enotisetendeesinmu
entexlethiasu
isacusonmuentediceosynesu
cemeiseltesiscrisin
metatudulusu
otiudiceothesete
enopionsupaszon
oticatedioxen
oetrostenpsycenmu
etapinoseniscentenzoenmu
ecatisanmeenscotinys
osnecruseonos
ceacediasenenemy
topneumamu
enemyetaracteecardiamu
emnesteimeron
arceon
ceemeletesaenpasin
tysercyssu
enpyemasintonciron su
emeleton
diepetasaprossetascirasmu
epsycemuosce

cxlii psalmus ipsi dauid

quando eum filius suus
persequebatur
dne exaudi orationem meam
auribus percipe praecem meam
in ueritate tua
exaudi me in tua iustitia
et ne intres in iudicio
cum seruo tuo
quoniam non iustificabitur
coram te omnis uiuens
quoniam persecutus est
inimicus animam meam
humilauit in terra uitam mea
collocauerunt me in tenebrosis
sicut mortuos saeculi
et tedium passus est in me
sps meus
in me conturuatum est cor meum
memoratus sum dierum
antiquorum
et meditatus sum in omnibus
operibus tuis
in facturis manuum tuarū
meditatus sum
extendi manus meas ad te
anima mea sicut terra

Digitized by Google

C A T A L O G U S
S I V E
CHARACTERES LIBRORUM ET MSS. CODICUM.

In utriuſque Pſalterii Adnotationibus allegati.

Vulg. Vulgatam Editionem deſignat.

Gr. Vat. aut Græc. ſine additamento, Pſalterium græcum Verſionis LXX. juxta Exemplar Vaticanum, Sixti Papæ V. juſſu editum Romæ anno 1587.

A. S. Auguſtini Pſalterium in Enarrationibus ejus prolatum, juxta editionem Monachorum S. Mauri, quorum Operibus uſi ſumus etiam in aliorum Patrum (de de quibus infra) collatione.

Thom. Pſalterium a Venerabili Card. Joſepho Maria Thomaſio excuſum Romæ ann. 1683. in quo habetur prima Verſionis Italæ correctio a S. Hieronymo, juſſu Damaſi Papæ facta, quæ obtinet adhuc in Sacroſancta Baſilica Vaticana, caniturque viciſſim in Divina Officiorum Pſalmodia.

Rom. Pſal. Romanum, in Quincuplici Pſalterio editum, cura Jac. Fabri Stapulenſis an. 1508. in Pariſienſi S. Germani Cœnobio.

M. Mediolanenſe, ad uſum Cleri Ambroſianæ Mediolanenſis Eccleſiæ, editum Mediolani an. 1555.

Amb. Pſalterium a B. Ambroſio expoſitum, vel ejus Opera.

Caſſ. Pſalterium a Caſſiodorio in ſuis Commentariis illuſtratum.

G. Germanenſe primum, quod nempe B. Germano Pariſiorum Epiſcopo, dum in vivis ageret, in uſu fuiſſe traditur.

H. Pſalterium a S. Hilario illuſtratum.

C. Carnutenſe, ſe Veterem Verſionem, quæ tertiam columnam obtinet in S. Petri Carnutenſis Pſalterio tripartito, quæque inſcribitur, *ſecundum Græcum*.

Hebr. S. Hieronymi Pſalterium ex Hebræo, quod tamen ſolum profertur, cum favet antiquæ Verſioni.

Car. Carnutenſe Pſalterium juxta Vulgatam.

Colb. Colbertinum, deſcriptum ex Cod. ſeptingentorum circiter annorum, quod Vulgatam „ exhibet ſub hoc titulo „ Liber Pſalmorum de Translatione Septuaginta Interpre- „ tum emendatum a S. Hieronymo Presbytero in novo. „

Ger. Germanenſe alterum, ex Cod. fere ejuſdem ætatis.

Gal. Gallicanum in Quincuplici Pſalterio editum a Jac. Fabro an. 1508. Sub hujus nomine venit editio Vulgata apud eundem.

Græcum Pſalterium Veronenſe ad Vaticanum Exemplar Sixtinæ Editionis τῶ O' ex integro exegimus. Latinum vero (è regione poſitum) cum Pſalteriis, per characteres librorum, & Mss. Codicum in ſuperiori Catalogo indicatis, contulimus ad ea tantum loca, in quibus ab Editione Vulgata, Clementis VIII. Summi Pontificis juſſu atque authoritate recognita, diſcrepabat.

I.

(1) ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΤΩ Δ̄Δ ΑΒ ΑΛΛΗΛΟΥΙΑ

MAcarios anir os uc eporeuthi
En buli aſebon,
cai en odo amartolon
uc * eſtin, * Lege, eſti.
ce epi cathedra limon
uc ecathiſen.
All i en to nomo Quiriu
to thelima autu
ce en to nomo autu meletiſi
imeras ce nyctos.
Ce eſte os to xylon
to pephyteumenon
para tas diexodus ton ydaton,
o ton carpon autu
doſi en cero autu.
Ce to phyllon autu uc aporryiſete,
ce pauta oſa an pyi
cateuodothiſete.
Uch utos y aſevis uch utos,
all i os o chnus,
on egripti (2) anemos
apo proſopu tis gis
Dia tuto uc anaſtiſonte (3) aſevis
en criſi,
ude amartoli em buli diceon.
Oti ginoſci Quirios odon diceon.
ce odos aſevon apolite.

I.

(a) PSALMUS DAVID.

BEatus vir, qui non abiit 1.
in conſilio impiorum;
& in via peccatorum
non ſtetit;
& in cathedra peſtilentiæ
non ſedit:
ſed in lege Domini 2.
voluntas ejus;
& in lege ejus meditabitur
die ac nocte.
Et erit tamquam lignum, 3.
quod plantatum eſt
ſecus decurſus aquarum;
quod fructum ſuum
dabit in tempore ſuo:
& folium ejus non defluet: 4.
& omnia quæcumque faciet,
proſperabuntur.
Non ſic impii, non ſic: 5.
ſed tamquam pulvis,
quem proicit ventus
a facie terræ.
Ideo (b) non reſurgunt impii 6.
in judicio;
neque peccatores (c) in conſilio juſtorum: *
Quoniam novit Dominus viam juſtorum; 7.
& (d) via impiorum peribit.

* Huc uſque ſupplevit Codicem jam detritum recentior Antiquarius, circa X. Sæculum.

(1) Ab initio hujus Pſalmi, uſque ad *yios mu i ſy* Pſalmi II. manus recentior ſcripſit.
(2) Gr. Vatic. addit art. ὁ ante ἄνεμος. (3) Gr. Vatic. addit art. οἱ ante ἀσεβεῖς.

(a) *Editio Complut. LXX.* Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.
(b) *Verſu 6. Vulgata:* Non reſurgent. *Veronenſis, A. Rom. Amb. hic, & in Enarratione Pſalmi 118. pag. 1032. Editionis Maurinæ, Hilarius Diaconus, qui Ambroſiaſter dicitur, in Epiſtolam ad Romanos, pag. 39. Caſſ. H. C.* Non reſurgunt. *Et ſic habebat Vulgata in MSS. Card. Colb. Ger. Gal.*
(c) *Ibidem,* In concilio. *Veronenſis, R. H. A. & Caſſ.* In conſilio. *Gr. Vatic.* ἐν βουλῇ.
(d) *Verſu 7.* Iter impiorum. *Amb. in Enarratione hujus Pſalmi ait pag. 766.* Græcus in utroque *viam* dixit, (*nempe* viam juſtorum, & via impiorum,) *ut Veronenſis, & A. hic in Enarrat. prima num. 6.*

II.

(1) PSALMOS TO DAVID.

INati ephryaxan ethni,
ce lay emeletiſan cena;
Pareſtiſan y baſilis tis gis,
ce y archontes ſynichthiſan
epi to auto
cata tu Quiriu, ce cata tu
X̄P̄Ū autu.
Diarrixomen tus deſmus auton,
ce aporipſomen aph imon
ton zygon auton.
O caticon en uranis
egge-

II.

(a) PSALMUS DAVID.

UT quid (b) fremuerunt gentes; 1.
Et populi meditati ſunt inania?
Adſtiterunt Reges terræ, 2.
& principes convenerunt
in unum, DIAPSALMA,
adverſus Dominum, & adverſus
Chriſtum ejus.
Diſrumpamus vincula eorum: 3.
& proiciamus a nobis
jugum ipſorum.
Qui habitat in cœlis, 4.
inride-

A

(1) Deeſt in Græco Vaticano titulus hujus Pſalmi.

(a) *Hic Pſalmus in Vulgata ac Textu Hebreo titulo caret. At in Veronenſi, R. C. Car. Colb. inſcribitur,* Pſalmus David. *In G. & Gall.* In finem Pſalmus ipſius David.
(b) *Verſu 1. Vulgata,* Quare. *Veronenſis, & A.* Ut quid, *juxta Græcum Vaticanum, ἱνατί.*

eggelaſete autus,
ce o Quirios ecmyćtirii autus.
Tote laliſi pros autus
en orgi autu,
ce en to thymo autu
taraxi autus
Ego de cateſtathin
baſileus yp autu
epi Sion oros to agion autu,
Diangellon to proſtagma Quiriu.
Quirios ipen pros me,
yios mu i sy,
ego ſimeron gegenneca ſe.
Eteſe par emu, ce doſo ſy ethne
ten cleronomian ſu,
Ce ten cataſcheſin ſu
ta perata tes ges.
Pymanis autus en rabdo ſidera,
Os * ſcevos ceraineos
ſyntripſis autus.
Ce nyn baſilis ſynete,
Pedeuthete pantes
y crinontes ten gen.
Duleuſate to Quirio en fobo,
Ce agalliaſthe auto en tromo.
Draxeſthe (2) pedian,
Me pote orgiſthe o Quirios,
ce apoliſthe ex odu diceas.
Otan * eccauthe en tachi
o thymos autu,
Macariy pantes
y pepythotes ep (3) auton.

* Secundis curis *ſceui*.

* Secundis curis, *encauthe*.

inridebit eos:
& Dominus ſubſannabit eos.
Tunc loquetur ad eos 5.
(*c*) in ira ſua,
& in indignatione ſua
conturbabit eos.
Ego autem conſtitutus ſum 6.
Rex ab eo
ſuper Sion montem ſanćtum ejus,
prædicans præceptum Domini. (*d*)
Dominus dixit ad me: 7.
Filius meus es tu:
ego hodie genui te.
Poſtula me, & dabo tibi gentes 8.
hæreditatem tuam;
& * poſſeſſiones tuas,
terminos terræ.
Reges eos in virga ferrea: 9.
& tamquam vas figuli
confringes eos.
Et nunc, reges, * intelligite: 10.
erudimini, (*e*) omnes,
qui judicatis * terram.
Servite Domino in timore: 11.
& exultate ei cum tremore.
Adprehendite diſciplinam: 12.
ne quando iraſcatur Dominus:
& pereatis de via juſta:
cum exarſerit in * brevi 13.
ira ejus:
beati omnes,
qui confidunt (*f*) in eum.

* ℣. 8. *Cod.* Poſſeſſionem. *Vel legendum* Poſſeſſiones, *ut repoſuimus in texto ex Verſione Syriaca, vel infra* tuam *pro* tuas.
* *Codex* Intellegite. E *pro* I.
* *Codex*: Terra, *mendoſe*.
* *Codex* Brebi. B *pro* V.

(2) Secundis curis emendatur, *draxaſthe*, ut eſt in Ps. Vatic. Ibid. Vatic. παιδείας.
(3) Gr. Vatic. αὐτῷ

(*c*) *Verſu* 5. Et in furore ſuo. *Veronenſis & H. in nonnullis codd. hic num. 9.* Et in indignatione ſua.
(*d*) *Verſu* 6. Prædicans præceptum ejus. *Veron. R. Caſſ. & A. in Enar. Pſal. 47. n. 5.* Prædicans præceptum Domini.
(*e*) *Verſu* 10. Qui judicatis terram. *Veronenſis A. R. Rom. M juxta Gr.* Omnes, qui judicatis terram.
(*f*) *Verſu* 13. In eo. *Veronenſis*: In eum. *Et ita Græcus Veronenſis ex adverſa pagina*: ep auton.

III.

PSALMOS TO DAVID.

opote * apedidraſce apo proſopu
Abeſſalom tu yiu autu
Quirie ti eplethyntheſan
y thlibontes me;
Polly epaniſtante ep eme
Polly leguſin te pſyche mu,
Uc eſtin ſoteria (1) autu
en to theo autu. Diapſalma
Sy de Quirie antilemptor mu i,
Do-

* Primis curis *apote*.

III.

PSALMUS DAVID.

cum fugeret (*a*) a facie
Abeſſalon filii ſui.
Domine, quî multiplicati ſunt, 2.
qui tribulant me?
Multiplicati inſurgunt (*b*) ſuper me.
Multi dicunt animæ meæ; 3.
non eſt ſalus (*c*) illi
in Deo ejus.
Tu autem Domine ſuſceptor meus es: 4.
glo-

(1) Forte mendum pro *auto*, ut habet Gr. Vatic αὐτῷ.

(*a*) *Vulg. In Titulo*: A facie Abſalom. *Veronenſis, A. Thom.* A facie Abeſſalon. Gr. *Vatic.* ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλώμ.
(*b*) *Verſu* 2. *Vulgata*: Adverſum me. *Veronenſis & A.* Super me.
In Gr. Rom. G.C. & Car. proxime ad ℣. 4.: *In Veronenſi vero proxime ad* ℣. 6. *præfigitur*: Diapſalmū. *In Thom, utroque loco; Neutrubi habetur in Vulg. Porro idem verbum in aliis itidem Pſalmis toties MSS. Codices exhibent, quoties Græca editio Romana impreſſa Pariſiis an. 1628.*
(*c*) *Ver.* 3. Ipſi. *Veronenſis, A. R. Caſſ.*, Illi.

Doxa mu, ce ypſon
ten cephalen mu.
Phone mu pros Quirion ececraxa,
Ce (2) iſecuſen mu
ex orus agiu autu. Diapsalma.
Ego ecymethen, ce ypnoſa,
Exegerthen, oti Quirios
antilempſete mu.
U phobeteſome apo myriadon
lau ton cyclo (3) ſynepitithemenon my.
Anaſta Quirie ſoſon me
o Theos mu.
Oti ſy epataxas pantas
tus echthrenontas my mateos,
Odontas amartolon ſynetripſas.
Tu Quiriu e ſoteria, ce epi ton laon
ſu e eulogia ſu.

gloria mea, & exaltans
caput meum.
Vocem * meam ad Dominum clamavi: 5.
& exaudivit me
de monte ſancto ſuo. Diapsalma.
Ego dormivi, (d) * & ſomnium cœpi: 6.
exurrexi; (e) quoniam Dominus
ſuſcipiet (f) me.
Non timebo (g) a * millibus 7.
populi circundantis me,
Exurge, Domine; ſalvum me fac,
Deus meus:
quoniam tu percuſſiſti omnes 8.
adverſantes mihi ſine cauſa:
dentes peccatorum * conteruiſti.
Domini eſt ſalus, & ſuper populum
tuum benedictio tua.

* ℣.5. *Lege:* voce mea.
* ℣.6. *Lege:* &ſomnum.
* *Codex,* millibus.
* *Lege:* contriviſti.

(2) Gr. Vatic. ἐπήκουσε, pro *iſecuſen*.
(3) Gr. Vatic. ἐπιτιθεμένων.

(d) *Verſu 6.* Et ſoporatus ſum. *Veronenſis, Cyprianus pag. cc., A. R. Rom. C.* Et ſomnum cœpi. *M.* Et quievi.
(e) *Ibidem:* Quia Dominus. *Veronenſis. A. R. Ambroſius in Hexameron lib. 6. cap. 10. pag. 142. & lib. de Bono mortis cap. 8. pag. 404., nec non lib. de Benedic. Patriarch. cap. 4. pag. 519.* Quoniam Dominus.
(f) *Ibidem:* Suſcepit me. *Veronenſis A. & C.* Suſcipiet me, *juxta Gr. Vatic.* ἀντιλήψεται.
(g) *Verſu 7.* Millia. *Veronenſis*, A millibus. *Et ita Gr. Vatic.* ἀπὸ μυριάδων.

IV.

Is to telos pſalmos
(1) odes tu David.

EN to epicaliſthe me iſecuſen mu
o Theos tes diceoſynes mu,
En thlipſi eplatynas my.
Yctireſon me, ce iſacuſon
tes proſeuchis mu.
Yiy anthropon eos pote
barycardiy;
Inati agapate mateotita,
ce zetite pſeudos;
Diapsalma
Ce gnote oti ethaumas
toſen Quirios ton oſion autu,
Quirios iſacuſete mu,
en to cecragene me pros auton.
Orgizeſthe, ce me amartanete,
A legete en tes cardies ymon,
Ce (2) epi tes quites ymon

IV.

(a) In finem Pſalmus, 1.
Canticum David.

CUm invocarem te (b), exaudiſti me, 2.
Deus juſtitiæ meæ:
in tribulatione dilataſti mihi.
Miſerere mei, Domine; & exaudi
orationem meam.
Filii hominum, uſquequo 3.
(c) graves corde?
ut quid diligitis vanitatem;
& quæritis mendacium?
Diapsalma.
Scitote (d), quoniam (e) * admirabile 4.
fecit Dominus Sanctum ſuum:
Dominus exaudiet me,
(f) dum clamavero ad eum.
Iraſcimini, & nolite peccare: 5.
quæ dicitis in cordibus veſtris,
& in cubiculis veſtris (g)

* *Lege:* admirabilem,

co- A 2 com-

(1) Gr. Vatic. ἐν ψαλμοῖς ᾠδὴ τῷ Δαυὶδ
(2) Deeſt *Ce*, in Gr. Vatic.

(a) *Hic Pſalmus inſcribitur in Vulg.* In finem in carminibus, Pſalmus David. *In Veronenſi* In finem Pſalmus, Canticum David. *In Thom. & Caſſ.* In finem. Pſalmus David. Canticum.
(b) *Verſu 2. Vulgata:* Cum invocarem, exaudivit me. *Veronenſis, R. Rom. M. G. C.* Cum invocarem te, exaudiſti me. *Caſſ.* Cum invocarem te, exaudivit me.
Ibidem, Miſerere mei. *Veronenſis, R. & Caſſ.* Miſerere mei, Domine.
(c) *Verſu 3.* Gravi corde. *Veronenſis, & A.* Graves corde, *juxta Gr. Vatic.* βαρυκάρδιοι.
(d) *Verſu 4.* Et ſcitote. *Veronenſis R. & Caſſ.* Scitote, *omiſſa copula* Et.
(e) *Ibidem:* Mirificavit. *A.* Admirabilem fecit. *Veronenſis mendoſe:* Admirabile fecit.
(f) *Ibidem:* Cum. *Veronenſis, A. R.* Dum.
(g) *Verſu 5.* In cubilibus veſtris. *Caſſ. R. Rom. G. C. Colb. Gal. Ambroſius de Interpellatione Job. lib. 1. cap. 3. pag. 628. cum Auguſtino lib. 2. de Sermone Domini in monte num. 11., & Cypriano pag. 416.* Et in cubilibus veſtris. *Veronenſis:* Et in cubiculis veſtris. *Et hic notat idem S. Auguſtinus, quod ſubauditur*, dicite, *ut ſit plena ſententia; ideoque bene ſequitur*, Et, *juxta Gr. Vatic.* καὶ

Digitized by Google

catanygete. Diapſalma.
Thyſate thyſian diceoſynes,
ce elpiſate epi Quirion.
Polly legusin, tis dixi
(3) emin ta agatha;
Eſemiothe eph emas
to phos tu proſopu ſu Quirie.
Edocas euphroſynen
is ten cardian mu.
Apo carpu ſitu ce ynu
ce eleu auton eplethynthesan.
En irene epi to auto cymithiſome,
ce ypnoſo.
Oti ſy Quirie cata monas
ep elpidi catocisas me.

(b) compungimini. Diapsalma.
Sacrificate ſacrificium juſtitiæ; 6.
& ſperate in Domino.
Multi dicunt, quis oſtendit
nobis bona?
Signatum eſt ſuper nos 7.
lumen vultus tui, Domine:
dediſti lætitiam
in corde meo.
A tempore frumenti (i), vini, 8.
(k) & olei multiplicati ſunt.
In pace in idipſum (l) obdormiam 9.
& requieſcam:
quoniam tu, Domine, ſingulariter* 10.
in ſpe (m) habitare feciſti me.

* *Cod. ſingularite, mendosè.*

(3) *Emin*, cum Vulg. *nobis*. Gr. Vatic. ὑμῖν.

(b) *Ibidem*: Compungimini, *cum Veronenſi. Sanctus Auguſtinus in enarratione hujus Pſalmi 4. n. 6. habet; „ non „ nulli autem non* compungimini, ſed aperimini *dicunt melius legi; quoniam in Græco Pſalterio eſt* κατανύγητε, *quod refertur ad illam dilatationem cordis, ut excipiatur diffuſio caritatis per Spiritum Sanctum.*
(i) *Verſu* 8. A fructu frumenti. *Veronenſis, Caſſ. A. R. Rom. M. G. C. & Vigilius Tapſenſis contra Eutychen lib. 3. pag. mihi 729. cum Verſione Syriaca & Paraphraſi Caldaica*: A tempore frumenti. *Hebr.* In tempore frumentum, & vinum eorum multiplicata ſunt.
(k) *Ibidem*: Et olei ſui. *Veronenſis, & Ambr. in Pſalmi 36. Enarr. pag.* 789. Et olei, *omiſſo* ſui.
(l) *Verſu* 9. Dormiam. *Veronenſis, A. R.* Obdormiam.
(m) *Verſu* 10. Conſtituiſti me. *Veronenſis cum A. & Verſione Arabica*: Habitare feciſti me, *juxta Gr. Vatic.* κατῴκισας.

V.

Is to telos yper tis
cleronomuſes
Pſalmos to David.

TA remata mu enotiſe Quirie,
Synes tes craunges mu,
Proſches te phone tes deeſeos mu
o baſileus mu, ce o Theos mu.
Oti pros ſe proſeuxome Quirie,
To proi iſacuſe tes phones mu.
To proi paraſteſome ſy,
ce (1) epopſome.
Oti uchi Theos thelon
anomian ſy i
U (2) paryceſi ſy ponereuomenos,
Ude diamenuſin paranomy
catenanti ton ophthalmon ſu.
Emiſeſas Quirie pantas
tus ergazomenus ten anomian,
Apolis pantas tus laluntas
to pſeudos.
Andra ematon ce dolion
bdelyſſete Quirios

Ego

V.

In finem: 1.
quæ hæreditate accepit.
Pſalmus David.

VErba mea auribus percipe, Domine; 2.
* intellige clamorem meum.
Intende voci orationis meæ, 3.
rex meus, & Deus meus:
quoniam ad te, Domine, orabo. 4.
Mane exaudies vocem meam.
Mane adſtabo tibi, 5.
(a) & contemplabor te:
quoniam non Deus volens
iniquitates * tu es.
Non (b) erit incola tibi malignus: 6.
neque permanebunt injuſti
ante oculos tuos.
Odiſti, (c) Domine, omnes, 7.
qui operantur iniquitatem:
perdes eos (d), qui loquuntur
mendacium.
Virum ſanguinum, & doloſum 8.
abominabitur Dominus.

Ego

Cod. intellege: *& ita ubique.*

(3) In Ed Vat. v. 5. post οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς, reliqua uſque ad Οὕτως ἐρεῖτε αὐτοῖς, deſiderantur.	Cod. Chiſ. οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς. ※. Πόθεν ὥσπερ σὺ Κύριε; μέγας εἶ σύ. ※. καὶ. ※. μέγα τὸ ὄνομά σου ἐν δυνάμει. ※. τίς οὐ μὴ φοβηθήσεταί σε. ※. * βασιλεῦ τῶν ἐθνῶν; ὅτι σοὶ ἀνῆ. ※. κεν· ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς σοφοῖς. ※. τῶν ἐθνῶν· καὶ ἐν πᾶσι τοῖς. ※. βασιλεῦσιν αὐτῶν, πόθεν ὥσπερ σὺ Κύριε; ※. καὶ εἰς ἅπαξ ἐγκατί. ※. σονται, καὶ ἀσθενήσουσι καρ. ※. δίαι ματαίων ξύλον ἐστὶν ἀργύ. ※. ριον ἐλατὸν ἐκ Θαρσεῖς φερόμενον. ※. καὶ χρυσίον ἐξ Ου-

* Lege: βασιλεῦ.

ξ' Οὐφάζ. ※. ἔργα τέκτονος, καὶ χειρὰς χρυ. ※. σοχόυ, ὑάκινθος καὶ πορφύρα τὸ ἔνδυμα αὐτῶν. ※. ἔργα σοφων. ※. πάντα, ὁ δὲ Κύριος, Θεὸς ἀληθινός ἐστι, ※. Θεὸς ζῶν, καὶ βασιλεὺς αἰώνιος. ※. Ἀπὸ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ. ※. σαλευθήσεται ἡ γῆ, καὶ οὐχ ὑ. ※. ποίσουσιν ἔθνη τὴν ὀργὴν αὐτοῦ, Οὕτως ἐρεῖτε αὐτοῖς. In Comp. & apud Theodor. hæc habentur. Οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι κύριε, μέγας εἶ σύ, καὶ μέγα τὸ ὄνομά σου ἐν τῇ ἰσχύϊ. τίς οὐ φοβηθήσεταί σε βασιλεῦ ἐθνῶν; σοὶ γὰρ πρέπει, ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς σοφοῖς τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐν πάσαις ταῖς βασιλείαις αὐτῶν, οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι. ἅμα (hæc poſtrema pars a Theodoreto ſignificatur, non exprimitur) ἄφρονες καὶ ἀνόητοί εἰσι. διδασκαλία ματαίων αὐτῶν ξύλον ἐστίν. Hebr. מאין כמוך יהוה גדול אתה וגדול שמך בגבורה מי לא יראך מלך הגוים כי לך יאתה כי בכל חכמי הגוים ובכל מלכותם מאין כמוך ובאחת יבערו ויכסלו מוסר הבלים עץ הוא כסף מרקע מתרשיש יובא וזהב מאופז מעשה חרש וידי צורף תכלת וארגמן לבושם מעשה חכמים כלם ויהוה אלהים אמת הוא אלהים חיים ומלך עולם מקצפו תרעש הארץ ולא יכלו גוים זעמו. Vulg. *Non eſt ſimilis tui, Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, o Rex Gentium? tuum eſt enim decus: inter cunctos ſapientes Gentium, & in univerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tui. Pariter inſipientes, & fatui probabuntur: doctrina vanitatis eorum lignum eſt. Argentum involutum de Tharſis affertur, & aurum de Ophaz: Opus artificis, & manus ærarii: hyacinthus, & purpura indumentum eorum, opus artificum univerſa hæc. Dominus autem Deus verus eſt: ipſe Deus vivens, & rex ſempiternus, ab indignatione ejus commovebitur terra: & non ſuſtinebunt Gentes comminationem ejus.*

Cod. Chiſ. οὐρανοῦ. ※. εἰς φωνὴν δόντος αὐτοῦ, ‖ πλῆθος. Hebr. שמים לקול תתו המון. Vulg. *Cælos. Ad vocem ſuam dat multitudinem.*

Cod. Chiſ. αὐτός. ※. ἐστι, καὶ Ἰσραὴλ, ‖ ῥάβδος κληρονομίας αὐτοῦ. Comp. αὐτός ἐστιν, καὶ Ἰσραὴλ ῥάβδος Orig A. καὶ Θ. αὐτός ἐστι, καὶ Ἰσραὴλ ῥάβδος κληρονομίας αὐτοῦ. Hebr. הוא וישראל שבט נחלתו. Vulg *ipſe eſt: & Iſraël virga hæreditatis ejus.*

Cod. Chiſ. Κύριος τῶν δυνάμεων ὄνομα αὐτῷ. Comp. Κύριος δυνάμεων. Hebr. יהוה צבאות שמו. Vulg. *Dominus exercituum nomen illi.*

Cod. Chiſ. θλίψω, καὶ ἐκθλίψω αὐτούς, ὅπως. Ald. Comp. θλίψω, καὶ ἐκθλίψω αὐτούς.

Cod. Chiſ. σκηνή μου. Hebr אהלי. Vulg. *Tabernaculum meum.*

Cod. Chiſ. δέῤῥεις μου. Hebr. מיתרי Vulg *funiculi mei.*

Cod. Chiſ. ἡ νομὴ αὐτῶν, καὶ. Hebr. מרעיתם. Vulg. *grex eorum.*

Cod. Chiſ. ἐν θυμῷ σου. Hebr. באפך Vulg. *in furore tuo.*

Cod. Chiſ. αὐτόν. ※. καὶ συνετέλεσαν αὐτόν. ‖ καὶ τὴν νομὴν αὐτοῦ. Hebr. ויכלהו. Vulg. *& conſumpſerunt illum.*

(4) Ed. Vat. v. 13. οὐρανόν, Καὶ πλῆθος.
(5) Ed. Vatic. v. 16. αὐτὸς κληρονομία αὐτοῦ.
(6) Ed. Vat. ibidem. Κύριος ὄνομα αὐτῷ.
(7) Ed. Vatic. v. 18. θλίψω, ὅπως.
(8) Ed. Vat. v. 20. σκηνή σου.
(9) Ed. Vat. ibid. δέῤῥεις σου.
(10) Ed. Vat. v. 21. ἡ νομή, καὶ.
(12) Ed. Vat. v. 24. ἐν θυμῷ.
(13) Ed. Vat. v. 25. αὐτόν, καὶ τὴν νομὴν αὐτοῦ.

Quoniam, Præſul Doctiſſime, in omnibus rebus melius putatur aliquam partem, quàm nullam attingere, volui vel unius Capitis collationem inſignis Codicis Chiſii, & Vaticani ſitienti doctorum virorum ori (antequam Secunda noſtrarum *Vindiciarum* &c. Pars edatur in lucem) in præſentia propinare: ex qua cum hæretici miram in Vulgata & Hexaplari Editione conſenſionem eſſe cognoverint, non poterunt dubitare, quin eadem Verſio Vulgata pro authentica habenda ſit. Attamen, ſi forte venient contra dicentes, eos equidem non ego deſpiciam, ſed doctiſſimus quiſque contemnet; ajetque ipſis veritatem Sacrarum Scripturarum temerario auſu nimiùm perſcrutari volentibus accidiſſe, quod curioſis omnibus uſu venire ſolet, qui, ſpreto Apoſtoli monito, acribus oculis Solem dum intueri conantur, aſpectum omnino amittunt. Hæreticorum mentis acies ſe ipſam intuens, hebeſcit, ob eamque cauſam veritatis lumen offunditur tenebris plagæ Ægyptiacæ comparandis. Magnum etiam temporibus S. Hieronymi uſum habuit Verſio LXX. Interpretum Hexaplaris, ad Codicis Hebræi σφάλματα corrigenda. Et ſexcenta occurrunt loca, in quibus hodiernam lectionem Textûs Hebraici, ad illam Græcorum Interpretum exigi oportere, vel ipſis hæreticorum Ducibus perſuaſum videtur. Zuinglium audiamus Præfatione in Eſaiam: *Contra verò* (inquit) *infiniti ſunt loci, quibus manifeſtè deprehenditur LXX. & aliter, & melius tum legiſſe, tum diſtinxiſſe, quàm Rabbini poſtea vel legerint, vel diſtinxerint*. Quare Lambertus Bos in Prolegome-

gomenis Editionis Veteris Teſtamenti ex Verſione LXX. Interpretum ſecundùm Exemplar Vaticanum, cap. 1. quamplura allegat loca Textûs Hebræi, in quibus Græcorum Interpretum lectio eſt præferenda.

Placet nunc, Vir Cl. indicem conſtituere præcipuarum Editionum, ad quas Codex Chiſianus, aliaque Hexaplorum fragmenta exigentur in II. Parte noſtrarum *Vindiciarum* Latinæ Vulgatæ Verſionis. Sunt autem iſtæ:

Editio *Complutenſis*, è multis Exemplaribus Mss. concinnata ſtudio Demetrii Cretenſis, Ferd. Pintiani, Lopes Stunicæ, Franciſci Vergara, aliorumque, & in Polyglottis Complutenſibus evulgata, operâ Card. Franciſci Ximenii, an. 1515.

Aldina, Venetiis an. 1518. ab Aldo Manutio ex antiquis Codicibus undique accitis edita, curâ Andreæ Aſulani.

Romana, juſſu atque auctoritate Sixti V. Pontificis Max. curante præcipuè Doctiſſimo Cardinale Antonio Carafa, typis excuſſa Romæ anno 1587. nitidiſſimis characteribus, ad quorum inſtar Vir humaniſſimus & mihi maximè carus Hieronymus Mainardus typographus nominandus, novas Græcorum typorum formas parat, ut Editioni noſtræ Hexaplarium fragmentorum pro meritis ac dignitate conſulatur.

Romanam ſequuta eſt primò *Pariſienſis*, an. 1628. edita ſtudio & curâ Jo. Morini, deinde *Londinenſis* in Polyglottis Briani VValtoni, an. 1657. Ad hæc, alia Londinenſis minore formâ anno 1653. Verùm, ut inquit idem Lambertus Bos, (cujus Prolegomenis onere levati ſumus) hæc Editio neutiquam ſuo reſpondet titulo. Præfert enim titulus, *accuratiſſimè, & ad amuſſim recuſum eſſe* hunc librum *ad Exemplar Vaticanum Romæ editum:* ſed multum, mihi crede, recedit a Romana Editione.

Viſum eſt etiam hic eas omnes lectiones ſubjicere antiquiſſimi Codicis Alexandrini, quæ Chiſiano Exemplari mirificè ſuffragantur; quoniam illum inter, & Vaticanum magnus reperitur conſenſus, licèt aliquando differant, & quidem præcipuè in Libris *Joſuæ*, *Judicum*, III. *Regum*, & *Jobi*. Demum, ne quid noſtræ deſit Editioni, anecdota Hexaplorum fragmenta, quæ edentur in lucem, ſummo ſtudio erunt exacta ad Hebraicam Veritatem. Item ad edita, & Mss. Exemplaria τῶν ο', & Vulg. Latinæ Verſionis; nec non ad Fragmenta Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, quibus omnibus etiam Lambertus Bos Editionem ſuam Veteris Teſtamenti ex Verſione Septuaginta Interpretum illuſtravit.

Et ne quis hæreat in notis & literis, quas inveniet in Adnotationibus, earum Explicationem ex tabula, quam ipſe confecit, quamque nos κατὰ πόδας ſequuti ſumus, hic dabo.

Ms. A. vel *Alex.*	notat	Codicem Alexandrinum Manuſcriptum.
Ald.		Editionem Aldinam.
Aq. vel *A.*		Aquilæ Verſionem.
a. l.		alium librum.
aa. ll.		alios libros.
Arab.		Exemplar Arabicum.
Barb. vel *B.*		Bibliothecæ Barberinæ Manuſcriptum.
Cant.		Manuſcriptum Cantabrigienſem.
Cot.		Manuſcriptum Cottonianum.
οἱ Δ.		In ſcholiis ad Eſaiam quid notet, incertum eſt. Hodius deſignari putat τὰς LXX. juxta Tetrapla, vel Διόδωρον aliquem.
ΔΔ.		In ſcholiis ad Habacuc hac nota deſignari putat Hodius Diodori Tarſenſis Commentarios.

ε.	Quintam Editionem, ſecundùm Epiphanium, quæ Jerichuntæ ab Origene reperta eſt in dolio ſub Caracalla Imp.
Fr. vel Franc.	Francofurtenſem Editionem.
οἱ Γ.	Tres Interpretes, qui Theodoreto οἱ τρεῖς dicti; per quos forte tres Editiones Euſebii, Luciani, & Heſychii denotantur. Nonnullis videntur ſignificari Aquila, Symmachus, & Theodotion.
λ.	Luciani Editionem in Cod. Barberino [illegible]
M. vel March.	Marchali Manuſcriptum.
O. vel Ox.	Oxonienſem Manuſcriptum.
οἱ Ο.	LXX. Interpretes
Ω.	Origenem.
P.	Procopii Commentarium.
Π	Pamphilum, juxta Carterium in Præfatione; ſed Hodio potius denotare videtur Editionem Πενταϲελίδα, quia alibi occurrit οἱ Π κατὰ Φ.
Sar.	Claudii Sarravii Manuſcriptum.
Sym. vel S. vel Σ.	Symmachi Verſionem.
Syr.	Codicem Syriacum.
Th. vel Θ.	Theodotionis Verſionem.
τόμος,	Sectionem Adnotationum Origenicarum ad Eſaiam.
ε.	Quintam Editionem.
VI.	Sextam Editionem ſub Alexandro Mammææ Nicopoli inventam.

Recitavi Tabulam Mss. Codicum, & Editionum; de quibus nunc, ut breviſſimè dici poterat, ſic a me ſcriptum eſt. Fuſiori calamo id agetur Parte II. harum *Vindiciarum*, in Diſſertatione Hiſtorica Generali *de Hexaplis Origenianis*, quorum ego naturam conatus ſum, artemque tradere, multa, & varia, & diuturna lectione. Quoniam verò nonnulli eruditi Viri ante illud tempus omnem ordinem diſponendarum rerum, ac variantium lectionum methodum a me quæſiverunt; ut poſſint de univerſa Chiſiani Voluminis Editione exiſtimare, operæ pretium erit id agere, ut hic ineundæ rationis quædam quaſi monita tradamus, quibus perſpectis, nihil erit quod ipſos effugiat, nihilque amplius quod ad ſciendum requirant. Igitur, ut ſi cui aurum, quod eſſet alio permixtum metallo, argentarius faber commonſtrare vellet, ſatis eſſet ei, ſi lydio lapide ſigna & notas oſtenderet differentiarum, quibus cognitis, id quod ille quæreret, nullo errore inveniret; ita Chiſianum exemplar cum Vaticano collatum Origenis additamenta ſub aſteriſcis poſita quærenti demonſtrabit, ubi ſint; eaque ſine ullo labore in Sixtina Editione, cum Morino Lector diceſſe concludet: de qua, quoniam plura multo nonnulli ſcripſerunt, aut odio, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quam veritate, audi Præſul Doctiſſime, Lambertum Bos (quamvis è partibus Hæreticorum) qui integer judex exiſtens, Vaticani Codicis defenſionem in multiplici genere probationum; ita repoſuit (cap. 2. Prolegomenorum *Veteris Teſtamenti ex Verſione LXX. Interpretum ſecundùm Vaticanum Exemplar*) ut in poſſeſſione Card. Caraſæ judicii, atque in Morini defenſione ejuſdem Codicis cauſa tandem aliquando conſtitiſſe videatur. Ipſe igitur, & actor alienæ perſonæ, & auctor ſuæ, rem prima ab origine narrans, hæc recitato capi-

te li-

te literis conſignavit. Romana (Editio LXX. Interpretum) Auctoritate Sixti V. Pontificis, curante præcipuè Cardinali Antonio Carafa, in lucem prodiit Romæ anno 1587. typis nitidiſſimis. Scilicet Sixtus V. Pontifex, cum Cardinalis adhuc eſſet, indignè ferens Verſionem Græcam Bibliorum in Eccleſia Latina prorſus jacere atque negligi: præterea animadvertens, infinita penè loca non eodem modo ab antiquis ſacris Scriptoribus afferri, quo in vulgatis Bibliorum Græcis editionibus circumferrentur, omni cogitatione ferebatur ad edendum Verſionem Græcam puriorem, quæ ad fidem probatiſſimorum Codicum emendaretur. Quam ſuam cogitationem quum aperuiſſet Gregorio XIII. Pontifici, is rem Eccleſiæ apprime utilem, ſibique honorificam fore ratus, Antonio Carafæ Cardinali, poſtea Bibliothecæ Vaticanæ Præfecto, viro longè eruditiſſimo, dat negotium, ut huic rei diligenter navaret operam. Hic illico antiquos Codices manuſcriptos optimæ notæ, qui erant in celebrioribus Italiæ Bibliothecis, magno cum ſtudio conquirit, viros Græci, Latinique ſermonis peritiſſimos convocat, quibuſcum operi manus admovet: varia Manuſcripta inter ſe conferunt, varias Lectiones excerpunt, quas præter Textum cum ſcriptis Patrum comparant, & quæ notari digna erant, in ſcholiis capitibus ſingulis ſubtexunt: præ ceteris Exemplaribus Vaticanum erat venerandæ antiquitatis, caracteribus majoribus deſcriptum, (uti ſtatuunt) * ante Hieronymi tempora. Is liber ſolus inſcribebatur, κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα.

* Vide præfationem Editioni Romanæ præfixam.

Habebant quoque duos alios Veteres Codices, ſed priore multò recentiores. Alter erat *Venetus* è Cardinalis Beſſarionis Bibliotheca majuſculis etiam literis exaratus, alter è Magna Græcia allatus. Hunc inter, & *Vaticanum* tantus erat conſenſus, ut ex eodem archetypo deſcriptus crederetur. Præterea, multum ad illam editionem contulerunt Codices è Bibliotheca Medicea Florentiæ collati, qui pluribus in locis *Vaticani* Codicis Lectiones, aut confirmabant, aut illuſtrabant. Sed, ut ajunt docti illi Viri, Libri *Vaticani* bonitas, non tam ex horum Codicum conſenſu perſpecta eſt, quàm ex iis locis, quæ partim adducuntur, partim explicantur ab antiquis ſacris Scriptoribus, qui fere nuſquam hujus Exemplaris Lectiones non exhibent. Ita ſe res habet. Plurima loca a Patribus antiquiſſimis adducta ipſemet contuli cum Editione *Romana*, & cum illa maximè convenire deprehendi. Clemens Romanus in epiſtola ad Corinthios plurima longiora teſtimonia ex Veteri Fœdere citat, quæ cum Romana Editione maximè conſentiunt. Theodotus aliquando plures verſus ex uno capite citat, qui ad verbum huic reſpondent Editioni; imo integrum pene Pſalmum 18. adducit, cujus verba eadem prorſus ſunt cum Editione Romana. Idem dicendum de Clemente Alexandrino, Juſtino Martyre, Cyrillo, & aliis. Sæpè tamen Patres illi memoriter citarunt loca Veteris Fœderis; & dictionem non eandem, ſed æquivalentem adhibuerunt, ſenſumque expreſſerunt, non ipſiſſima Interpretum verba. Quod apud Clementem Romanum, præſertim in brevioribus teſtimoniis, & apud Juſtinum Martyrem frequentius reperies. Præter Patres, multa etiam apud Philonem Judæum allegata reperiuntur teſtimonia; quorum plurima cum Editione Romana contuli, quæ in pleriſque cum ea concinere comperi; eorum ſpecimen hic exhibere poſſem, niſi brevitati ſtudendum eſſet.

Sed *Romanæ* Editionis præſtantia adſtrui quoque poteſt aliis argumentis, petitis ſcilicet ab Aſteriſcis, Obeliſque Origenianis, & a Tranſpoſitionibus; uti factum a Morino.

Quod ad Aſteriſcos attinet, hoc eſt hujuſmodi voces & periodos, quas apud Septuaginta non haberi docent Patres, ſed quæ ſub Aſteriſco ab Origene additæ ſunt ex Hebræo, oſtendit jam variis exemplis doctiſſimus Morinus hujuſmodi loca, quæ Veteres Aſteriſco notata eſſe dixerunt in Editione Romana deeſſe.

V.G. III.Re-

Romana Editione finis capitis XXV. eſt in Hebræo, & Vulgata ad finem capitis XLIX. Caput XXVI. Romanæ Editionis eſt in Hebræo, & Vulgata XLVI. & ſic in cæteris. Hunc vero ordinem eſſe LXX. Interpretum teſtantur vetuſtiſſima Exemplaria, quibus uſi ſunt Editores Romani, ſed maxime præſtantiſſimum illud exemplar Rupifucaldii, immo ipſe Origenes ad Africanum.

Quoniam igitur Viri illi Docti, qui Editionem Romanam procurarunt, eam in Codice Vaticano præ omnibus aliis præſtantiam perſpiciebant, viſum eſt illis omnibus, in edendo textu Græco hunc ſolum Codicem accuratiſſime ſequi, niſi ubi manifeſtus eſſet librarii lapſus. Tunc ex aliorum Codicum conſenſu mendum ſuſtulerunt.

Deerant in hoc Exemplari libri Machabæorum, & capita prima LXVI. Geneſis, & a Pſalmo CV, uſque ad CXXXVIII. (membranæ enim ibi nimia vetuſtate conſumptæ erant:) in illis ſequuti ſunt in primis alios duos libros, *Venetum* alterum, alterum ex *Magna Græcia* advectum.

Hanc editionem ſummopere laudat Morinus: *Habes*, inquit, *in illa Romana Editione Divinam illam LXX. Interpretum Editionem, translationem quod fieri poteſt, ab omnibus mendis & irreptionibus caſtigatam, & puram, priſtinoque nitori, & integritati redditam*. VValtonus pariter: *Editionem hanc omnium, quæ extant, maximè ſinceram judicat, licet ex omni parte perfectam eſſe* aſſerere non audeat.

Hæc Lambertus Bos, cujus verbis de Codice Vaticano finem ſcribendi faciam. Editoris erat, conſilium explicare ſuum de tota ineunda ratione & auctoritate probare, quare Sixtina Editio ad Chiſianum exemplar præ cæteris exigatur. Ipſa enim præſtantiſſima omnium haberi debet, atque eſt etiam in Hæreticorum laudatione præclara: de qua, Præſul Doctiſſime, libitum fuit mihi paulo plura, quàm oſtenderam, dicere; ut hoc unuſquiſque videret, ſi additamenta facta ſunt ab Origene in Translatione τῶν ο', eorundem cognitionem (ſine quibus perfecta notitia Hebraicæ Veritatis haberi non poteſt) eſſe a Codicibus Hexaplaribus repetendam; in quibus, quoniam additamenta ex aſteriſcorum indiciis quærenda eſſe perſpicuum eſt, ſimul illud ante oculos poſitum fore confido; Exemplar Vaticanum præſervaſſe nobis incolumem, & puram putamque Veterem illam LXX. Interpretum Editionem, quæ Apoſtolico Ævo ubique moribus recipiebatur: namque ea omnia, quæ ſub aſteriſcis ſunt in inſigni Volumine Chiſiano, fere ſemper in Sixtina Editione deeſſe; contra verò, quæ obelis verubuſque confixit Origenes, in eadem conſtantiſſime legi, haberique cognovi.

Demum antequam tollatur manus è tabula, qui ſit futurus Intelligentiæ fructus, quanta utilitas, quanta vis, nunc attineret dicere; ſed, quoniam ad Virum Sapientiſſimum ſcribo, nolo epiſtolam facere longiorem. Illud tantùm non ſilebo, magno ab Editione noſtrâ levari errore, atque admiratione liberari Hæreticos omnes, qui ſemper conqueri ſolent, atque a Noſtris expoſtulant, unde orta ſit illa, quæ apparet non levis aliquando, diverſitas Codicis Vaticani, & hodiernæ Vulgatæ Verſionis. Non eſt alia cauſa, niſi quòd S. Hieronymi ſecunda Latina Translatio ab illo Hebraico fonte, qui puriſſimus erat in Hexaplis, & cum Origeniana Editione τῶν ο' aſteriſcis, obeliſque notatâ mirificè concordabat, in ſinum Catholicæ Eccleſiæ dimanavit. Sed deploranda eſt orbitas Hæreticorum, qui plus ſibi videre videntur, quàm quantum obcæcata mentis acies intueri poſſit. Avulſi a Fide, nullo Sanctæ Religionis vinculo continentur; & ab iis, quibus perſpecta non eſt vis Apoſtolicæ Traditionis, mirus ille conſenſus cum fontibus primitivis, concentuſque, qui reperitur in noſtra Vulgata Verſione, negatur, impugnaturque, & hodierno tantùm Hebræorum Codici aſſeritur intacta Verbi Divini præſervatio.

Quoniam verò hæc major eſſe cauſa videtur, quàm ut hominum, qui jacent in tenebris, poſſit ſenſu atque cogitatione ſine prolixa Diſſertatione comprehendi, hic tantùm innuiſſe ſufficiat, non rivis eſſe diductam, ſed fontibus puriſſimis atque ſignatis Hieronymianam, qua utimur, Tranſlationem. Hanc tamen Calvini, & Luteri infelix ſoboles, oppreſſa falſis dogmatibus Patrum hæreticorum, non ſolùm amplecti detrectat, ſed etiam mire vitiatam eſſe blaſphemat. Quare nunc ſuſcipiam epiſtolâ meâ tibi narrare, in quibus erroribus turpiter Heretici nominati verſentur, atque ſignificabo brevi, quæ me cauſa præſertim impulerit ad colligenda fragmenta, quæ ſuperant, Κοινῆς, Hexaplaris τῶν ό, duplicis Hieronymianæ, & Antiquæ Latinæ Italicæ Verſionis. Catholici, ſic noſti, ita comparati eſſe debent, ut, novis hæreticorum ſententiis, quaſi in aliquod religioſæ contentionis judicium vocentur. Igitur ego tota ſtipatus antiquitate in arenam deſcendo; atque, ut mea confutatione ipſorum veſtigiis inſiſtam preſſius, & Sacroſancto Concilio Tridentino inſultantes audaciâ reprimam, id totis viribus agam in reliquis hujus Operis Tomis, ut ad ſingula capita præcipuarum Controverſiarum reſpondeam explicatè, atque abundanter. Quod niſi præſtemus, nullam unquam rem ſcribendo expedire poſſumus. Sed, ut Hæreticorum blaſphema dogmata meliùs clariuſque noſcantur, ad meum munus, penſumque arbitratus ſum pertinere, ipſa ex authentico documento recitare, quod Vir Clariſſimus Theodorus Huſemann Herbipolenſis, pietate atque eruditione inſignis, mihi ſemel & iterum per literas communicavit, quæ hic publici juris faciam.

Admodum Rev. Patri Joſepho Blanchino, Theodorus Huſemann S. P. D.

Nullum in te officium videor poſſe præterire, in quo tacendo habeo cauſas plurimas, vel meæ Sacerdotalis erga Catholicam fidem obſervantiæ, vel tui erga me mutui amoris. Quare, cum tua conſilia edendi vetera Origenis, Itala, ac duplicis Hieronymianæ Verſionis quæ ſuperſunt fragmenta, mihi, dum Romæ agerem, utilitate pleniſſima viderentur, nunc hortatione te impellam, ut ſequaris id quod cœpiſti. Pſalterium a te editum in Anaſtaſio Bibliothecario ſecundùm Antiquam Latinam Italam Verſionem argumento Germaniæ fuit ſapientiæ, ac diligentiæ tuæ. Quare te non hortor ſolùm, mi Blanchine, ſed planè etiam oro, (id quod feci in literis ſæpè, quibus humaniſſimè reſpondiſti) ut tota mente, omnique animi conatu, in tanti Operis proſecutionem incumbas. Nihil eſt, quod Eccleſiæ majori fructu ac tibi gloriæ majori eſſe poſſit: nihilque ex omnibus rebus eſt præclarius, aut præſtantius, quàm de Catholica & Apoſtolica Romana fide benè mereri.

Tu ex Controverſiarum libris cognoſcere potes, quæ ſint Hæreticorum hodiè de noſtra Vulgata Editione judicia; ſed, iſto authentico documento Jenenſis Facultatis, quod hic ſubjicio, liquidiùs de toto ſenſu eorundem hæreticorum judicabis. Quando ego præcipuas Academias Germaniæ perluſtrabam, a prædicta Facultate Jenenſi in Saxonia ad Quæſtiones XXVII. quæ præcipua Religionis capita complectebantur, feci, ut mihi in forma, ut ajunt, authentica reſponderent. Ejuſdem reſponſi particulam, quæ pertinet ad noſtram Vulgatam, tecum communico; ut in confutatione, quo progredi debeas, magis habeas exploratum. In tuo prælio, non fortuna, ſed nuda veritas diſceptabit; & vel ſolâ famâ, quæ de tua Editione percrebuit, magnam apud Catholicos es laudem conſequutus. Perge ergo: quod ſi erit factum, & Chriſtianam Remp. ſummo beneficio afficies, & ipſe æternam gloriam promereberis. Vale.

Herbipoli die 29. Auguſti 1738.

Quæſtio I. Confeſſioni Auguſtanæ addicti an aliquot, & quot Bibliorum libros V. & N. Teſtamenti cenſeant Apocryphos, & cur?

Reſp. Nos, Auguſtanam Confeſſionem amplectentes omnes illos Veteris Novique Teſtamenti libros, Sacro Bibliorum volumine comprehenſos, cenſemus θεοπνεύστους & Canonicos, qui in Veteri Teſtamento Hebraico, ex parte etiam Chaldaico idiomate primitùs ſunt exarati, a viris θεοπνεύστοις Eccleſiæ ad fidelem cuſtodiam commendati, adeoque in Canonem recepti, ut ſint perpetua credendorum, agendorumque norma, ad quam ſe conformarent Salvandi. Pariter in Novo Teſtamento omnes eos, qui Græco idiomate primitùs perſcripti ab Apoſtolis, & viris θεοπνεύστοις Eccleſiæ concrediti, ut ſecundùm eos doctrinam & vitam inſtruerent Salvandi, quique hunc in finem recepti, & in Canonem relati fuerant, cujuſmodi ſunt, quotquot codice Bibliorum Novi Teſtamenti Græco idiomate comprehenduntur, nequidem eâ, quæ Hebræis inſcribitur, Jacobi quoque, duabus Petri, tribus Joannis, ac unâ Judæ Epiſtolis, itemque Apocalypſi Joannea, exceptis; hos omnes atque ſingulos θεοπνεύστους atque Canonicos habemus ob animadverſa in iis criteria θεοπνευστίας & authoritatis Canonicæ. Rejicimus verò omnes alios, nominatim in Veteri Teſtamento obvios per Vulgatam Latinam Verſionem, qui aut nunquam in Hebræo aut Chaldaico idiomate proſtiterunt, aut minimùm hodie non amplius ſuperſunt, quoſque Eccleſia Judaica, cui per Rom. 3. V. 2. concredita ſunt Dei verba, non adoptavit in Canonem, Chriſtus & Apoſtoli in roboranda fide, & formanda vita, Deo accepta, non adferunt, quique in variis partibus contradicunt indubitato θεοπνεύστοις & Canonicis Scripturis; tales Libri a nobis rejecti ſunt, liber Judith, Sapientiæ, Tobiæ, Siracidis, filii Jeſu, Baruchi, uterque Machabæorum, fragmenta Eſtheræ, quæ annectuntur in Vulgata Verſione Latina ultra decem capita hebraicè concepta, uti extant in ſacro Veteris Teſtamenti Codice; Hiſtoriam item Suſannæ, Belis Babylonici, & Draconis, Orationem Aſariæ, Canticum trium, ut dicuntur, puerorum in fornace ardente, Orationem Manaſſis. Spurios enim hos, & minimè θεοπνεύστους, ſed potius ἀνθρωπίνους eſſe, produnt innumera τεκμήρια in iiſdem obvia documenta, quæ ſigillatim nunc adducere, longum foret; peti illa poterunt ex Rainoldi cenſura librorum apocryphorum, Johannis Gerhardi Exegeſi locorum quorundam theologicorum, loci primi de Scriptura ſacra &c. quæ in compendium miſit Heideggerus in Enchiridio Biblico lib. 2. toto per integra 20. capita.

IV. Quæſt. An, & quas exceptiones contra Concilium Tridentinum præcipuè obmoveant; & cur ad illud vocati, pleniſſimaque per ſalvos conductus ſecuritate præmoniti, non comparuerint, nec cauſam ſuam diſcutiendam propoſuerint?

Reſp. In Concilio Tridentino deſideramus potiſſimùm, quòd (et) Vulgatam Verſionem in authenticæ thronum evexerit, Decreto ſecundo quartæ Seſſionis, adeo ut anathemate feriat eos, qui non ſuſcipiant libros integros, prout in Veteri Vulgata Latina Editione habentur pro ſacris & Canonicis, Seſſ. 4. Decreto de Canonicis Scripturis, & Traditionibus ſub fine. Quum tot ſcateat vitiis Vetus Vulgata Latina Verſio, quot ſunt muſcæ in æſtate; unum taceo maximum, V. G. Gen. 3. V. 15. ipſa conteret caput ſerpentis. Item 1. Petr. 2. V. 23. Deum, quem ſimulac judicantem ſiſtit divus Petrus, facit injuſtè judicantem; taceo non ſententias, ſed vel ſententias millena alia.

Notandum &c. Hucuſque extracta ſunt data Jenæ 1735. die 27. Auguſti: Sed cum declarationem uberiorem ego peterem ſuper aliquot reſponſionibus datis, hanc etiam dederunt, & addiderunt quod ſequitur ſub die 5. Septembris 1735.

In reſolutione Quæſt. I. quod ſcripſimus libris V. T. apocryphis accenſeri etiam, quæ, Ezræ annectuntur in Vulgata Verſione Latina ultra decem capita in Codice Hebræo obvia, quum iſtiuſmodi additamenta non reperiantur in Verſione Latina, ſed potius duo Ezræ libri. Reſp. Et nos agnoſcere duos Ezræ libros

Cano-

Canonicos, quorum alter Nehemiæ inſcribitur hebraice: additamenta verò Ezræ, quæ per feſtinationem ſcripta ſunt, eſſe debere Eſtheræ, quæ ultra decem capita, anneċtuntur in Verſione Vulgata, quæ nos æque rejicimus, ac tertium quartumve Ezræ librum, quos lectori præfert Vulg. Lat., ab ipſomet Sixto V. Pontifice Romano rejectos, qui 1589. ambos Tertium & Quartum in ſuâ, editioni Romanæ & reviſæ & correctæ præfixâ, Bulla, exploſit unà cum Tertio Machabæorum.

Tenendumque hoc inſuper, quod tam Sixtus V. Pontifex loco ante dicto, quàm deinde 1592. Clemens VIII. itidem Summus Pontifex correxerint Vulgatum Interpretem, in αὐθεντίας *thronum a Concilio Tridentino jam ante 22. annos evectum: & tam ambo decretum Concilii Tridentini apertè everterint, quàm ambo ſibi contradicant, unus alterius mutationes corrigens, atque reprehendens; ſancienſque, ut cujuſvis emendationes ſub anathematis fulmine admittantur, ut ut à Concilii Tridentini probata Editione ambæ illorum diſcedant longiſſime. Commendamus hanc in rem Thomæ Jameſii bellum Papale, quod Londini 1600. in 4. evulgavit, quippe quo utramque, Sixtinam videlicet & Clementinam, vulgati Interpretis emendationem is inter ſe contulit. Ita Academiæ Jenenſis Facultas Theologica.*

Hæc, quæ ſcripta ſunt ſupra, eò ſpectant, ut cognoſcas præcipua capita falſorum Dogmatum Hæreticorum; in quibus delendis ego nullam ſollicitudinem, curam, diligentiamque prætermittam. Reliqua ſunt, quæ pertinent ad ſingulorum Voluminum Appendices. Gratiſſimum mihi facies, Præſul Doctiſſime, ſi tu, quid optimum tibi videbitur pro tua ſingulari prudentia, ſignificaveris. Ego enim, quoniam ex præcipuis Bibliothecis exſcripſi non pauca Divinarum Scripturarum Commentaria a SS. Patribus concinnata, quæ nondum lucem viderunt, putavi rem gratam Chriſtianæ Reipublicæ me facturum, ſi unicuique Tomo *Vindiciarum Latinæ Vulgatæ Editionis* iſthæc accederent, ac ederentur in lucem. Quare, ut de coronide hujus Tomi, qui continebit Chiſianum Exemplar, aliaque Hexaplorum fragmenta, paucis ſummatimque conſcribam, maxima lætitia afficieris, cum audies, Illuſtriſſimum ac Reverendiſſimum Præſulem Nicolaum Antonellum, cujus virtus, morum innocentia, atque ſingularis eruditio, Linguarumque peritia perſpecta & cognita Urbi eſt, inſigne monumentum, ceu ſymbolam noſtris epulis collaturum, multo auri argentique pondere carius. Ejus præcipua laus eſt, quæ ab Auctore proficiſcitur, ſcilicet a S. Athanaſio, cujus Enarrationem in Pſalmos græcè ſcriptam Barberinus Codex exhibet. Cl. Pompejum Compagnoni, de quo magnus ille Vir (Antiquitatis vindici ac tutelæ Grutero par) Ludovicus Abbas Muratorius multa ſcripſit inſignia, verborum lenociniis ne videar ſollicitare velle, ut denuo ab Excellentiſsimo Præneſtis Principe, & Barberinæ Domûs hærede, Julio Cæſare Sciarra Columna Codicem authographum impetret, hic nominaſſe ſufficiat. Neque tamen tantum mihi tribuo, ut præclaris doctorum virorum nominibus ullum addi incrementum putem meo ſuffragio; præſertim cum eorum laudibus parcere juſtus cogar, nominatim ab Illuſtriſſimo Antonello, qui Athanaſium illud Opus etiam latinum fecit, meoque ſecundo Volumini *Vindiciarum &c.* perhumaniter deſtinavit. Tibi non erit dubium, quin eam Enarrationem Eruditi Viri cunctis ſuffragiis tanquam genuinum Opus declaraturi ſint; tamen, ne ego exiſtimationis ejus procurationem ſine auctoritate ſuſcepiſſe videar, recitabo ea, quæ idem Cl. Præſul in Præfatione Opuſculo præmittendâ literis conſignavit.

„ Inter alios (inquit) pretioſos Codices, quos Barberina Bibliotheca ſervat,
„ exſtat Codex Græcus ea forma, quam in quarto vocant, chartaceus, non cal-
„ ligraphia, ſeu characteris pulchritudine, qui recens & informis eſt, ſed re,
„ quam continet, præſtantiſsimus. Etenim eo continetur Interpretatio Græca

„ Pſal-

„ Pſalmorum Sanctiſſimi Patris, atque Archiepiſcopi Alexandrini Athanaſii.
„ Codex apographus, eſt deſcriptus ab Andrea Scotto, ſeu potius ab ejus ama-
„ nuenſi ex altero Codice Bibliothecæ Auguſtanæ. Hunc Codicem fuiſſe exi-
„ ſtimo Lucæ Holſtenii (qui hæredem ex aſſe inſtituit Clariſſimum Cardinalem
„ Franciſcum Barberinum Seniorem) & ex ejus hæreditate in Barberinam
„ Bibliothecam tranſlatum eſſe. Doctiſſimns autem Vir Holſtenius, ſeu ipſe,
„ Andræas Scottus, ſingulis paginis Græcæ interpretationis, paginam Pſalterii Græ-
„ co-Latini inſeruit; adeo ut unicuique Pſalmo, Græca Sanctiſſimi Epiſcopi in-
„ terpretatio è regione ſeu adversâ facie poſita, reſpondeat. Præterea idem
„ Eruditiſſimus vir Holſtenius principio Codicis brevem Præfatiunculam lati-
„ nam, & inſcriptionem, libro, cùm in publicum (nt puto) ederetur, præpo-
„ nendam adſcripſit. Utramque hic exhibebo. Præfatio talis eſt.

Lectori ſal. Lucas Holſtenius.

Scripſerunt, ut nemini hodie ignotum, ex antiquioribus Patribus, in Davidis Pſalterium commentarios eruditos plurimi, in Catenâ Græcorum Patrum ſingulariter enumerati. In primis Origenes, & Euſebius Ceſareæ Paleſtinæ Epiſc. mox Theodorus Heracleotes: item Aſterius Scythopolita; item Apollinaris Laodicenſis, verſibus, credo, heroicis, qui leguntur: denique Didymus Alexandrinus; ſed qui magnam interciderint partem. Tum vero maximè perſpicuè, & κατὰ πόδα, μετάφρασιν, quam nunc damus, S. Athanaſius conſcripſit. Sed in tenebris hactenus ſepulta jacuit, ac latuit, eruta nunc tandem, in lucemque revocata induſtriâ Andr. Scotti, Soc. Jeſu Preſbyteri, ex Auguſtanâ, verè Auguſtâ Bibliothecâ, unde, velut ex equo Trojano, boni multi exierunt Scriptores Græci, antea deliteſcentes; idque auſpiciis Viri illuſtris Marci Velſeri Reipub. Decemviri, & optimè de ſtudiis, Patriâque meriti, & operâ Davidis Heſch. Auguſtani, cui Appiani Illyrica, multaque Chryſoſtomi, Baſilii M., & Nyſſeni accepta referimus. Pſalmos etiam, hymnoſque Salomonis, græcè ad parentis Davidis, regii vatis, exemplum compoſitos, hinc habemus ab eodem revocatos in apertam lucem, qui & Photii Patriarchæ vaſtam dedit Scriptorum ab illo lectorum Bibliothecam, item de Patribus Sanctis quaſdam Baſilii epiſtolas, Verſioneſque meliores, item S Cyrilli γλαφυρὰ in Pentateuchum Moſis, & ἑορταςικὰς, ſeu Paſchales Sermones XXX., & S. Iſidori Peluſiotæ epiſtolas prope ſexcentas è Vaticana Pont. Max. Bibliotheca. Conſule itaque, mi Lector, boni hanc S. Athanaſii Pſalmorum ad verbum Interpretationem, & cum reliquis ejuſdem Sanctiſſimi Viri compara, ut partum legittimum, nimiſque diù in tenebris jacentem. Vale. „ Poſt hujuſmo-
„ di Præfationem, ſequitur inſcriptio quæ ita ſe habet:

Ἐις ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ	In Davidis Regis
ΠΡΟΦΗΤΟΥ ΚΑΙ	ac Prophætæ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ	Pſalmorum Librum
ΤΟΥ ΔΑΒΙΔ	S. Athanaſii *Archiepiſcopi Alexandrini*
Ἑρμηνεία τοῦ ἁγίου πατρὸς	Metaphraſis.
ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ.	

Eruta nunc primùm ex Auguſtanâ Bibliothecâ ab Andrea Scotto Soc. Jeſu.

„ Codex autem, quo uſus eſt Andræas Scottus, an Auguſtæ Vindelicorum
„ nunc exſtet, me latet. Illud certum eſt, in Catalogo Græcorum Codicum,
„ qui ſunt in Bibliotheca Reipublicæ Auguſtanæ Vindelicæ, quem in lucem edi-
„ dit David Hoeſchelius anno 1595., nullam mentionem fieri Commentarii
„ S. Athanaſii in Pſalmos. Neque etiam mihi compertum eſt, an Lucas Hol-
„ ſtenius, vel Andræas Scottus ante illum in animo haberet interpretationem,

„ ſeu potius translationem ſeu metaphraſin S. Athanaſii græcam dumtaxat;
„ an verò græcam, & latinam in lucem edere. Illud certum eſt, neque in laudato
„ Codice, neque in totâ Bibliothecâ Barberinâ Verſionem ullam Latinam exſtare.

Secundum Monumentum, quod me fugiebat, eratque primo loco noſtræ Appendicis nominandum, prodibit ex illo Inſigni Codice Chiſiano, cujus paulo ſupra caput integrum Jeremiæ tuos ante oculos repræſentavi. Inſcribitur: Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης. τῆς τῷ Δανιὴλ ὁράσεως καὶ τοῦ Ναβουχοδονόσωρ Ἐπιλύσεις ἐν ταυτῷ ἀμφοτέρων. Nempe, *Hippolyti Epiſcopi Romæ. Daniel, & Nabuchodonoſor Expoſitiones*. Hujus Expoſitionis, quæ tamquam deperdita plorabatur, meminit S. Hieronymus in Comment. in Danielem, cap. 9. & in lib. *de Viris Illuſtribus* num. 61. Photius quoque illam legerat, ut ipſe teſtatur Codice 202.

Tertium demum Opuſculum, quod Appendici proximè ſequentis Voluminis mearum *Vindiciarum* accedet, eſt *Expoſitio Sancti Epiphanii Epiſcopi Cyprii in Canticis Canticorum*. Hanc ego forte fortunâ reperi in triennali illa Bibliothecæ Vaticanæ perluſtratione, quam egi ſub auſpiciis Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Principis Augeli Cardinalis Quirini Viri undequaque Doctiſſimi, qui, & ſuorum inſignium Operum ſplendore, & mirificis totius Italiæ, ceterarumque florentium Provinciarum commendationibus celebratur. Diutius eam latere non patiar; & malo rudem editorem habere, quàm neminem.

S. Epiphanius Conſtantiæ in Cypro Epiſcopus, genere Palæſtinus, (de quo Antiquarius in titulo) ita deſcribitur a Sozomeno libro VI. Hiſt. Eccl. cap. 32.
„ Ex quorum numero (*loquitur de monachis Palæſtinis virtute ac pietate præ-*
„ *ſtantibus*) fuit Heſychas Hilarionis ſodalis, & Epiphanius, qui poſtea Sala-
„ minis in Cypro Epiſcopus fuit. Et Heſychas quidem in eodem, quo magiſter,
„ loco philoſophatus eſt. Epiphanius vero juxta Beſanduceum, vicum in terri-
„ torio Eleutheropolitano ſitum; ex quo ortus erat. Qui cum ab ineunte ado-
„ leſcentia a præſtantiſſimis monachis inſtitutus fuiſſet, ejuſque rei cauſâ diu-
„ tiſſimè moratus eſſet in Aegypto, in monaſtica philoſophia celeberrimus exſti-
„ tit, non apud Aegyptios ſolùm, & Palæſtinos, verùm etiam apud Cyprios,
„ apud quos (circa annum 368.) electus eſt, ut in Metropoli totius Inſulæ
„ Epiſcopatum adminiſtraret „. Vir fuit omnigenæ eruditionis, atque Hebraicè, Syriacè, Egyptiacè, Græcè, & Latinè doctus. Quare apud S. Hieronymum in Apologia I. adverſus Rufinum, itemque in ſecunda Πεντάγλωττος audit.

Sed ut tam facilè auctorem Latinæ Translationis teneamus, quàm ipſius *Expoſitionis* architectum, adeundus eſt Caſſiodorius, qui in libro Divinarum Lectionum Cap V. loquens de Expoſitoribus *Cantici Canticorum*, hæc literis conſignavit: *Poſt quos* (*ſcilicet Origenem, & Victorinum*) *EPIPHANIUS ANTISTES CYPRIUS totum librum* (Cantici Canticorum) *græco ſermone uno volumine ſub brevitate complexus eſt. Hunc NOS, ut alios, in Latinam linguam per amicum noſtrum virum diſertiſſimum EPIPHANIUM fecimus, Domino juvante, transferri.* Non opus eſt pluribus teſtimoniis, poteſtas ut ſit omnibus cognoſcendi S. Epiphanii Epiſcopi Cyprii Expoſitionem in Canticis Canticorum, hortatu Caſſiodorii, ab alio Epiphanio ex Græco in latinum ſermonem fuiſſe translatam. Majus opus videtur mihi de ſecundo iſto Epiphanio ſcribere, de quo nunc pauca cognoſcendi ſtudio adductus requiram. Sed ante nonnulla de Codice, qui eſt ſignatus num. 5704.

Ego millenariam antiquitatem ei tribuo, quoniam ex literarum figura, ex flaveſcente atramento, atque ex membranarum tabeſcentium tenuitate habeo id cognitum, & judicatum. Multa ſunt etiam majoris fortaſſe vetuſtatis indicia, ſed ad ſcribendum tibi Viro Eruditiſſimo non neceſſaria. Volo tamen hic ſpecimen characterum exhibere, ut ita tolerabilius feras igniculum deſiderii tui, quòd Codicem edere differam Tomo inſequenti.

PATRISEPULABUNTURILLISINEFFABI
LIBUSDELICIISETAETERNIS
II QUIABONASUNTUBERATUASUPERUI
NUMDUOUBERADUOTESTAMENTA
DICENDASUNT AQUIBUSETIAMFILII
LACTANTURECCLESIAELINGUASI
MULETMENTEUERBAUERITATIS
ACCIPIENTES ETIMPERFECTAM
UITAMAETATEMQUECRESCENTES
HOCPOCULUMSUPERUINUMEST NÕ
ENIMAURITURETERRASEDDECAE
LISEMANAT AITENIM EXPECTETR̃
SICUTPLUUIAELOQUIUMMEUM
ETDESCENDANT SICUTROSUERBA
MEA IGITURQUISUPERNAMCON
TEMPLATIONEMHABENTEXSCRIP
TURISHOCPOCULOLACTABUNTUR
SICUTLINGUASICMENTEETSI
CUTINTIMAUENTRIS SICHOCFŪ
DUNTCORDIBUSATRISTIAETUR
BASEDATISPERPAENITENTIAM
ETREMISSIONEMOMNIUMPEC
CATORUM QUODENIMCORNON

Cl. Vir I. Garetius Monachus Ordinis S. Benedicti è Congregatione S. Mauri (cui acceptam referimus poſtremam Caſſiodorii Operum Editionem) locum illum paulo ſupra recitatum *Inſtitutionis Divinarum Literarum* expendens, in quo dicitur, ſecundum Epiphanium auctorem exſtitiſſe Latinæ majoris Epiphanii Tranſlationis, nullius Codicis auctoritate fretus eundem Caſſiodorium (quamvis liberaliter) erroris accuſat, vitiumque putat, non a Librariorum negligentia, ſed ab ipſomet fuiſſe profectum: quare ad oram paginæ hæc notat: *vel potius* Philo, *ordinatus Epiſcopus Urbis Carpaſi in Inſula Cypro a Sancto Epiphanio Salaminæ Antiſtite, ut in ipſius Sancti viri vita legitur. Vidi hujuſce Commentarii textum Græcum in manibus V. C. EM. Bigot cum Tranſlatione Latina, cujus hic meminit Caſſiodorus. At neutrum hactenus prælo commiſſum eſt.* Verùm corruat neceſſe eſt Caſſiodorii, hominis integerrimi, pientiſſimi, atque a turpi mendacio maximè abhorrentis fides, ſi falſum eſſe exiſtimemus

mus id, quòd ipſe de ſecundo Epiphanio Viro diſertiſſimo, ac ſibi apprime caro literis conſignavit. Stephanus Salutatus Piſcienſis edidit atque interpretatus eſt quendam Commentarium apocryphum in Cantica Canticorum, quem vetus centonis faber ad Euſtathium Presbyterum, & Euſebium Diaconum (ad inſtar genuini fœtus anecdoti S. Epiphanii Epiſcopi Cyprii) miſſum putat. Auctor ejus dicitur Philo Carpathius; verùm, ut inquit Philippus Labbæus in Diſſert. Hiſt. ſuper Scriptoribus Eccl ad Bellarmini titulum de eodem Philone, ait: *non eſt modò ſincerus, pluribus aliundè admixtis a recentiore aliquo interpolatore, præſertim ex Commentariis S. Gregorii Papæ in Cantica, quæ cum reliqua interpretatione haud multum cohærent, ut notarunt, poſt Martinum Delrium Soc. Jeſu Theologum, ejuſdem Societatis duo clariſſima lumina Poſſevinus, & Bellarminus; nec non Joannes Maria Braſichellanus O. P. Magiſter Sacri Palatii in Expurgatorio Indice Romano anni* 1607. Certe Philonem Carpathium ſcripſiſſe in Cantica, teſtis eſt Suidas in Lexico his verbis: *φίλων καρπάθιος ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς ἆσμα τῶν ἀσμάτων.* Idque evincunt veteres ex Patribus contextæ Catenæ, in quibus hujus non infrequentia fragmenta occurrunt, ſed a Vaticano Codice mirè diverſa. Videnda quoque eſt ejuſdem Stephani Salutati ad Nicolaum Bargilleſium Presbyterum Bononienſem Epiſtola nuncupatoria, in qua inter cætera hæc ſcribit. *Tametſi non unus mihi Philo, ſed plures fuiſſe videntur, qui hoſce commentarios in Canticum ipſum Canticorum confecerint. Nam qui Philonis nomine circumfertur apud Græcos, breve admodum Opuſculum eſt. Sed ſunt qui velint ab Euſtathio quoque, & Euſebio, quorum rogatu Philo ipſe Commentarium hunc confecerat, interpretatum eſſe, unumquemque ex tribus eſſe conjunctum.* Sed Caſimirus Oudinus To. I. Commentariorum, de eodem Philone Carpathio, cujus meminit Polybius in Vita S. Epiphanii Salaminæ in Cypro Epiſcopi, hocce judicium tulit. *Varìis Philonis (Carpathii) Commentarius in Cantica Canticorum cum illa interpretatione veteri, cujus meminit Caſſiodorius loco citato, nempe lib. I. Div. Lectionum cap. I.* (*nota, quòd ibi duo citantur Epiphanii, non Philo Carpathius,*) *habetur Ms. in Bibliotheca Cl. Viri Emerici Bigotii Rotomagenſis, quem in publicum efferre ſtatuerat, ut ipſe teſtatur in Præfatione ad Lectorem, quam* Palladio, *ſeu* Vitæ D. Chryſoſtomi *præmiſit, ubi id legiſſe* (*ni fallor*) *me memini. Atque hinc patet Commentarium in Cantica Canticorum hucuſque impreſſum in Bibliotheca Patrum Editionis 2. an. 1589. eſſe Philoni ſuppoſitum* ... *quod docet nos Margarinus de la Bigne in Nota ad initium Philonis To. I. Editionis Bibl. Veterum Patrum editionis 2. & 3.* in qua hæc habet: „ *Cum multa occurrant in hoc Opere Philonis quæ totidem fermè verbis poſita inveniuntur in Commentariis in Cantica Canticorum S. Gregorii Magni, ſuſpicantur viri eruditi ab aliquibus Operi Philonis inſerta. At multo meliùs conjeciſſent, ut ſæpe aliàs ſolent, hac ipſa de cauſâ non fuiſſe Philonem Carpathium, ſed alium multo recentiorem.* Demum non ſolùm hunc Commentarium Philoni impoſitum, eſſe ſuppoſitum, ſed etiam ipſius quoque parentem Philonem, contendit Ludovicus Ellias du Pin in Nova Bibliotheca Eccleſiaſtica, Tom. II. Sæculo 4. pag. 302. quòd videat hunc Auctorem ſolâ niti auctoritate Polybii in Vita S. Epiphanii; quam fabuloſam, falſam, atque a recenti Græco aliquo confictam putat. Sed de his omnibus agetur in noſtri II. Voluminis Præfatione. Ego, quibus veſtigiis primùm inſtiti, in iis volo, ad tuendum Caſſiodorium, immorari. Sed quoniam numquam laudata fuit nimis firma in propria ſententia permanſio, Tu de toto meo ſenſu judicabis. Plurimùm apud me valet auctoritas tua, de qua ſic velim ſtatuas, me eadem ſenſurum, quæ tu, Præſul Sapientiſſime, ſenties. Sit ergo laborum meorum Tibi dignitas curæ; ac præſta, & enitere, ut in dies magis magiſque naſcens de te duplicetur opinio. Vale.

Digitized by Google

Digitized by Google